

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXVIIII

## S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI OPERA

PARS I

EPISTVLAE

EX RECENSIONE

GVILELMI DE HARTEL

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS
MDCCCLXXXXIIII

# CORPVS
# SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
# LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXVIIII

## S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI OPERA

PARS I

EPISTVLAE

EX RECENSIONE

GVILELMI DE HARTEL

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXIIII.

# SANCTI

# PONTII MEROPII PAVLINI

# NOLANI

# EPISTVLAE

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

GVILELMVS DE HARTEL

PRAGAE F. TEMPSKY

VINDOBONAE F. TEMPSKY

LIPSIAE G. FREYTAG

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXIIII.




VINDOBONAE. TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

# PRAEFATIO.

## I.

Integra epistularum carminumque Paulini Nolani collectio num quando exstiterit maxime dubium est. hodie certe neque ullus codex utriusque generis opera omnia uel pleraque continet et qui maiorem epistularum partem complectantur pauci adsunt. epistulae tamen mox post Paulini mortem ab amicis collectae fuisse uidentur, dum carmina, si quae in honorem S. Felicis conscripta sunt exceperis, partim Ausonii syllogis partim dispersa traduntur. qua de causa quae ad epistulas earumque fata pertinent seorsum a carminibus hac praefatione tractare licet.

Atque plenissima illa epistularum collectio ita instituta est, ut epistulae

decem ad Seuerum (5, 24, 23, 11, 1, 22, 30, 28, 29, 31),
quinque ad Delphinum (10, 20, 19, 14, 35),
sex ad Amandum (36, 12, 9, 2, 21, 15),
undecim ad diuersos (37, 18, 38, 39, 44, 42, 33 cum epistulae 13 altera parte, 34, 43, 32, 16 cum carmine 22 huic epistulae adnexo)

in eam reciperentur. epistularum codices quos inuenire contigit uberiores ex hoc corpore fluxisse ordo in eis seruatus satis spondet, neque mirandum est, quo recentioris aetatis sunt, eo magis pristinum ordinem addendo omittendo transponendo in eis turbatum aut, si mauis, correctum esse. cum enim praeter illam antiquam collectionem litterae nonnullae ad S. Augustinum uel alios scriptae Augustini libris uel etiam sparsim traderentur,

qui nostros codices componebant eas sedulo conquirebant, carmina etiam quae offerebantur addentes; neque hoc tempore colligendi inueniendique opera absoluta est. quod ut accuratius cognoscatur, iam hos codices recenseamus.

*O* Codex Parisin. 2122 membr. fol. 124 s. X, Chatelainio auctore (*Notice sur les manuscrits des poésies de S. Paulin de Nole,* Paris 1880, p. 35) magna cura scriptus sub finem saeculi noni, qui *Claudii Puteani* signaturam prae se fert et antea Nr. 3789 notatus erat, epistulas multas et nonnulla Paulini Ausoniique carmina continet.

f. 1—88 praecedunt epistulae 5, 24, 23 (in duas partes diuisa), 11, 1, 22, 30, 28, 29, 31, 10, 20, 19, 14, 35, 36, 12, 9, 2, 21, 15, 37, 18, 38, 39, 44, 42, 33, 13 (pars altera inde a uerbis *mortem operatur* p. 92, 1), 34, 43, 32, 16.

f. 88ᵘ *Finit ad Iouium prosa. Incipit uersum ad eumdem.*
*Iam mihi polliceor* (= c. 22) —

f. 90 *fratrem. Lege felix Ioui in Christo Iesu domino nostro.*
*Incipiunt uersus Ausonii ad Paulinum.*
*Quarta tibi haec* (= Auson. E. 24 ed. C. Schenkl) —

f. 91ᵘ col. a *camenis. Vale Felix optatissime.*
*Incip. Paulini ad Ausonium*
*Quid abdicatas* (= c. 10, 19—102) —

f. 91ᵘ col. b *Gratare si uiuam ut libet.*
*Finiunt Paulini ad Ausonium. Incip. Ausoni ad Paulinum.*
*Proxima quae nostrae fuerat* (= Auson. E. 23) —

f. 91ᵘ col. b *Primus in aonidum qui te collegia duxi. Vale Felix optatissime.*
*Ausonio Paulinus. Continuata meae durare* (= c. 11) —

f. 92 col. b *Perenne uiuax et memor.*
*Item Ausoni ad Paulinum.*
*Discutimus pauline iugum* (= Auson. E. 25) —

f. 92ᵘ col. b *Credimus an qui amant sibi ipsi somnia fingunt.*
*Vale Felix optatissime.*
*Ausonio Paulinus.*

*Defore me patriis* (= c. 10, us. 103—107, 176—277, 108—175, 278—331) —

f. 94 col. a *Si contra est christum tantum melinque probari. Finit ad Ausonium. Incipit ad Cyterium supra memoratum. Meropius Paulinus Cytherio fratri in Christo domino salutem.*

*Martinum spiritu fratrem* (= c. 24) —

f. 102ᵘ col. a *Cum rege uiuatis deo.*

*Incipit de obitu Celsi pueri.*

*Ante puer patribus claris* (= c. 31) —

f. 108ᵘ col. a *Dulcis aeternum pignoris esse patrem.*

*De reditu Nicetae epĩ qui ad natal. scĩ felicis occurrit.*

*Iamne abis et nos* (= c. 17) —

f. 111 col. b *Sume coronam.*

*Incipit de psalmis quibusdam uersus eiusdem. Psal. centesimus XXXVI.*

*Sedimus ignotos dirae* (= c. 9) —

f. 111ᵘ col. b *Et fracta in christo uitiorum plebe triumphet.*

*Psalmus primus.*

f. 112 *Beatus ille qui procul* (= c. 7) —

f. 112 col. b *Ad inpiorum pronum iter delebitur. Psalmus secundus.*

*Cur gentes fremuere* (= c. 8) —

f. 112ᵘ col. a *Tunc omnes quibus est in eo spes fida beati.*

columna dextra uacua relicta sequentibus foliis 113—120 adnectuntur epistulae: 49, 13, 17, 27.

Hunc codicem ut uidetur uel prorsus gemellum qui editionem primam curabat descripsit, post eum uero Lebrun, a quo *regiae bibliothecae 800 annorum codex Epistolarum et Poematum Paulini et Carminum Ausonii ad sanctum Paulinum* praedicatur, eo usus est. maximam eius partem I. Zechmeister contulit, reliquam adulescentuli mei E. Kalinka, R. Kukula, A. Swoboda et C. Vrba, qui dubios locos iterum iterumque examinauerunt; nam inter omnes libros ut uetustissimus ita maximi pretii est.

*P* Codex Parisin. lat. papyr. 9548 s. XV continet f. 149 epistulas 5, 24, 23, 11, 1, 22, 30, 28, 29, 31, 10, 20, 19, 14, 35, 36, 12, 9, 2, 21, 15, 37, 18, 38, 39, 44, 42, 33, 13 (inde a uerbis c. 10 p. 92, 1 *corde mortem operatur*), 34, 43, 32, 16 cum carmine 22, 40, 41, 4, 6, 3, 7, 8. praeter haec Paulini opera f. 120ᵘ et 121ᵘ Ausonii carmen ad Paulinum (*Quarta tibi haec* = Aus. E. 24), et f. 137 sqq. Alypii et Augustini epistulam ad Paulinum (*Tandem aliquando praeuidet nobis*) praebet. codicem I. Zechmeister contulit.

*F* Laurentianus plut. 23. cod. 20 membr. 259 4⁰ f. s. XV, magna cura sine abbreuiationibus exaratus, continet pagina prima indicem, altera titulum artificiosis circulis ornatum, qui has includunt inscriptiones, atque maior medius: *in hoc codice continentur opera quae in circulo sunt adnotata,* minor primus: *Epistolarum sc̃i Paulini Ep̃i Nolani,* alter: *Epistolarum sc̃i Ignatii Ep̃i et martyris,* tertius *Epistolarum sc̃i Antonii abbatis,* quartus *Vita sc̃i Paulini Ep̃i Nolani.* Paulini opera eodem ordine se excipiunt qui est codicis *P,* nisi quod carmen 22 *Ausonii epistula ad Paulinum* (*Quarta tibi* = Auson. E. 24) sequitur et post epistulam 8 sex epistolae adiectae sunt: Augustini ad Paulinum: *Tandem aliquando —, O bone uir et bone frater —, Cum litteras meas quibus respondi —,* Paulini ad Augustinum: *De paucis* (=50), Augustini ad Paulinum: *Quod te tam prospera —, Carissimus frater Celsus —*; deinde secuntur praemissis nonnullis testimoniis Ignatii Antiocheni epistulae, *laus Hyronis discipuli eius in eum qui ei successerat in episcopatu —, epła beati Polycarpi ad Philippenses,* septem epistulae S. Antonii abbatis, Paulini uita ab Vranio conscripta et uaria de Paulino testimonia ex Gennadio, Isidoro, Marco, Michaele, Augustino, Hieronymo, Vincentio desumpta. I. Zechmeister contulit.

Ex hoc codice descripti sunt 1) cod. Vallicellianus chart. D 7 f. 209 4⁰ s. XVI, quod ipse testatur: *codex iste descriptus fuit ex praestantissimo Exemplari Florentino Bibliothecae Mediceae Laurentianae, cuius Index Epistolarum pag. seq. exhibetur.* atque insunt eaedem epistulae eodem ordine se excipientes

et in scripturis concinentes; testimonia tantum nonnulla de Paulino omissa sunt. 2) codex bibliothecae Leop. Strozzae XVIII. membr. saec. XV, numero ordine epistularum lectionibusque consentiens.

Cod. Vrbin. lat. 45 membr. f. 203 s. XV, magna cura scriptus et artificiose ut codex Laurent. *F*, quocum arte cognatus est, decoratus, pagina prima indicem epistularum praebet; secuntur uita Paulini ab Vranio confecta et eadem quae *F* exhibet de Paulino testimonia. similiter etiam titulus compositus est, ubi in circulo inscriptio exstat: *In hoc uolumine continentur libri epistolarum Paulini episcopi Nolani ad diuersos.* epistolae ipsae in quinque libros distributae sunt; libri I sunt: 4, 6, 50, 3, Aug̃ ad Paulinum: *Tandem aliquando prouidit* —, *Quod te tam prospera* —, *O bone uir* —, *Diu sanctitati tuae* —, *Cum litteras meas* —, *Carissimus puer Celsus* —; lib. II ad Seuerum: 5, 24, 23, 11, 1, 30, 22, 28, 29, 31, 32, quas sequitur Ausonii carmen (*Quarta haec* = Auson. E. 24) sic inscriptum: *Epistola sancti Seueri monachi ad Paulinum episcopum egregiis uersibus contexta, ubi ipsum prouocat ad scribendum*; lib. III ad Delphinum: 10, 20, 19, 14, 35; lib. IIII ad Amandum: 36, 12, 9, 2, 21, 15, 40, 41; lib. V ad diuersos: 37, 18, 38, 39, 44, 42, 33, 13 (inde a uerbis c. 10 p. 92, 1), 34, 43, 16 cum carmine 22, 7, 8. codicis partem maximam Zechmeister, reliquam F. Weigel contulit. *U*

Codex Lugdunensis 535 membr. 4° f. 131 s. XII—XIII, qui C. Lagreuolio s. X—XI, Rudolfo Peiper (*Alcimi Ecdicii Auiti opera rec.*, Berolini 1883, praef. p. VII) s. XI/XII uel XII scriptus uidetur, continet eadem manu et scriptas et correctas epistulas 40, 24, 23, 1, 22, 30, 28, 29, 31, 20, 19, 35, 36, 12, 9, 41, 26, 5, 11, 32, 10, 14, 2, 21, 15, 37, 18, 38, 39, 44, 42, 33, 13 (cap. 10 sqq.), 34, 43, carmen 22 et epistulam 51. de Auiti aliorumque operibus, quae in codice insunt, cf. Delandinum (*Manuscrits de la Bibl. de Lyon*, Paris 1812) et Peiperum. in pagina prima quae codex exhibet enumerantur; in inferiore eius margine manus s. XVII adnotauit haec: *Tandem post* *L*

*multos annos, cum recuperandi spes iam nulla superesset, Kal. Martiis ann. MDCLXXXV restitutus quod faustum felix fortunatumque siet. Monachis praeterea nunquam confideris.* quae a sinistra parte lingua francogalla adscripta sunt, Peipero extricare contigit, qui ex primis huius notae uerbis *Mr. le Conseiller Levsse a qui ce liure appartenait* aliisque inscriptionibus uelut in integumenti parte priore *Petri de Trivio E. Vien. Can. ex libris en 203 Feuillets Levsse,* in folio ultimo *Liber Sc̃e Marie boneuall',* haec de codicis fatis enucleauit: *abbatia Bonae Vallis, cuius olim erat hic liber, dioecesis Viennensis erat auctore Sancto Bernhardo per monachos Claraualenses a. 1117 condita; Petrum de Triuio Delandinus dicit canonicum fuisse S. Mauricii Viennensis; Leusse 'in summo rei tribunariae tribunali, a Christianissimo Francorum Rege Ludouico Iusto Viennae Allobrogum excitato, sapientissimus olim senator' appellatur ab Ioh. Ferrando. A Leussio liber uenit ad Petrum Marnaesium senatorem Gratianopolitanum. Agobardi priorem librum Chiffletius descripserat* etc. ex his librum Lugdunensem esse illum Viennensem a Chiffletio (*Paulinus illustratus,* Diuione 1662) tantopere celebratum saepissimeque a Lebrunio commemoratum facile quis coniciat; nam uterque easdem scripturas exhibet, uelut in primis epistulae 28 capitibus: p. 128 tit. *sancto et merito,* l. 12 *est,* 15 *ut in,* 16 *eo—quo de,* 17 *qui,* 20 *ut in,* p. 129, 3 *uitae,* 5 *probat,* 20 *unanimem,* p. 130, 16 *sancti fratris nostri paschasii,* p. 131, 23 *in* om. — *primo,* p. 132, 5 *audiuimus,* 7 *hierusalem,* 8 *praesentiam,* p. 133, 4 *castitas, confunditur* in *coniungitur* uterque m. 2 corr., 21 *inluminatio* etc. ad uerbum *hebetari* epistulae VIIII p. 53, 14 Viennensis in margine adscripserat: *hic uidetur de epistola deesse multum, quia continuatio paene nulla est,* eademque in margine codicis *L* m. 1 leguntur: *hic multum uidetur deesse de hac epistola quia continuatio non satis apta est.* quominus tamen hanc coniecturam probemus, eo impediamur, quod in Viennensi epistulas 14, 36, 39, 41, 42, 43, 45 deesse, quae in Lugdunensi exstant, Chifflet affirmat. quod si hi codices diuersi sunt, tamen et loco et indole

maxime propinquos haberi necesse est. codicem I. Zechmeister contulit.

Codex Monacensis membr. 26303 s. XIII francogallae originis praeter Orosium inde ab f. 103ª Paulini epistulas continet. *M*

f. 103ª *Incipit Prologus. In libro eplarum Sci Paulini nolanę ciuitatis epi* (rubro colore). *Paulinus scs nolanę ciuitatis eps genere aquitanus — cōponere explic*

f. 103ª *Incipiunt capitula. In libro eplarum Sci Paulini epi* (rubro colore. sequitur index 48 epistularum).

f. 104 *Item alia p̃fatio de scō Paulino* (rubro colore). *Gennadius eps in libro uirorum illustrium de beato paulino nolano epo sic ait. Paulinus nolę campanię eps — romani imperii uiribus EXPLIC.*

epistulis deinde Paulini ad Augustinum 4, Augustini ad Paulinum 27 (*epla s. aug. ad s. Paulinum cum epla licentii metrica et rescripto suo ad licentium*) et 26, Paulini ad Augustinum 6, Augustini ad Paulinum 31 et 80 et Paulini ad Augustinum 3, 7, 8 praemissis reliquae hoc ordine se excipiunt: 40, 24, 23, 1, 22, 30, 28, 29, 31, 20, 19, 35, 36, 12, 9, 41, 26, 5, 11, 23, 32, 10, 14, 2, 21, 15, 37, 18, 38, 39, 44, 42, 33, 13 (inde a cap. 10), 43, carm. 22, ep. 51, 50. inter 51 et 50 *epla sci eucherii lugdunensis epi ad philonem prbrm suum. Queso caritatem et dilectionem* etc. locum habet; post 50 Augustini epistula ad Paulinum *Quod de peruentione tam prospera* etc. (= 149) adiecta est. agmen claudit *Vita sci paulini epi nolani* (rubro colore). *Dnō scō et uenerabili pacato* [s]*oranus prbr in χ salutem. Litteris nobilitatis tuae iterata uice — continuo nauigare dispono. Explic uita sci paulini.* nonnullas epistulas K. Wotke in meum usum, post Wotkium totum codicem accuratissime A. Miodoński contulit.

Libri, quos adhuc descripsimus, recentiores sunt omnes uel recentissimi. quare operae pretium fuit ad eorum examinandam ponderandamque auctoritatem antiquioris memoriae reliquias, quantulaecumque sunt, congerere. atque codicis, qui

eandem collectionem continuisse uidetur atque saeculi noni uel etiam prioris fuit, nonnulla fragmenta supersunt in Dungali opusculo *Responsa aduersus peruersas Claudii Taurinensis sententias* conseruata, de quo in Paulini carminum praefatione accuratius egimus. illud enim Ludouico pio Lothario-
Δ que dedicatum codice Ambrosiano 102. Sup. membr. saec. VIIII traditur atque epistularum 5 p. 34, 19—22 *eritne—excipiam,* 29 p. 260, 6—11 *tugurium—resultabunt,* 31 p. 267, 10—269, 6 *frater—inuaditur,* 31 p. 271, 14—17 *itaque—locos,* 31 p. 272, 6—11 *sed in—adorsa est,* 32 p. 280, 23—28 *itaque—obsequium,* 32 p. 281, 11—284, 8 *presbyter—iuuat,* 32 p. 289, 6—16 *item—pastoribus,* 32 p. 289, 19—290, 7 *super—sacerdos,* 32 p. 292, 2—16 *uerum—coronat* uerba citat, et his testimoniis optimi codicis Parisini *O* integritas maxime comprobatur.

Dungalo uero multo uetustiorem testem non multarum epistularum sed aliquot linearum nobis etiam superesse probabile est, inscriptionum Christianarum syllogam dico codice olim Cluniacensi, nunc Parisino (nouvell. acquis. ms. lat. 1443) saec. VIIII traditam, quam de Rossi in *Christian. inscript.* tom. II, 1, p. 189 sqq. edidit. in ea insunt epistulae 32, c. 10, p. 286, 8—21 titulus totus *pleno coruscat—Christi flumina,* c. 15 p. 290, 4. 5 tituli primi uersus duo posteriores *plebs—sacerdos* et tertii epigrammatis loco p. 290, 12

*ter geminis geminae patuerunt arcubus aulae*
*miranturque suos per mutua limina cultus*

hi uersus:

*undique ter geminis reseratur ecclesia ualuis;*
*sanctorum sub utroque sacri stant culmine honores.*

de Rossi cum primi tituli uersus hoc ordine se excipere uideret 1, 8 2, 9 3, 10 4, 11 5, 12 6, 13 7, 14, eum in duas paginas partitum absidis hemicyclio ita inscriptum fuisse, ut prior complecteretur hexametros 1—7, altera 8—14, syllogae uero scriptorem epigramma describentem unamquamque lineam continuauisse et a 1 ad 8, a 2 ad 9 et sic deinceps peruenisse iure suspicatus est; unde hoc apographum ex ipso certe musiuo, non ex Paulini libris petitum esse patet. cauendum tamen est,

ne hanc coniecturam falsam ducamus, quod tertii tituli formae inter se tantopere differant; alterius enim, qui est in libris:

*plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,*
*Paulus apostolico quam temperat ore sacerdos,*

contra in sylloga:

*lex gemina Christum Felicis adorat in aula,*
*Xystus apostolico quod temporat ore sacerdos*

scripturae quidem *lex* et *quod temporat* manifeste falsae sunt, *Xystus* autem pro *Paulus* lectio maxime est mira. et facile librariorum incuria uerba *plebs—quam temperat* corrumpebantur; *Paulum* uero tam recte in epistula ad Seuerum Paulo etiamtum sacerdotio fungente missa scribere quam *Xystum* inscribere potuit, si ecclesia post Pauli obitum inter annos fere 403—409, quo anno Paulinus sedem occupauit, successore Xysto consecrata titulusque incisus est. haec de Rossi optime intellexit et hac ratione etiam distichum nouum *undique ter—honores*, quod ipsi 'reformata recensio uidetur esse eius, quod alteri e fornicibus arcus mediani Paulinus destinauerat', explicauit. miror uirum egregium fugisse idem de primi tituli discrepantiis ualere, quas duabus exceptis codicis Parisini oscitantiae imputat. nam eae certissimum recensionis consilium produnt, quae aut ab auctore collectionis aut a Paulino carmina Seuero missa antequam inscriberentur relegente et emendante profecta sit necesse est. si uero alios titulos, ut uidimus, Paulinus ipse correxit, etiam hunc correxisse putandus est. ita us. 2 pro *stat Christus agno,* quae lectio uerbis p. 292, 13 *stat Christus in agno* firmatur et explicatur, scripsit quod facilius intellegeretur *stat Christus agnus;* us. 10 pro *sanctam fatentur crux et agnus uictimam* dedit quod simplicitate commendatur *sanctam fatetur Christus agnus uictimam;* us. 11 utrum *palma* scriptura codicum an *palmae* scriptura syllogae praeferenda sit, non diiudico; us. 13 autem sylloga olim sola genuinam lectionem *de qua sonori quattuor fontes meant* conseruauerat, unde in apographo Cluniacensi quod a uero proxime abest *de quas honori,* in codicum uero archetypo *de qua honori* enatum est. quae si recte disputata fuerint, ne nostros codices propter aetatem uiles habeamus, satis cautum erit.

Hac codicum descriptione quod initio posuimus, quondam unam saltem Paulinianorum operum collectionem institutam fuisse, quae quidem epistulas plurimas, sed carmina praeter carmen 22, quod cum epistula 16 una ad Iouium missum neque postea ab ea separatum erat, receperit nulla, satis probatur. codices enim *LMFPU* carminibus carent, *O* autem suam partem eorum in fine adiectam habet. nec minus probabile est codicem *O* quas solus post carmina recepit epistulas 49, 13 (cap. 1—10), 17, 27 non ex communi archetypo i. e. antiqua illa sylloga sed aliunde petisse. ex uno autem archetypo hos sex codices descendere cum exterioribus indiciis, quae toto epistularum ordine, peruersa nonnullarum coniunctione uel separatione suppeditantur, tum scripturarum consensu uel ipsorum errorum generibus elucet. ut pauca afferantur, epistula 23 male in duas partes c. 1—9 et c. 10—47 in omnibus codicibus praeter recentissimos *F* et *U*, quorum in his rebus auctoritas nulla est, diuiditur. in omnibus epistulae 33 finis et 13 initium desunt postremaque illius uerba (p. 303, 1) *percusso cordis* cum epistulae 13 c. 10 uerbis (p. 92, 1) *mortem operatur* coniuncta sunt, cuius priorem partem codex *O* solus aliunde recuperatam in fine demum adiecit. pristini ordinis autem, ubi is maxime nec sine consilio immutatus est uelut in *L* et *M*, uestigia etiam manifesta apparent. sed non una directaque uia codices *FLOMPU* ex archetypo deuenerunt. artior uero codicum *LM* et *FPU* cognatio et quae sint inter utrosque et codicem *O* uel archetypum ratio, hac figura illustratur:




Codicis *O* igitur summam esse sinceritatem atque auctoritatem, qui longe plurimis locis scripturam ueram uel quae a

uera proxime abest, offert, non nullius tamen utilitatis etiam reliquos esse posse indicari uoluimus. hic illic enim uerba, quae in archetypo leui macula affecta uel lectu erant difficilia, cum ad litteram depingerentur uel neglegenter etiam describerentur, corrupta in *O* apparent, in reliquis codicibus uel omnibus uel una *(FPU)* alterave *(LM)* eorum parte incorrupta leguntur, neque haec omnia ita comparata sunt, ut coniectura facile uel in libris tantopere discedentibus eadem sanari potuerint. quae cum ita sint, neutrius familiae scripturas ut uiles reicere neque tamen in summo futtilium scripturarum interpolationumque taedio reliquis neglectis unum alterumue librum eligere licuit, quorum coniunctis demum testimoniis quid codices parentes eorum *x* et *y* exhibuerint certo constat. a genuina autem textus forma recentiores libri omnes ita degenerauerunt, ut nisi grauissimis causis ducti ad eos confugere non debeamus et ubique ante periclitandum sit, num quae *O* praebeat defendere uel lenioribus remediis sanare possimus, quam speciosis eorum lectionibus acquiescamus. saepissime enim ii difficultate leui uel adeo nulla inducti tradita immutauerunt. atque in ea re licitos fines codices *L* et *M* longe excesserunt, qui explicandi causa singula uerba uel totas sententias addunt omittunt transponunt, pro insolitis solita, pro obscuris plana intrudunt, ut qui eorum recensionem confecit *(y)* eam non sine arte confecisse putandus sit. multo modestius et sine constantia codices *FPU* egerunt, qui tamen ex exemplari corruptiore grassante per longius tempus interpolatione descripti, ab archetypi integritate non minus remoti sunt. tamen eorum lectiones futtiles non omnes recentiore demum aetate natas esse Dungali excerpta saeculi noni testantur, qui saepius eas confirmat.

Optimum codicem *O* etiam in rebus orthographicis ducem secutus sum, quamquam ea aequabilitate caret, quam uiri docti hodie exigere solent. malui tamen eius inaequalitatem in rebus licitis uelut in formis assimilatis uel non assimilatis, in uocabulis *condicio, conditio; solacium, solatium* et similibus imitari quam constantiam, quae scriptoris ipsius uix fuerit, sine labore restituere. ubicumque formam uulgarem uel minus

usitatam pro eleganti uel solita recepi, eam in codice *O* uel etiam in recentioribus libris exstare adnotare non omisi. res leuiores ueluti aspirationem falso positam, litteras *e, ae, oe*; *i, y*; *ci, ti*; *ph, f*; *c, ch* confusas exemplis nonnullis illustrare uel semel commemorare satis habui, nisi ubi id alicuius momenti ad recuperandam genuinam scripturam esse uidebatur. tum ne recentiores quidem libros neglexi, qui totam sui temporis sordem prae se ferunt, cuius exempla rariora hic illic commemoraui. frequentissimae uero in his, inprimis in *FPU*, scripturae tales sunt, uelut: *eclesia, aeclesia, comunis, sufocare, suplere, suplementum, apraehendere, opportet, coppula, extollere, psalentes, tollerare, ellecti, dillatare, (a)etternus; dittare (= dictare), dottrina, lictore* uel *littore, oblicterare; michi, nichil, archanus, charitas; ortus, ortulus, extraere; habundare, hedificare; misterium, azimus, ymago, ymo, desyderium, paradysus, praecium, noticia, nuncius, nunciare; azinus, azinaria, crucifisus, crucifissus; exurire, exuries, thezaurus; numptius, numptiare, dampnum, dampnare, (a)erumpna.* eandem rationem in codicibus reliquarum epistularum, de quibus in proximo capite agendum est, secutus sum. inscriptiones uero epistularum in omnibus libris ubique fere rubro colore et maiusculis litteris exaratae sunt.

## II.

Quod supra codicem *O* iam incepisse uidimus, ut archetypi opera epistulis carminibusque aliunde receptis augeret, recentiores deinde continuauerunt, ut codices *M* epistulas 3, 4, 6, 7, 8, 26, 40, 41, 50, 51, *P* 3, 4, 6, 7, 8, 40, 41, *U* 3, 4, 6, 7, 8, 50 addiderunt, uariis in ea re fontibus usi. atque uberrimam messem nouarum epistularum corpus S. Augustini obtulit, in quo epistulae 3, 4, 6, 7, 8, 45, 50 exstabant. eius uero et uetustiores et meliores libri nobis praesto sunt, ad quorum auctoritatem recentiorum illorum pretium aestimandum erit. de quibus cum A. Goldbacher collega et amicus optimus in praefatione epistularum S. Augustini uberius propediem acturus

sit, accurata eorum descriptione abstinebo, ea quae ad adnotationem criticam huius editionis recte usurpandam necessaria sunt breuiter comprehendens. codices uero Augustini, quibus in recensendis epistulis 3, 4, 6, 7, 8, 45, 50 usus sum, sunt hi:

1) codex inter omnes uetustissimus Parisinus 11641 (= 664 *Φ*
S. German.) s. VI, quem L. Delisle et Henr. Bordier (*Restitution d'un manuscrit du sixième siècle contenant des lettres et des sermons de S. Augustin* in libro *Études paléographiques et historiques sur des papyrus du VIme siècle,* Genève 1866, p. 107 sqq.) diligentissime descripserunt, duarum tantummodo epistularum fragmenta praebet, scilicet f. 7—8 epistulae 3 inde a uerbis p. 15, 3 *ut per*—p. 18, 15 *sumendi. explicit,* f. 10—15 epistulae 45, p. 379, 1 *incp̄ eorundem ad augus̄*—p. 386, 23 *litteris exigendis.* haec folia in A. Goldbacheri usum S. Reiter contulit.

2) Cheltenhamensis 2173 membr. saec. X epistulas 4, 6, 3, Y
45 exhibet (cf. H. Schenkl, *Bibl. patr. lat. brit.*, fasc. IV, p. 45 = *Sitzungsber. der k. Akad.*, Wien, tom. CXXVI, 1892), quas in meum usum Flor. Weigel contulit. codices *Φ* et Y artissimis cognationis uinculis inter se conexi sunt.

Codices, in quibus epistulae 3, 4, 6, 7, 8 et 50 exstant, sunt:

3) Casinensis $16^{19}$ membr. f. 186 litteris longobardicis saec. *C*
XI (cf. *Biblioth. Casin.* tom. I, p. 207 sqq. et Reifferscheid, *Bibl. patr. lat. ital.* I, p. 325).

4) Casinensis 2321 membr. 2° min. f. 183, saec. XI uel rec- c
tius XII (cf. *Biblioth. Casin.* tom. IIII, p. 257 sqq., in quo tamen epistula 4 desideratur. utrumque Zechmeister contulit.

5) Parisinus lat. nouv. acq. 1444 (= Cluniacensis 26) membr. *φ*
f. 197 saec. XI (cf. Léopold Delisle, *Inventaire des manuscrits de la Bibl. nat., Fonds de Cluny,* Paris. 1884, p. 60). E. Kalinka contulit.

6) Parisinus 1928 (olim Bigotianus) membr. f. 180, saec. XII. *Γ*

7) Parisinus 1930 (olim Bigotianus) membr. saec. XIII. co- *α*
dices *Γα* Zechmeister contulit.

8) Andomaropolitanus (St. Omer) 76, 8, 9 membr. saec. X/XI. *γ*

9) Harleianus 3107 membr. saec. XIII, in quo epistula 50 *h*
deest.

δ 10) codex Musei Britannici Reg. 5 D. VI membr. f. 188 saec. XI—XII.

f 11) Laurentianus plut. 12, 1 membr. saec. XV magna cura et elegantia exaratus, quem ex numero recentissimorum speciminis causa selegi. codices γ et δ Goldbacher, h et f Zechmeister contulit.

Epistola 4 sola exstat in codice

ϑ 12) Parisino 989 (olim Bigotiano) membr. 8° f. 132 saec. XI, quem Zechmeister excussit.

Epistula 45 sola exstat in codicibus.

ε 13) Vaticano 495 membr. 4° f. 248 saec. XV, quo Lowanienses usi sunt et

ζ 14) Vaticano 499 membr. f. 267 saec. XV, quorum utrumque in Goldbacheri usum L. Zdekauer contulit. codex ζ ad bonum exemplar correctus est; ε et ζ ex eodem fonte fluxerunt, unde etiam uariantes in margine adiectae uenerunt.

Epistula 50 sola exstat in codicibus.

g 15) Vindobonensi 875 (theol. 713) membr. 4° saec. XI,

η 16) Sangallensi 148 membr. 4° saec. XI, ad alterum exemplar correcto multisque locis interpolato,

ϱ 17) Reginensi lat. 1382 membr. saec. XI, in quo non tota epistula, sed magnum eius fragmentum inde a uerbis p. 412, 22 *et inimici propter nos* inuenitur. codices η et ϱ Goldbacher contulit.

Inter codices Augustini, quos enumerauimus, nonnullos, uelut *Γαδφ* artiore cognatione coniungi manifestum est, neque inter eos et antiquiores libros *ΦYCcγ* diuersarum recensionum ulla indicia certa apparent. tota scripturarum differentia, quae in his uel recentioribus deprehenditur, crescente interpolandi corrigendique studio enata esse uidetur, quo ne antiquissimi quidem *ΦYC* immunes sunt. quare certam et simplicem recensionis rationem commendare difficile est. equidem ubi uetustiorum plures, quorum tamen *Φ* et *Y* unius instar sunt, inter se concinebant, quamquam quae offerebant sine causa non reliqui, antiquissimos tamen non ut in reliquis epistulis codicem *O* suspexi, ut omni examinandi opera supersederem. quod uero

libri, quos in Pauliniana sylloga fallaces duces cognouimus, uelut *MPU* cum uetustioribus Augustini saepius faciunt, ea re nihil horum derogatur honori; nempe facile fieri potuit, ut quae illi pristinae collectioni adicerent meliores libri suppeditarent.

Epistulas 25 et 26 et subditicias ad Marcellam et ad Celanciam, quas in appendicem huius editionis relegauimus, Hieronymi codices obtulerunt; utramque 25 et 26 duo codices

Barberinus XI 112 membr. f. 159 saec. XIIII f. 57ʳ—59ᵘ et 92ᵘ—94ʳ et *b*

Vaticanus 344 membr. saec. XV; *u*
solam epistulam 25

Vaticanus 349 membr. anni 1468; *w*
solam epistulam 26

codex collegii Ballionensis 229 membr. saec. XII (cf. Henr. O. Coxe, *Catal. cod. mss. Oxon.* I, p. 75), *k*

Vaticanus 360 membr. saec. XII et *y*

Vaticanus 4279 chart. saec. XVI et praeter hos codices etiam *L* et *M* supra descripti exhibent. epistulae uero ad Marcellam et ad Celanciam praeter tres Vaticanos *uxy* in recentioribus libris permultis uelut in Vaticanis 348, 349, 351, 353, 358, 359, 362, 363, 488 inueniuntur. ex hoc numero duos adsciui, qui a reliquis uel integritate uel nouitate lectionum differebant, scilicet *x*

Casanatensem D IV 41 membr. saec. XV et *v*

Casanatensem A II 1 membr. saec. XVI (a. 1515). *ψ*

Etiam epistulam 25* codex Monacensis 6299 (= cod. Fris. 99) membr. saec. VIII—VIIII inter Hieronymi epistulas tradit, unde eam C. P. Caspari in libro *Tidskr. f. d. evang. luth. Kirke* X, 2 fasc. p. 225 sqq. primus edidit atque ib. fasc. 3 p. 379 sqq. luculentis argumentis Paulini esse demonstrauit. *m*

In Rufini codicibus epistularum 46 et 47 memoriam quamuis tenuem conseruari I. Wrobel, qui quotquot in Europae biblio-

thecis huius scriptoris etiamnunc libri inueniuntur, conquisiuit, mihi testis est duorumque scripturas obtulit; sunt autem

Ξ codex Vindobonensis 847 (theol. 682) membr. $4^0$ saec. VII, in quo post Eusebii canones (f. 1—6) Rufini libri duo in caput Geneseos 49 de benedictionibus XII patriarcharum f. $8^r$—$115^u$ exstant,

ξ apographum codicis Murbacensis saec. VIIII, quod Coelestini abbatis iussu confectum Ios. Firrao nuntio apostolico in Heluetia Lucernam a. 1718 missum est atque cum abbatis epistulis duabus codex Vindobonensis nr. 6189, p. 168 sqq. praebet. in epistulis abbas se uenerabili codicis antiquitati tantum detulisse affirmat, ut nec apicem nec iota mutauerit, quod ut tam uerum sit quam Murbacensium palaeographorum sententia falsa est optamus, qui codicem saeculi XIII esse putauerunt. ex scripturae imagine, quae epistulis addita est, codicem saeculi noni fuisse probabile fit, quod eius cum Vindobonensi consensus confirmat, a quo tamen non dependet.

Denique nescio unde et in Paulini codices *FLMPU* recentiores et in nonnullos Augustini aliosque libros epistulae 40 et 41 uenerint, sunt autem:

χ 1) Parisinus nouvell. acquis. 1443 (= Cluniacensis 25) membr. saec. VIIII—X (cf. Léopold Delisle, *Inventaire des manuscrits de la Bibl. nat.,* Paris 1884, p. 53), qui epistulas 40, 24, 41, 10, 14 exhibet, quas, cum codex Goldbachero Graeciam missus esset, H. Schenkl in meum usum contulit.

r 2) Reginensis lat. 331 membr. $4^0$ saec. X, qui epistulas 24 et 40 exhibet (cf. Reifferscheid, *Bibl. patr. lat. ital.* I, p. 390 sqq.). Zechmeister contulit. uterque codex cum libris *L* et *M* interpolatione insignibus saepissime consentit.

β 3) Barberinus XIIII, 28 chart. saec. XVII, qui epistulas 40 et 41,

λ 4) Vallicellianus C. 27 chart. f. 340 saec. XVI, qui epistulas 40 et 41 exhibet. in utroque epistulae 40 haec uerba praemittuntur: *S. Paulini Nolae epi epla ex codice antiquo manuscripto transscripta est Nolae inuento nec adhuc quod sciatur typis impressa.* Zechmeister contulit.

In fine huius capitis, quae epistulae extra corpus libris *FLMOPU* repraesentatum quibus codicibus suppeditentur, hac tabula proponamus:

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| epistulam 3 exhibent codices: | | *C c γ δ φ Γ α h f* | *Φ Υ* | | | | | | *F M* | | *P U* |
| „ 4 „ „ | | *C γ δ φ Γ α h f* | *Υ ϑ* | | | | | | *F M* | | *P U* |
| „ 6 „ „ | | *Ċ c γ δ φ α h f* | *Υ* | | | | | | *F M* | | *P U* |
| „ 7 et 8 „ „ | | *C c γ δ φ Γ α h f* | | | | | | | *F M* | | *P U* |
| „ 50 „ „ | | *C c γ φ Γ α f* | | | *g η ϱ* | | | | *F M* | | *U* |
| „ 45 „ „ | | *C* | *Φ Υ* | | *ε ζ* | | | | | | |
| „ 25 „ „ | | | | | | | *b u w* | | | | |
| „ 26 „ „ | | | | | | *k y* | *b u x* | | *L M* | | |
| „ 25* „ „ | | | | | | | *m* | | | | |
| „ 40 „ „ | | | | *χ r* | | | | *β λ* | *F L M* | | *P U* |
| „ 41 „ „ | | | | *χ* | | | | *β λ* | *F L M* | | *P U* |
| „ 46 et 47 „ „ | *Ξ ξ* | | | | | | | | | | |
| „ 51 „ „ | | | | | | | | | *L M* | | |
| „ 13 (c. 1—10). 17. 27. 49 | | | | | | | | | | *O* | |

Quod ad has epistulas recensendas attinet, quae paucis libris traduntur, exiguo eorum numero difficultates minuuntur neque si quis primas earum lineas perlegerit, quin in epistula 25 *b* et *u*, in 26 *k*, in 40 et 41 *χ* et *ϱ* potissimum sequendi sint, dubitabit. epistularum uero ad Marcellam et ad Celanciam codex *y* bonitate excellit.

*ſ* Excerpta Bobiensia, quae post Muratorium ad Zechmeisteri apographum in Appendice edidimus, codex Ambrosianus F. 60. Sup. saec. VIII—VIIII obtulit (cf. Reifferscheid, *Bibl. patr. it.* II, p. 36).

*Z* Martyrium S. Genesii, quod ab Rosweydo ad Surii recensionem primum operibus Paulini adiectum est, in codice Parisino 5271 saec. XIII inuenimus, qui a Surii fonte diuersus nonnullis locis integritate praestat.

## III.

### EDITIONES.

*v* Editio princeps Parisiis a. 1515 in lucem prodiit. pagina prima titulum habet: *PON. PAVLINI EPI|scopi Nolani uiriq; sanctissimi et longe do|ctissimi Epistolae et Poemata luculēta a ter|go huius enumeranda.* sequitur preli Ascensiani imago et infra eam uerba: *Vaenundantur ab Ioanne Paruo | Et Iodoco Badio Ascensio.* epistula dedicatoria, quam M. Guilielmo Paruo Regię cōfessionis auditori Iodocus Badius Ascensius *Ad Kalendas Martias ·M·D·XV·* misit, qua M. Guilielmum Paruum editionem curasse comperimus, de codicibus nihil narrat. epistulae ipsae hoc ordine se excipiunt:

f. I—CII *Ad Sulpicium Seuerum XIIII:* 5, 24, 23 (c. 1—9), 23 (c. 10 sqq. inscriptione praemissa: *incipit eiusdem de artificio liber quartus. Fratri optimo Seuero Meropius Paulinus),* 11, 1, 22, 30, 28, 29, 31, 32 (inscriptione praemissa: *sequitur ad eundem duodecima: quam fere exemplaria inter poematia collocant,* quod de codice uno *O* ita uerum est, ut epistula 16 interposita carmina sequantur), 17, 27.

f. CII—CXII[r] *Ad Delphinū episcopum V:* 10, 20, 19, 14, 35.

f. CXII$^{u}$—CXXX$^{r}$ *Ad Amandū episcopum VI:* 36, 12, 9, 2, 21, 15.

f. CXXX$^{u}$—CXXXVIIII$^{r}$ *Ad Vitriciū uirū sanctū II*: 37, 18.

f. CXXXVIIII$^{u}$—CLIIII$^{r}$ *Ad Aprum III:* 38, 39, 44.

f. CLIIII$^{u}$—CXCVIIII$^{u}$ *epistulae singulares:* 42, 33, 13 (c. 10 — c. 28), 34, 43, 49, 13 (c. 1 — c. 10 *carnalis est tristitia*), 16, carm. 22 (inscriptione praemissa: *finit ad Iouium prosa. Incipit uersus ad eundem).*

Inde a f. CXCVIIII$^{r}$ secuntur carmina, quorum de numero et ordine in tomi proximi praefatione melius seorsum dicemus, cum ea non ex eodem quo epistulae fonte deprompta sint. epistulae uero ex libro Parisino *O* uel codice gemello alio libro si non Viennensi ita libro *L* uel *M* simillimo hic illic in auxilium uocato editae sunt. nam in editione principe epistulae 17, 27, 49 et epistulae 13 capita 1—10, quae in reliquis codicibus desiderantur, apparent; ut uero epistulae 32, 17 et 27, quae *O* in fine adiecit, locum mutarent et epistulis duodecim primis ad Seuerum missis adicerentur, luculento editoris consilio factum est. in praemittenda epistula 32 iam codicem *U* simili consilio usum esse supra uidimus. quod igitur de pluribus a Badiana codicibus adhibitis uiri docti fabulantur, de epistulis certe falsum nec de carminibus satis rectum est. falsum est etiam Schoenemanni iudicium *(Bibl. historico-literaria patr. lat.* I, p. 654), qui eam *lacunis mendisque ex codicibus male sanis oppletam et ab ipso Badio intempestiuis correctionibus foedatam* uituperat. in epistulis ille certe totam libri Parisini integritatem refert, cuius leuissimos tantum errores sustulit, codicum inscientia contra interpolatorum uitia tutus; nec poterat hercle multa corrigere, qui plurima ne intellexisse quidem uideatur, quod sententiae male distinctae maxime probant. uerba igitur integriora conseruauit quam qui post eum lectioni et intellectui ea commodiora reddiderunt.

Nec uero multum nouauit Henricus Grauius, qui longo *Col.* post principem interuallo a. 1560 Paulini opera Coloniae apud Matern. Cholinum edidit. nouas epistulas, quas offert, Ioh. Antoninus in epist. dedicatoria dat. a. 1559 ad Petrum de Iuren abbatem insulae Virginis Mariae missa se adiecisse affirmat.

addidit uero post epistulam 16, quae est in Badiana postrema, epistulas 25, 26, 4, 6, 3, 7, 8 (quae sine inscriptione cum 7 coniuncta est) et 50, Augustini codicibus in sex ultimis usus. hanc editionem in textu paucis mutatis, nonnullis notis in margine adiectis epistulaque 34 post 25 posita Io. Iac. Grynaeus inter Orthodoxographos Basileae 1569 et Andreas Schottus in Bibliotheca patrum Coloniensi a. 1618 repetiuerunt, in recensendis epistulis ille ut uidetur nullius, hic codicis recentioris Valentini auxilio adiutus. neutri editionem principem praesto fuisse uidetur; Schottus certe carmina quaedam in ea desiderari dubitanter affirmat.

*Gryn.* *Schot.*

*Rosw.* *Sacch.* Multo maiorem curam et doctrinam Paulino Herib. Rosweyd et amicus eius Romanus (Sacchinus) impenderunt, quorum editio Antuerpiae a. 1622 prodiit: *Diui Paulini episcopi Nolani opera. accedunt notae amoeboeae Frontonis Ducaei et Heriberti Ros-vveydi a societate Iesu. Antverpiae ex officina Plantiniana apud Balthasarem Moretum et uiduam Ioannis Moreti et Io. Meursium MDCXXII.* merita sua his uerbis ille in praefatione praedicat: *haec nunc postrema typis Plantinianis ita prodit, ut quam correctissima censeri possit. adhibuit enim operam amicus Romanus, uti textus cum Vaticanis et Nolanis Mss. conferretur; quem uti Roma missus est, fere expressimus: nisi si forte Ms. Puteanorum fratrum, cuius uariantes lectiones e Gallia ope Frontonis nostri Ducaei habuimus; uel Ms. Valentinus, quem olim Andreas Schottus noster ad Epistolas consuluerat; uel Ms. Belgicus, quo Cauchius ciuis meus usus fuerat, ueram lectionem manifeste suggererent. paucae coniecturae amici Romani textui immixtae.* eadem fere referuntur p. 873 ante *Variantes lectiones*, quae Ducaei et Rosweydi notas (p. 743—864) secuntur: *ecce aliquot uariantes lectiones, quas amicus Romanus ex codicibus Vaticanis excerpsit, quibus subinde coniecturas suas admiscet. reliquas codicum Mss. Belgici, Puteani et Valentini, ut maxime probabantur, textui inserui.* horum uirorum coniuncta opera et adscitis nouis codicibus locis permultis uerba emendata esse fatendum est, tamen non diffitendum, cum illo tempore recentissimis libris antiquissimi posthaberi solerent, per-

multa irrepsisse, quae lectionem quidem adiuuarent, sed genuinam textus formam altius obruerent. nouae epistulae post 15 epistulam epistula 40 (cum 41 in unam coniuncta) '*ex quatuor Ms. codicibus, Vaticano, Nolano, Valentino et Puteanorum fratrum**) (cf. Not. p. 804), post 6 epistulam epistulae 50 et 45 et post 50 epistulae 46, 47 et epistulae ad Marcellam et ad Celanciam insertae, postremo loco Martyrium S. Genesii accesserunt. epistulae 46 et 47 ex Rufini operibus, epistulae ad Marcellam et ad Celanciam ex Hieronymi editionibus Sacchino Romano amico auctore primum receptae sunt, qui in Notis p. 889 se Castigationem Mariani Victorii editionis Romanae a. 1576 secutum esse dicit.

Maxime dolendum est, quod eruditissimo et sagacissimo uiro Chiffletio negotiis impedito editionem quam parabat perficere non contigit. quid uero praestiturus fuerit specimina editionis et quaestionum Paulinianarum, quas anno 1662 edidit, demonstrant (*Paulinus illustratus siue appendix ad opera et res gestas sancti Paulini Nolensis episcopi Auctore Petro Francisco Chiffletio S. I. presbytero, Diuione*, 1662). ille non modo textum pluribus locis et ueris lectionibus ex suis libris i. e. Cluniacensi 'peruetusto', Viennensi (cf. supra p. X) Parisiensique Puteanorum fratrum et suis coniecturis feliciter correxit, sed nouam epistulam 51 *ad Eucherium et Gallam in Lero insula degentes* ex codicibus Cluniacensi et Viennensi in lucem produxit. epistulae 13 partes etiamtum disiectas (c. 1—10, p. 92, 1 et c. 10—28) in unam coniunxit, contra epistulam 40 a Rosweydio inuentam in duas diuisit (40 et 41). epistulae 7 ad Romanianum epistulam ad Licentium, quae octaua post Lebrunium numerari solet, inclusam esse et post epistulam 33, unde epistulae 13 partem posteriorem soluerat, lacunam hiare**) cognouit. denique p. 127 Vranii presbyteri de obitu S. Paulini *Chiffl.*

*) Epistulam 40 in Puteano et Valentino desiderari affirmat (Not. p. 881); eam iam a. 1615 Lugduni Batauorum post Thomae Galletti Religiosum editam esse constat.

**) L. c. p. 48: *hic desunt nonnulla quibus Paulinus ut Alethii studio pareret, mittere se ad eum significabat sermonem a se conscriptum de gazophylacio* (= ep. 34).

ad Pacatum epistulam ex codice Trecensi post Surium multis locis emendatam edidit. quid uero ad Paulini uitam totamque epistularum chronologiam accuratius definiendam attulerit, non est huius loci referre. in his uero fere totus a Chiffletio pendet, qui tribus et uiginti annis post Paulini opera Parisiis a. 1685 edidit,

*Lebrun* Ioannes Baptista Le Brun. *(S. Pontii Meropii Paulini Nolani episcopi opera digesta in II tomos, secundum ordinem temporum nunc primum disposita, et ad Manuscriptos codices Gallicanos, Italicos, Anglicanos, Belgicos, atque ad Editiones antiquiores emendata et aucta, nec non Variorum notis illustrata. His adduntur de S. Paulino Episcopo Nolano SS. Patrum ac recentiorum scriptorum Elogia, Vita ex ipsius Sancti et ueterum Scriptorum Operibus recens concinnata, Dissertationes de eiusdem Captiuitate, de SS. Sulpicio Seuero, Alethio, Victricio, Apro, et de Opusculis S. Paulini amissis, dubiis ac suppositiciis. Exhibentur praeterea Operum Ordo Chronologicus argumentis demonstratus, Variantes ex manuscriptis et editis Codicibus Lectiones, et uarii Indices. Parisiis apud Ioannem Couterot et Ludouicum Guerin).*

Lebrun, qui magis industria quam ingenii acie excellebat, quae bonae frugis praebet, partim Chiffletio, cuius ne uno quidem uerbo mentionem fecit, partim Tillemontio debet, cuius commentarios tum etiam in scriniis latentes ipsi praesto fuisse nonnulli suspicantur. ita etiam coniecturae, quas recepit aut in margine adiecit, pleraeque aliorum sunt, ut quas ipsi ascripsi num iure ubique fecerim dubitem. in scripturis codicum allatis neglegentia eius tanta est, ut codices inter se et codices cum editionibus confundat neque quid singuli testes ualeant curet. magna uero diligentia sacrae scripturae locos notauit et quae ad uerba difficiliora explicanda necessaria sunt in notis commentariis indicibus congessit. eius editio cum saepius repetita a Muratorio Veronae 1736 et a Mignio Parisiis 1861 (in Patrol. lat. tom. LXI) et maxime propagata sit, nos commoditati uirorum, qui has litteras curant, consulentes epistularum ordinem ab eo institutum sumus secuti. de Muratorii editione, quippe qui de carminibus recensendis et augendis optime meritus sit, in Carminum praefatione accuratius agendum erit.

Post Lebrunium Paulini opuscula diu intacta iacuerunt, donec I. Zechmeister recensionis curam in se suscepit, qui dum multarum bibliothecarum libros impigro labore conquirit et confert, a. 1880 immatura morte abreptus est. colligendi operam in carminibus nataliciis, quae dicuntur, tum iam fere absoluerat atque emendationis ipsius specimina bonae spei plena in studiis Vindob. a. 1879 publicauerat. epistularum uero codices plerasque quidem, sed non omnes inuenerat neque totos excusserat, quod opus imperfectum mihi multos demum post annos ad finem perducere contigit, neque hercle contigisset, nisi ipse aliis negotiis quominus bibliothecas adirem impeditus, adulescentium amicorum opera strenue adiutus essem, quorum singulorum quae sint merita summa gratia digna iam supra significaui. indices et addenda, quae errores quos me oculis laborantem in plagulis corrigendis fugisse piget secundis curis emendatos denotabunt, proximo uolumini Paulini carmina continenti reseruaui.

Vindobonae, Kal. Maiis 1894.

**Guilelmus de Hartel.**

## TABVLA CODICVM.

### I. CODICES EPISTVLARVM COLLECTARVM.

*F* = Laurentianus pl. 23, 20 s. XV; cf. praef. VIII.
*L* = Lugdunensis 535 s. XII—XIII; cf. praef. VIIII sqq.
*M* = Monacensis 26303 s. XIII; cf. praef. XI.
*O* = Parisinus 2122 s. X; cf. praef. VI.
*P* = Parisinus 9548 s. XV; cf. praef. VIII.
*U* = Vrbinas 45 s. XV; cf. praef. VIIII.
*Δ* = Ambros. 102. Sup. s. VIIII; cf. praef. XII.
*v* = editio princeps Paris. a. 1515; cf. praef. XXII.

### II. CODICES EPISTVLARVM DISPERSARVM.

*C* = Casinensis 16[19] s. XI; cf. praef. XVII.
*Γ* = Parisinus 1928 s. XII; cf. praef. XVII.
*Z* = Parisinus 5271 s. XIII; cf. praef. XXII.
*Ξ* = Vindobonensis 847 s. VII; cf. praef. XX.
*Υ* = Cheltenhamensis 2173 s. X; cf. praef. XVII.
*Φ* = Parisinus 11641 s. VI; cf. praef. XVII.
*a* = Parisinus 1930 s. XIII; cf. praef. XVII.
*b* = Barberinus XI 112 s. XIIII; cf. praef. XVIIII.
*c* = Casinensis 232[1] s. XII; cf. praef. XVII.
*f* = Laurentianus pl. 12, 1 s. XV; cf. praef. XVIII.
*g* = Vindobonensis 875 s. XI; cf. praef. XVIII.
*h* = Harleianus 3107 s. XIII; cf. praef. XVII.
*k* = Ballionensis 229 s. XII; cf. praef. XVIIII.
*m* = Monacensis 6299 s. VIII—VIIII; cf. praef. XVIIII.
*r* = Reginensis 331 s. X; cf. praef. XX.
*u* = Vaticanus 344 s. XV; cf. praef. XVIIII.
*w* = Vaticanus 349 s. XV; cf. praef. XVIIII.
*x* = Vaticanus 4279 s. XVI; cf. praef. XVIIII.
*y* = Vaticanus 360 s. XII; cf. praef. XVIII.
*β* = Barberinus XIIII s. XVII; cf. praef. XX.
*γ* = Andomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI; cf. praef. XVII.
*δ* = Musei Brit. Reg. 5 D. VI s. XI —XII; cf. praef. XVIII.
*ε* = Vaticanus 495 s. XV; cf. praef. XVIII.
*ϝ* = Ambrosianus F. 60 s. VIII—VIIII; cf. praef. XXII.
*ζ* = Vaticanus 499 s. XV; cf. praef. XVIII.
*η* = Sangallensis 148 s. XI; cf. praef. XVIII.
*ϑ* = Parisinus 989 s. XI; cf. praef. XVIII.
*λ* = Vallicellianus C. 27 s. XVI; cf. praef. XX.
*ξ* = Murbacensis s. VIIII; cf. praef. XX.
*ϱ* = Reginensis 1382 s. XI; cf. praef. XVIII.
*υ* = Casanatensis D. IV 41 s. XV; cf. praef. XVIIII.
*φ* = Casinensis 232[1] s. XI; cf. praef. XVII.
*χ* = Parisinus nouv. acq. 1444 s. VIIII—X; cf. praef. XX.
*ψ* = Casanatensis A II 1 s. XVI; cf. praef. XVIIII.

*ω* = codices omnes    *cet.* = codices ceteri

OPERVM

# S. PAVLINI NOLANI

## PARS PRIOR

## EPISTVLAE.

---

### I.

PAVLINVS SERVVS CHRISTI IESV SEVERO CARISSIMO FRATRI SECVNDVM COMMVNEM FIDEM IN DEO PATRE ET CHRISTO IESV SALVTARI NOSTRO SALVTEM.

1. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauum ori meo. sensi plane quasi delibutis melle sermonis tui praecordiis sanctae scripturae fidem, qua dictum est: inpinguant ossa sermones boni, non utique haec ossa, quorum structura nos in corporis habilitate conpaginat, sed quibus interioris hominis firmitas continetur, spem scilicet et fidem et caritatem; quae sunt et uiscera misericordiae et ossa patientiae et totius membra uirtutis. haec tu ossa et membra et uiscera sanctis et spei et fidei et caritatis alloquiis opimasti, quibus

4] Ps. 118, 103. 6] Prou. 15, 30.

*FLMOPU.* — Ad sulpicium seuerum ·XII· *M,* item eiusdem ad eundem ·IIII· *L,* incipit ad eundem VI *O,* incipit quinta *F,* epistola sancti Pauli episcopi ad Seuerum monacum de uitandis hereticis: et de perseuerando in professione catholice fidei, ubi etiam introducit quomodo in barchinonensi eclesia fuerit consecratus *U* 1 patri *FPU* 5 quasi *ex* quia *F m. 2* 6 tui *M s. l. m. 2* fidem *om. FPU* impingant *LM* 9 silicet *PU ut solent* et (*ante* fidem) *om. FOPU* 12 opinasti *F*

et fidei tuae spem domino intentam et spei fidem in domino constantem et plenitudinem caritatis in Christo sicut ipsius erga nos dei dilectionem manere docuisti, cum sollicito et optanti mihi neque aliter de te, immo de deo credenti, qui et in infirmis uirtutem suam operatur ac perficit, indicasti augmentum patrimonii in caelestibus, quod salubriter praesentium onerum decoctione fecisti, fragilis substantiae pretio caelum Christumque mercatus, uere intellegens super egenum et pauperem, quem in Christo esse et in quo Christum, ut ipse docuit, tegi pasci fenerari credidisti.

2. Sit hic odor mortis in mortem his qui pereunt, quibus caro et crux dei uiui stultitia uel scandalum est, quia ipsis caro et sanguis, cui seruiunt, Christum Iesum dei esse filium non reuelat, nobis autem carnis et mortis diuinae fides odor uitae efficiatur ad uitam. nec moueantur, frater dilectissime, pedes nostri a uiis domini et tramite itineris angusti, si nos interdum profana uel stulta quorundam saecularium uerba circumlatrent; instructi enim satis per sacras litteras et de ipsis et de nobis sumus. de his enim beatus apostolus nobis ait, quia in hoc laboramus et maledicimur, quoniam speramus in deum uiuum, qui est salus omnium hominum, maxime fidelium, qui istorum, quibus rationem uis reddere, etiam sui in euangeliis ore et uenena in conloquiis et merita praedixit in poenis: uae his qui scandalizauerint unum ex modicis istis in me credentibus! expedit homini illi, ut suspendatur mola asinaria collo eius et praecipitetur in profundum maris. nobis uero ait: beati

8] Ps. 40, 2; Matth. 25, 40. 11] II Cor. 2, 16. 12] (I Cor. 1, 25). 13] (Matth. 16, 17). 16] (Ps. 16, 5). (Matth. 7, 14). 20] I Tim. 4, 10. 24] Matth. 18, 6; Luc. 17, 2. 27] Matth. 5, 11.

1 in *om. in ras. M* 4 in *om. M* 5 augumentum *FU* 6 p̃m̃tium *M* 7 deoctione *U*, depositione *M* xp̃m cęlumq; *M*, coelum christum *U* 11 iis *v* 13 ipsius *U* et seruiunt *L* Iesum *om. U* ęsse dei filium *M* 14 fines *U* 18 satis *om. F*, sacris *U* litteras *om.* $L^1$ 21 hominum *om. LM* 22 et maxime *LM* iustorum *F* 23 sui *O*, suo *cet.* 24 ue his *FLO*, uehe his *U*, uhe his *P*, ue his inquit *M* 25 qui in me credunt *M*

estis, cum uobis maledicent homines et dicent omne malum aduersum uos et exprobrabunt nomen meum tamquam malum; gaudete et exultate, quoniam merces uestra copiosa in caelis. haec, mi frater, domini uerba retinentes et in nostram fidem confirmemur et obprobria uel odia infidelium neglegamus: in tenebris enim ambulant, quia sol iustitiae non ortus est eis. uenenum aspidum est sub labiis eorum, quod inficit mentem et animam interficit, si receptum auribus in corda peruaserit. cor eorum, inquit scriptura diuina, uanum est, et sepulchrum patens est guttur eorum. caueamus a fermento eorum, ne totam massam corrumpat. scriptum est enim: non habitabit iuxta te malignus, et iterum: cum sancto sanctus eris et cum peruerso subuerteris, et: discedat ab iniquitate qui nominat nomen domini. obstrue, frater, et saepi aures tuas spinis ad uerba eorum, quae sunt spinae et sagittae zabuli, qui in eorum praecordiis latens insidiatur in occulto, ut rapiat pauperem Christi et uenetur animam christiani. sed in caput eorum, sicut scriptum est, iniquitas ipsorum conuertetur, et incident in foueam quam operantur.

3. Tu autem, homo dei, fuge ab istis, neque ut sapientioribus rationem reddere labores, cum scias penes te principium esse sapientiae, qui times dominum. si stultum putant esse quod gerimus, gratulare conscius tibi, quia opus dei et praeceptum Christi geris, et reminiscere, quoniam stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia, et quoniam quod stultum est dei, sapientius est hominibus. talibus autem uelle purgari idem est quod posse Christum ipsum

6] Ps. 81, 5. 7] Sap. 5, 6; Mal. 4, 2. 8] Ps. 13, 3. 139, 4. 10] Ps. 5, 10 et 13, 3. 11] (Gal. 5, 9; I Cor. 5, 6). 12] Ps. 5, 6. 13] Ps. 17, 26. 14] II Tim. 2, 19. 15] Eccli. 28, 28. 17] Ps. 9, 9 sec. LXX. iuxta Hebr. 10, 9. 19] Ps. 7, 16 et 17. 21] I Tim. 6, 11. 23] (Ps. 110, 10; Prou. 1, 7 et 9. 10). 25] I Cor. 1, 27. 27] ib. 25.

1 maledixerint *FPU* 2 exprobabunt *U* 4 copiosa] est *add. FLMU* 7 iustiae *O* 9 in *om. M* eorum] enim *F* 14] peruerteris *M* discedit *M* 16 sagipae *U* 17 zaboli *O*, diaboli *cet.* 18 cristiani *O* 19 sicut] ut *FPU* conuertatur *FPU* 20 incidant *FPU* 22 reddere rationem *FPU* panes *O* esse principium *FU* 28 uelle] uel *O* ipsum *om. FPU*

negare, qui erubescentes nomen suum coram hoc mundo erubescet inuicem coram patre confiteri suos.

4. Tu igitur qui laboras, ut scribis, rationem pro meo ac tuo facto reddere, quid facies, si non persuaseris hominibus non ad aedificationem suam, sed ad destructionem tuam tecum de opere dei disputantibus? iam erubesces iamque pallebis, ut causae peioris adsertor, et motus gradu titubabis in uia domini et caelo in terram relaberis, si quae aedificasti destruis. multum interest, quinam isti sint quibus ratio reddenda sit. si discendi studio uenit et ignorantiam confitetur, sparge in eum semen fidei et praeceptum pande diuinum. si capit uerbum, lucratus es ecclesiae fratrem et ouem Christo. si uero non erit purum boni seminis germen et a nocturno patris familias caelestis inimico zizania interserente frumentis nocens gramen et infelix seges a frugibus bonis messis tempore segreganda nec horreis debita sed caminis, pabulo ignis aeterni arsura materies, suis interim crescit incendiis, refuge et repelle conloquio tuo atque conspectu, ut si tua fide sanari non potest, te sua infidelitate non uulneret.

5. Sit licet frater et amicus iunctior tibi dextera tua et carior lumine, si alienus est et inimicus in Christo, sit tibi ut extraneus et ut publicanus. abscidatur ut inutilis dextera a corpore tuo, qui tibi in Christi corpore non cohaeret, et ut nocens oculus eruatur qui corpus tuum totum sua macula uel caecitate contenebrat. melius est enim unum membrum perire pro totius corporis salute quam unius membri uitiosi amore totum corpus, ut ait dominus, ire in gehennam. nec metuenda est offensio talium, quae quidem et optanda nobis

1] (Matth. 10, 33; Luc. 9, 26; Marc. 8, 38). 12] Matth. 18, 15. 14] (Matth. 13, 25). 21] Matth. 18, 17. 22] (ib. 18, 8). 25] Matth. 5, 29. 30.

1 coram] in *U* erubescent *FOU* 5 distructionem *U* 6 erubescis *O*[1] ut] et *FU* 7 motus *v,* motu *O,* moto *cet.* 8 e celo *FPU,* a celo *M,* de coelo *v* 9 sunt *U* 13 germem *F* 15 greges *U* 16 aetterni ausura *U* 20 silicet *PU,* scilicet *F* uinctior *FP*[1] 21 tibi ut] tibi *FLPU* 23 choeret *P*[1] 24 totum *om. F* 25 enim est *F* 27 gehennem *O*

est, quoniam de eorum obprobriis atque maledictis nascitur illa merces, quam copiosam deus promisit in caelis. non est, inquit, discipulus super magistrum nec seruus super dominum suum, et, si patrem familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? si dominum et deum quem sequimur amauerunt, et nos amabunt; si illum persecuti sunt, et nos persequentur. quo nobis gratia mundi, quae est odium Christi? si de mundo, inquit, essetis, amaret mundus quod esset suum.

6. Tu ergo, qui rationem quaeris reddere hominibus et his infidelibus, uide quid desideres; gratiam sine dubio hominum id est mundi, cui placere non potes, nisi Christo malueris displicere. si enim, inquit, hominibus placerem, Christi seruus non essem. displiceamus ergo his et gratulemur isdem nos displicere, quibus et deus displicet. non enim nostrum, ut scis, sed domini Iesu Christi id est omnipotentis dei opus in nobis lacessunt; quem in suis actibus spernunt, in nostris operibus oderunt, sero dicturi: domine, quando te uidimus nudum, et non uestiuimus? esurientem, et non cibauimus? infirmum, et non uisitauimus? et tunc audituri: ite in ignem aeternum, quem praeparauit deus patri uestro et angelis eius, quoniam quae indigentibus non faciunt Christo negant, qui cum diues esset, pauper factus est, ut nos sua paupertate ditaret.

7. Fruantur interim uoluptatibus dignitatibus opibus suis, si tamen eorum sunt, quas istic habere malunt ubi esse desinimus, quam illic ubi esse persistimus. sibi habeant sapientiam, sibi felicitatem suam, nobis inopiam nostram, ut putant, et

2] (Matth. 5, 12; Luc. 6, 23). Matth. 10, 24; Ioh. 13, 16. 4] Matth. 10, 25. 6] Ioh. 15, 20. 8] ib. 19. 13] Gal. 1, 10. 18] Matth. 25, 44 et ex v. 37 et 38. 20] ib. 41. 23] II Cor. 8, 9. 25] (Sap. 2, 6).

1 eorum *ω*, horum *v* oppropriis *U* 2 promittit *LM* 3 supra — supra *v* 4 belzebu[b] *O*, belzebuc *PU* uocauere *U* 7 gratiam *Ov* 10 quaeris] uis *M* 13 inquit] apostolus *add. LM* 14 hisdem *ω* nobis *L*, non *F* 16 domini] nostri *add. v* 20 i*te (n *eras.*) *L* 22 quae quoniam *LM* 24 pauperaret *F* dictaret *U* 26 isti *FPU*

stultitiam nostram relinquant. de ipsius etiam, quem etsi nomine confitentur, tamen actu negant, habentes speciem pietatis, uirtutem eius abnegantes, de ipsius, inquam, dei nostri uerbis prudentiam sibi, si placet, adrogent et stultitiam nobis exprobrent. ait enim dominus: filii huius saeculi sapientiores sunt filiis lucis, sed adiecit: in hac generatione. sint prudentiores, dum non sint filii lucis. sint una generatione sapientes, dum in illa regeneratione nostra inueniantur excordes. sint nunc beati uel magis fortunati, per omnia prospera blandiente saeculo defluentes, mollibus uestiantur, in domibus regum sint, dum in laboribus hominum non sint et cum hominibus non flagellentur. sint diuites saeculo, quia sunt egentes dei, de quibus scriptum est: diuites eguerunt et esurierunt, sicut de nobis ilico subiectum: inquirentes autem dominum non deficientur omni bono.

8. Vtinam, mi frater, digni habeamur qui maledicamur et notemur et conteramur atque etiam interficiamur in nomine Iesu Christi, dum non ipse occidatur Christus in nobis. tum demum super aspidem et basiliscum ambularemus et conculcaremus caput draconis antiqui. sed adhuc amico, quod peius est, saeculo soluimur et in Christo deliciamur, laudari tantum in nomine ipsius amantes, contristari et tribulari, quod est utilius, recusantes. memento granum sinapis, de quo semine sumus, si conteratur, accendi magis et tum demum in uim suam excitari. quamobrem debemus quasi naturae nostrae in hoc respondere, ut aduersis sermonibus contriti inardescamus ad fidem

1] Tit. 1, 16; II Tim. 3, 5. 5] Luc. 16, 8. 10] (Matth. 11, 8; Luc. 7, 25). 11] Ps. 72, 5. 13] Ps. 33, 11. 16] (Act. 5, 41). 19] Ps. 90, 13.

1 nostram nobis *FPU* 4 sibi si *O,* si sibi *LM,* sibi *FPU* abrogent *FOP,* abrogens *U* 5 exprobem *U,* exprobent *P* saeculi *om. L* 6 generatione hac *M* 7 *postr.* sint] sin *U* una *FOPU,* in hac *LM,* sua *v,* in ea *fort.* 9 sint nunc — *l. 13* scriptum est *add. O m. 2 in mg.* 10 blandiente *Rosw.,* blandientis *L²M,* blandientes *cet.* 11 dum—non sint *om. FPU* 12 *post.* sin *U* 13 qui *M* 14 exurierunt *U ut solet* 15 deficient *L²M* 17 nomine] dñi *add. M* 18 Christi *om. M* 19 supra *FPU* badaliscum *U* 21 *post.* in] et in *U* 24 excitari in uim suam *M* 26 ut] in *U* contrititi *O*

et eos ipsos, qui nos ut minimos hominum scilicet quasi granum sinapis, quod minimum est seminum, frangere conantur, uramus. si uero hi qui deforis sunt rationem a te sancti operis adquirunt et uenenatas de corde uiperino linguas in cor tuum uibrant, noli dare sanctum canibus et margaritas tuas non proicias ante porcos. quae enim pars fideli cum infidele? quae societas luci ad tenebras? quae conuentio Christi ad Belial?

9. Tu uero miles Christi armatus ab apostolo galea salutis et lorica iustitiae et scuto fidei et gladio ueritatis et uirtute spiritus sancti, sta in armis caelestibus constans et tela inimici candentia fonte sapientiae et flumine aquae in te uiuentis extingue. depositum custodi, fidem serua, iustitiam sectare, caritatem Christi tene, patientiam aemulare, exerce te ipsum ad pietatem quae ad omnia utilis est, sobrius esto, in omnibus labora, certamen bonum certare, cursum consumma, ut adprehendas in quo adprehensus es; de cetero reponetur tibi corona iustitiae, quam reddet dominus in illa die iustus iudex his qui diligunt aduentum eius. eos autem qui sanam doctrinam non sustinent, uoluptatium amatores magis quam dei, in peius semper proficientes, seducentes et seductos, homines mente corruptos et a ueritate alienos et ob hoc ipsum traditos in concupiscentias cordis sui, in laqueum et desideria multa, quae a fide naufragos mergunt in interitum et perditionem, quia creaturam praetulerunt creatori id est

1] Matth. 13, 31; Marc 4, 31; Luc. 13, 19. 5] Matth. 7, 6. 6] II Cor. 6, 14. 9] Eph. 6, 14; I Thes. 5, 8; Rom. 15, 13. 12 et sqq.] I Tim. 6, 20; II Tim. 1, 14; ib. 2, 22; I Tim. 4, 8; II Tim. 4, 5; ib. 8; ib. 3, 4. 24] (I Tim. 6, 9). 26] (Rom. 1, 25).

1 quasi *om. F* 2 minimūṣ *O* 3 conantur *O*[2]*v*, conamur *O*[1], curemus *cet.* hii *LO, om. M,* ii *v* 4 adquirunt *O*, inquirunt *cet.* 7 infideli *Lv* 10 gladio *LMO*, galea *FPU* 11 spiritu *U* 12 fronte *FPU* 15 patientia *U* 17 certa *LM* consuma *FPU ut solent* 18 esṭ *O* 20 iis *v* autem] deuita *add. Sacch.* 21 uoluptatium *O*, uoluntatum *U*, uoluptatum *cet.* 24 traditi *O* *post.* in *om. FMPU et L s. l. m. 1* 26 pertulerunt *O*

simulacra gentium aurum et argentum deo carius habentes, seruantes animas suas in hoc mundo, perdentes in Christo, discede ab huiusmodi et profanas uocum nouitates deuita, ne circa quaestiones aniles et uanas aut inpias uerborum contentiones incipias aegrotare et pericliteris a falsis fratribus aut a perditis reprobatisque sapientibus, et omnes qui uidebunt insultante zabulo dicant: hic homo coepit aedificare et non potuit consummare. quod absit a nobis, qui non nostris operibus aut uiribus sed diuina uirtute et misericordia freti opus perfectionis ausi sumus. potens est ipse, qui est omnipotens, perficere in nobis opus perfectionis suae et quod fundare iam ac primis machinis erigere dignatus est suis struere mensuris et consummare fastigio, quia ipse turbatis ad operis istius molem etiam apostolis suis dignatus est dicere apud homines inpossibile hoc esse, sed non apud deum, in quo credentibus nihil inpossibile est.

10. Verum, ut inuicem in uerbis domini consolemur et operibus proficiamus, exi de terra tua et de cognatione tua, ut Abraham fideli imitatus excessu beato Abrahae sinu dignus sis. festina uenire ad nos, in commune conpendium accepturus et daturus fidei supplementa. hoc enim acceptum coram deo, quia et frater fratrem adiuuans exaltabitur. nos modo in Barcinonensi, ut ante scripseram, ciuitate consistimus. post illas litteras quibus rescripsisti die domini, quo nasci carne dignatus est, repentina, ut ipse testis est, ui multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correptus et presbyteratu initiatus sum, fateor, inuitus, non fastidio loci (nam testor ipsum, quia et ab

1] Ps. 113, 4. 2] (Ioh. 12, 25). 3] (I Tim. 6, 11). 4] (II Tim. 2, 23. I Tim. 1, 4 et 4, 7; Tit. 3, 9). 7] Luc. 14, 30. 15] (Matth. 19, 26). 18] Gen. 12, 1; Act. 7, 3. 19] (Luc. 16, 22). 22] Prou. 18, 19.

1 argentum et aurum *FPU* 3 Christo] deuita *add. L m. 1(?)* 4 ne] nec *FU* aniles et uanas] et aniles fabulas *LM* 6 et] sed *O* 7 zabulo *O*, diabolo *cet.* 10 ausi *Ov*, arripere ausi *cet.* 11 suae *om. F* 13 ab operibus *O* 15 oc *O* 18 exi et $^{ut}$ de *M*, et de (exi *om.*) *L* *pr.* tua *om. FPU* 19 ut *Ov, om. cet.* abram *F* fideł *LM* excessum *LM* beati *M* 20 ut sis *FPU* 21 acceptum est *M* 22 et *om. LM* 23 barcinonensis $L^1$ ciuitatem *U* 24 illas] enim *add. M* 26 presbiterata *O*

aeditui nomine et officio optaui sacram incipere seruitutem), sed ut alio destinatus, alibi, ut scis, mente conpositus et fixus, nouum insperatumque placitum diuinae uoluntatis expaui. data igitur ceruice in iugum Christi uideo maiora me meritis et sensibus opera tractare iamque arcanis et penetralibus dei summi receptum et insertum communicare caelestia et deo propius admotum in spiritu ipso Christi et corpore et splendore uersari. uix adhuc intellectum sacrae molis capio mentis angustiis et onus muneris mei conscius infirmitatis horresco, sed is, qui sapientiam paruulis dedit et ex ore infantium atque lactantium perficit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere et munus ornare, ut se dignum faciat quem ab indigno uocauit. scito tamen uoti communis eodem domino praestante saluam esse rationem; nam ea condicione in Barcinonensi ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi ecclesiae non adligarer, in sacerdotium tantum domini, non etiam in locum ecclesiae dedicatus.

11. Veni igitur, si placet, ante pascha, quod nobis optatius est, ut sacras ferias me sacerdote concelebres; quod si iam ad itineris ingressum propitio deo uis occurrere, post pascha in nomine Christi proficiscere. sed credimus in domino nostro, quia tibi desiderium nostri flagrantius inspirabit, ne ultra pascha tempora ad nos tua proferre sustineas. iter quantum sit et puer unanimitatis tuae renuntiabit, qui ad nos de Elusone octava, ut adseruit, luce peruenit; tam breuis enim et facilis uia est, ut nec in Pyrenaeo ardua sit, qui Narbonensi ad Hispanias agger, nomen magis quam iugum, horrendus interiacet.

10] Ps. 18, 8. 8, 4.

3 imsperatumque *L*, speratumque *FPU* 4 maiorem *O*, me maiora *M* 5 archanis *FLM ut solent* penetrabilibus *M* 7 ꝓpritius *O* 9 humeris meis *FU*, numeris mei *P*[1] 10 *is (h *eras.*) *L*, his *O* 11 atque] et *M* lactantium *O*, lattentium *U*, lactentium *cet.* perfecit *U* 13 uotis *F* 14 deo *FU* 15 barchinonensi *FOPU* 21 profiscere *P* 22 paschę *M* 24 elusone *Ov*, elusione *PU*, clusione *FLM*, Elusa *coni. Abr. Ortelius* 25 ut] ut ipse *FPU* 26 pireneo *FLMU*, pyrineo *O* 27 agger *v*, ager *FU*, aggeri *LM*, aggere *O*, ager est (est *exp. m. 2*) *P* nomine *M* horridus *FPU*

uerum quid de spatio agam? si nos desideras, uia breuis est; longa, si neglegis.

## II.

Domino fratri dilectissimo Amando Pavlinvs.

Post tempus accepimus litteras dilectionis uestrae, sed quo diutius desideratae, hoc auidius a nobis susceptae sunt; nam et aqua frigida sitienti dulcior et nuntius bonus de terra longinqua iucundior est, ita et sermonis uestri suauitas inpinguauit ossa nostra et animam esurientem satiauit bonis. quid nos talibus dignum reddimus eloquiis ingenio tenues, corde crassi, ore ieiuni et, sicut scriptum est, uentres pigri? uerum etsi omnibus rebus inferiores, tamen caritas sola nos uobis praestat aequales. dilectioni enim quam in nos habetis pari mente certamus, quae quidem uisceribus nostris insita et adfixa praecordiis et animae ipsi permixta est spiritu domini, qui habitare facit unius moris in domo, qui innumera credentium milia uno corde conectit, quia unus omnia in omnibus adinpletur.

2. Nunc huic domino placuit in uase fictili ponere thesaurum suum, qui me uocauit per gratiam suam, suscitans de terra inopem et de stercore erigens pauperem, ut conlocaret cum principibus populi sui et inter sacerdotes in-

7] Prou. 25, 25. 8] (Prou. 15, 30). 9] Ps. 106, 9. 11] Tit. 1, 12. 16] Ps. 67, 7. 17] Eph. 1, 23. 19] (II Cor. 4, 7). 20] Gal. 1, 15. Ps. 112, 7. 8. 22] (Ps. 131, 16).

1 agimus *FP²U* 2 neglegis] uale *add.* *FP²U* — Explicit epistola quinta *F*, finit ad seuerum sexta *O*, explicit *L* · *FLMOPU* — Ad amandum epm XXIIII · *L*, ad amandum epm · XXX · II · *M*, incipit ad eundem · IIII · *O*, ad eundem · IIII · *P*, epistola sancti paulini episcopi ao *(sic!)* amandum presbiterum, ubi de mutua kritate habenda ad inuicem: et quomodo ad episcopalem cathedram inuitus ascenderit plura proloquitur *U* 4 nostro fratri *P* 5 accipimus *O* 6 diutinus *F* hoc] eo *L* suscepto *U* 7 et (*ante* aqua)] ut *fort.* scicienti *P* 8 iocumdior *LMU* uri *ex* nri *M* impugnauit *L* 10 reddemus *v* 11 crassiore *FMU* uentris *FOPU* 12 uobis nos *FPU* 14 uiceribus *L* 15 permixtae *O*

dueret salutare, ut dum curro in odorem unguentorum eius, fierem gutta eius unguenti, quod descendit in barbam Aaron. in cuius domo domesticus fieri et benedicere dominum de fontibus Israel cum pro meritorum meorum conscientia recusarem uel potius non auderem recipere, ego uermis et non homo ui subita inuitus, quod fateor, adstrictus et multitudine strangulante conpulsus, quamuis cuperem calicem ipsum a me transire, tamen necesse habui dicere domino: uerum non mea uoluntas sed tua fiat, cum praesertim ipsum de se dominum dixisse legerem: filius hominis non uenit ministrari sed ministrare. praeuenti igitur a domino et adprehensi ab eo, quem necdum adprehendimus, deseruimus altario dei et mensis salutaribus ministramus iam nomine officioque seniores, sensu autem adhuc paruuli et sermone lactantes.

3. Quod ministerium ut bene ministrem et gradum bonum mihi adquiram et sciam qualiter oporteat me in domo dei conuersari et tractare mysterium pietatis, tu domine uenerabilis et frater et domine in Christo nobis, ora dominum in omni bono diuitem, ut abundemus fide et sermone et scientia et omni sollicitudine et insuper uestra in nos caritate, ut et in hac gratia abundetis. praeterea ipse epistolis tuis nos saepe instrue necessariis supplementis; enutritus enim sermonibus fidei et bonae doctrinae, quam a puero in sacris litteris subsecutus es, informa nos ad regulam directionis, pasce nos spiritali cibo id est uerbo dei, qui est uerus

1] (Cant. 1, 3). 2] Ps. 132, 2. 3] (Eph. 2, 19). Ps. 67, 27. 5] Ps. 21, 7. 8] Matth. 26, 42; Marc. 14, 36; Luc. 22, 42. 10] Matth. 20, 28. 12] (Phil. 3, 12). 13] (I Cor. 14, 20; I Tim. 3, 13). 19] (Rom. 10, 12). 20] II Cor. 8, 7. 23] I Tim. 4, 6. 26] (Deut. 8, 3).

1 salutari *LM* ungentorum *M ut solet* 2 aron *U* 4 isdrael *U* 6 fateor] et *add. M* adstrictus *O,* astrictus *cet.* 7 cupienti *F* 9 ipsium *U* 10 domino *FPU* 13 altari *FPU* ministrauimus *U* 14 aduc *P, om. M* 15 lactentes *LM,* lactantentes *U* 17 domini *M* 18 domine *delendum cens. Sacch.* 19 et domine *om. LM recte ut uidetur* 20 *alt.* et *om. M* 23 enutritus *Ov,* nutritus *cet.* 25 obsecutus *F*

et uiuens panis et in quo magis quam in pane uiuitur, quoniam ipse est esca iustorum qui ex fide uiuunt. nec hinc neglegentior sis circa sollicitudinem institutionis meae, quod loco ecclesiae, non tamen corpore separamur; unus enim deus, unus et mediator dei et hominum, qui est ecclesiae caput in qua cum omnes unum simus, tamquam in una domo uiuimus. nec possumus dicere nos esse sine uobis, cum unius spiritus simus et in uno, qui est unus, habitemus. ideo seruantes unitatem spiritus in coniunctione pacis, ut unum corpus et unus spiritus ut sociali inuicem membro nobis conlaboremus, ut crescamus in illius corporis aedificationem, cuius caput Christus est.

4. Igitur quia facti sumus de hostibus ciues, de longinquis proximi, de ouibus pastores et positi sumus in fundamento apostolorum et prophetarum, erudite et confirmate manus ad aedificandi scientiam, ut ad lapidem, qui factus est in caput anguli, discam parietem utrumque conectere et in templum sanctum atque in habitaculum dei corpora et corda fide mundata construere, per arma apostoli potentia deo omnem elationem extollentem se aduersus scientiam dei captiuam ducere, omnem intellectum ad oboediendum Christo perducere, euangelicam securim arborum radicibus admouere et gladio spiritus id est uerbo dei interficere peccatores terrae et scuto catholicae fidei omnia iacula candentia nequissimi extinguere et certamine decertato cursuque decurso fide seruata ministerio inpleto expectare illud, quod dominus in illa die iustus iudex reddet omnibus qui diligunt aduentum eius. ergo

1] (Matth. 4, 4). (Luc. 4, 4). 2] (Rom. 1, 17). 4] I Tim. 2, 5. 8] Ephes. 4, 3. 11] (Eph. 4, 12). 12] (Eph. 2, 17). 14] (Es. 35, 3). 15] Ps. 117. 22; Matth. 21, 42. 17] (Eph. 2, 21). 20] (II Cor. 10, 5). 21] (Matth. 3, 10). (Eph. 6, 17). 22] (Ps. 100, 8). 24] (II Tim. 4, 7). 25] ib. 8.

1 et in] in *LM* 2 neglientior *F* 4 corpore] ęclię *add. M s. l.* 6 unum omnes *M* scimus *F*, sumus *LU* 7 nos] non *F* uobis *Ov*, nobis *cet.* spiritu *OP*² sumus *FPU* unius *FPU* 10 socialia—membra *LM* cumlaboremus *FPU* 11 illis *U* 12 hospitibus *coni. Lebrun* 13 fundamentis *M* 15 edificandam (am *s. l. m. 2*) *F* ad *Ov*, et *cet.* lapide *LM* 18 potentiam *F* omne *F*

ut tuum ac tecum manentem spiritaliter uidens ac tenens instrue iuua hortare confirma. de uobis enim et per uos deo natus in Christo uestra potissimum cura esse debeo, quia uestrum obprobrium, si indignus, aut uestrum gaudium ero, si ex fructibus bonis uestrae arboris ramus esse cognoscar.

## III.

Domino merito honorabili et beatissimo patri Alypio Paulinvs et Therasia peccatores.

1. Haec est uera caritas, haec perfecta dilectio, quam tibi circa humilitatem nostram inesse docuisti, domine uere sancte et merito beatissime ac desiderabilis. accepimus enim per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentem litteras tantam nobis sanctitatis tuae lucem adferentes, ut nobis caritatem tuam non agnoscere, sed recognoscere uideremur. quia uidelicet ex illo, qui nos ab origine mundi praedestinauit sibi, caritas ista manauit, in quo facti sumus antequam nati, quia ipse fecit nos et non ipsi nos, qui fecit quae futura sunt. huius igitur praescientia et opere formati in similitudinem uoluntatum et unitatem fidei uel unitatis fidem praeueniente

15] (Eph. 1, 4; I Pet. 1, 2). 16] Ps. 99, 3.

1 ut] et *F* 5 cognoscar] ualete *add. FPU.* — finit ad amandum IIII *O CΓFMPUYΦαcγδfhφ.* — XXIX paulinus et therasia ad alipium *C,* epla s̃ paulini ad s̃ alipium ep̃m VI. *M,* alypio paulinus *P,* epistola sc̄i paulini ad alippium ep̃m. ubi ei gratias refert pro quinque libris augustini contra manicheos ex insperato sibi missis. ubi etiam mentionem facit quod librum de temporibus ab eusebio cesariensi dudum editum ei destinare curauerit *U,* epla paulini et therasiae ad alipium *αγh,* epła paulini ad alipium ep̃m XVIIII *δ,* paulini et therasie ad alipium XVIIII *f,* incipit epł paulini et therasiae ad alypium XXXI. *φ* — 7 alipio *ΓFfMαδh,* alippio *U* 8 paulinus etherasia *C* 9 haec est *Uh* dilectio perfecta *U* 10 uere] et uere *h* 11 desiderantissime *F,* desideratissime *PU* 12 dede *C* cartagine *ΓFYαcγδh,* carthachine *C* 13 offerentes *FPU* 14 cognoscere *FPUY* 15 uidedicet *φ*[1] praedistinauit *Y* sibi] si *γ* 17 non *om. U* uentura *f* 18 praescientia *om. δf,* praesentia *γ* et] atque *h* farmam *f* 19 et] ac *h* uel unitatis fidem *om. h,* uoluntatis fidem *Y* praeuenientem *c*

notitiam caritate conexi sumus, ut nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. gratulamur itaque et gloriamur in domino, qui unus atque idem ubique terrarum operatur in suis dilectionem suam spiritu sancto, quem super omnem carnem effudit, fluminis inpetu laetificans ciuitatem suam, in cuius te ciuibus principalem cum principibus populi sui sede apostolica merito conlocauit nosque etiam, quos erexit elisos et de terra inopes suscitauit, in uestra uoluit sorte numerari. sed magis gratulamur in eo domini munere, quo nos in pectoris tui habitatione constituit quoque ita uisceribus tuis insinuare dignatus est, ut peculiarem nobis caritatis tuae fiduciam uindicemus, his officiis atque muneribus prouocati, ut nos diffidenter aut leuiter te amare non liceat.

2. Accepimus enim insigne praecipuum dilectionis et sollicitudinis tuae, opus sancti et perfecti in domino Christo uiri fratris nostri Augustini libris quinque confectum, quod ita miramur atque suspicimus, ut dictata diuinitus uerba credamus. itaque fiducia suspiciendae nobis unanimitatis tuae et ad ipsum scribere ausi sumus, dum nos illi per te et de inperitia ex-

4] (Ioel. 2, 28). 5] (Ps. 45, 5). 6] (Ps. 112, 8). 7] (Ps. 145, 8. 112, 7).

1 notitia *Cαγδfhφ* quonexi *Y* simus *φ* corporalẽș *φ*, temporales *U* 2 aspectus *h*, conspectũị *φ* ireuelante *Γ* nocereinus *F*, noscerimus *Y*, agnosceremus *h* 3 gloriamur] reuelamur *U* 4 in spiritu *Y* 5 effundit *PUδf*, effudit et *M* effudit super omnem carnem *h* impetus *CY* letificat *CMφ* ciuitatem] dei *add. U* 6 principem *α* principalem cum principibus *C s. l. m. 2* 7 sede] sed *c*, sed de *γ* apostolico *c* meritum *FPU* etia *U*, et *P* que *FP* 8 ęlisos *Cγ*, allisos *Yc* inopes de terra *M* nunerari (nu *ex* mu *corr.*) *Y* 9 quos nos ins *φ*[1] 10 pecoris *f*, peccatores (ca *eras.*, es *in* is *corr.*) *δ* quodque *Yδfφ*[2] 11 inserere *γh* es *f* pepuliarem *Y*[1], pecularem *U* tuae caritatis *h* 12 uendicemus *M*, uendicare *ex* uindicare *h m. 2* prouocatur *FP*, prouocamur *U*, prouocati sumus *f*, ita sumus prouocati *α* 13 nos] non *M* non] nos *M* licetur *γ* 14 et (ac *h*) praecipuum *CM*[1]*hφ*; pignus *deesse susp. Sacch.* 15 sancti] scilicet *sup.* sc̄i *exh. M* Christo *om. FPU* 16 fr̃s *Y* nostri *om. FPUα* agustini *Y*, et coepiscopi nostri *α* quinque libris *M* quod] et *U* 17 suscipimus *FfPαγφ*[1] diuinitus dictata *M* 18 itaque sic *Γαδf* suspiciende *CMYcφ*, suscipiendae *cet.* 19 per te] per *F*, parce *f* impertia *c*

cusandos et ad caritatem commendandos praesumimus sicut et omnibus sanctis, quorum nos et absentium officiis sospitare dignatus es, pari procul dubio curaturus affectu, ut per sanctitatem tuam nostris inuicem salutentur obsequiis et in clero sanctitatis tuae comites et in monasteriis fidei ac uirtutis tuae aemulatores. nam etsi in populis ac super populum agas oues pascuae domini regens sollicitis uigil pastor excubiis, tamen abdicatione saeculi et repulsa carnis ac sanguinis desertum tibi ipse fecisti secretus a multis, uocatus in paucis.

3. Sane uicario aliquatenus munere, licet omnia tibi inpar, ut iusseras, prouidi illam Eusebii uenerabilis episcopi Constantinopolitani de cunctis temporibus historiam. sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod instructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romae repperi apud parentem noštrum uere sanctissimum Domnionem, qui procul dubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum indicaui. uerumtamen quia et loca tua mihi significare dignatus es, ut ipse monuisti, ad uenerabilem socium coronae tuae, patrem nostrum Aurelium ita scripsimus, ut si nunc Hippone regio degeres,

6] (Ps. 99, 3).

1 et caritate *Y* presuminus *f* 3 ut per] *incipit Φ fol. 7ʳ* 4 nostris] sanctis *f* salutantur *φ*¹ obsequiis] officiis *α* clerum *FPU* 5 commites *Φ* in] im *c* tuae ac uirtutis *h* 6 etsi] si et *YΦ* ac] et *FPU* 7 excubuis *Y* 8 obdicatione *f* ac] et *h* sanguinis] illecebra *add. f* deseram tibique *φ* 9 ipsi fecisti *f*, fecisti ipse *U* a *om. C* in] a *U* 10 aliquatinus *c* omnia] per omnia *Mαφ Col.*, omni *f* 11 ut *ex* et *c m. 2* ut iusseras *post* temporibus *l. 12 exh. M*, ut iusserat *φ*¹ illum *FPU* eusebi *Y* constantipolitani *Φ*¹, cesariensis *U; adnot. in mg. Φ man. s. VIIII:* miror si ñ eusebii chronica dic/// (at *oblitteratum*) 13 quod *om. γh* instructo *YΦ*, iufructu *Γαφ*, *al* infructu *sup.* instructu *δ m. 1*, instinctu *M*, iussionis *γ*, iussioni *h* tuae *γh* 14 habebam *FPU* non repperi *f* aput *Φ*, *om. γ* parentẽm *Y* 15 uere *om. M* dom*nionem *c* (i *eras.*), comnionem *f* promtius *Yγ*, promtuis *C*, promptus *Γαδφ*, prumtius *Φ* 16 tibi *om. γ* iudicaui *MUf*¹*φ* uerumptamen *Γ*, ueruntamen *δf* 17 tua *om. Y* sĩficare *Γ* 9 ita *om. c* scribsimus *Φ* ippone *Γ*, ypone *U*, hyppone *Y*, yppone *b*, hippo *γ*, hippona *φ* regione *FPUφ* dereges *Y*

illo tibi litteras nostras et transcriptam Carthagine membranam mittere dignaretur. quod et sanctos uiros, quos indice caritatis ipsorum tuo sermone cognouimus, Comitem et Euodium rogauimus, ut scribere ipsi curarent, ne uel parenti Domnioni codex suus diutius deforet et tibi transmissus sine necessitate redhibendi maneret.

4. Specialiter autem hoc a te peto, quoniam me inmerentem et inopinantem magno tui amore conplesti, ut pro hac historia temporum referas mihi omnem tuae sanctitatis historiam, ut qui genus, unde sis domo tanto uocatus a domino, quibus exordiis segregatus ab utero matris tuae ad matrem filiorum dei prole laetantem abiurata carnis et sanguinis stirpe transieris et in genus regale ac sacerdotale sis translatus edisseras. quod enim indicasti iam de humilitatis nostrae nomine apud Mediolanium te didicisse, cum illic initiareris, fateor curiosius me uelle condiscere, ut omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si a suspiciendo mihi patre nostro Ambrosio uel ad fidem

10] Verg. Aen. VIII, 114. 13] (I Pet. 2, 9).

1 transscribtam *Φ*, transcripta *FPU*, transcriptas *M*, transscriptā *c*, transscribam *φ*¹, transscribendam *Col.* cartagine *YΦαcδ*, Kartagine *γh*, cartaginem *FPU*, chartagine *Γφ*, a carthagine *M* menbranam *γ*, membrana *FPUc*, menbranas *M* 2 dignaretur mittere (mictere *U*) *FPU* quod et *om. M*, quod *γh* s̄cs̄ *Φ*, sanctos autem *M* indice *MYΦ*, indicem *FPU*, indices *ΓCαcγδhφ*, iudices *f* 3 ipsorum] eorum *M* sermonem *FPU* rogamus *Y* 4 scribere ipsi *YΦ*, haec scribere ipsi *ΓC Mαcδfhφ Col.*, hanc ipsi scribere *F*, hanc scribere ipsi *PU*, exscribere ipsi *Rosw.* curarint *Y*, curauerint *Φ* dominioni *γf* 5 codex suus diutius *YΦ*, diutius suus codex *M*, diutius codex suus (tuus *c*) *cet.* diforet *Y* transmissum *YΦ*, transmisimus *FPU* 6 redibendi *YΦfhφ*, rescribendi *FPU* 7 peto ut *M* ira merentem *f* 8 complecti *YΦφ*¹ ut *om. M* hac *om. FPU* 9 mihi *om. Y* sanctitatis tuae *U*, sanctitatis *γ* ut] et *α* 10 que *f* sis *om. Mh* domu *Φ*, dono *f* tantum *Cγ*, quomodo $^{\text{sis}}$ *M* 12 ꝓte *Mφ* laetante *YΦcγh*, lactantem *f* abiurate *C* carnis] caritatis *Γ* 13 geniis *PU* regalem *FPU* ac *YΦh*, et *Mαcφ*, *om. cet.* sacerdotalem *FPU* sis] qualiter sis *M* ediseras *Y* 14 humilitatis (li *m. 2*) *δ* mediolanium *CFYΦcγφ*, mediolanum *cet.* 16 ex parte *PYΦ* te *om. YΦ* quanto *FPU* gratulor *FPU* 17 a] ab *γ*, ausus cum *C* suscipiendo *CUΦαcδf*

inuitatus es uel ad sacerdotium consecratus, ut eundem ambo habere uideamur auctorem. nam ego, etsi a Delphino Burdigalae baptizatus, a Lampio apud Barcilonem in Hispania per uim inflammatae subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosii semper et dilectione ad fidem innutritus sum et nunc in sacerdotii ordinatione confoueor. denique suo me clero uoluit uindicare, ut, etsi diuersis locis degam, ipsius presbyter censear.

5. Sed de me ne quid ignores, scias antiquissimum peccatorem non ita olim de tenebris et umbra mortis eductum spiritum aurae uitalis hausisse nec ita olim posuisse in aratro manum et crucem domini sustulisse, quam ut in finem perferre ualeamus orationibus tuis adiuuemur. accumulabitur haec meritis tuis merces, si interuentu tuo onera nostra releuaueris. sanctus enim laborantem adiuuans, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur sicut ciuitas magna. et tu quidem super montem aedificata ciuitas es uel accensa super candelabrum lucerna in septiformi claritate conluces; nos sub modio peccatorum delitescimus. uisita litteris tuis, profer in lucem, in qua ipse uersaris, super aurea candelabra conspicuus. eloquia tua lumen semitis nostris erunt et oleo lucernae tuae inpin-

9] (Ps. 106, 14). 10] (Luc. 9, 62). 14] Prou. 18, 19. 16] (Apoc. 1, 13). 20] (Ps. 118, 105).

1 imitatus *U*, initiatus *Y* sacerdotum *CY* 2 uideamur habere *FPUαh* doctorem *α* si *Y* delfino *CUαcγδfhφ* burdigalae *Φγ*, burdigale *FPUYc*, burdigal[illegible] *φ*, burdegalae *cet.* 3 batizatus *U* lambio (b *ex* p *m. 2*) *c* aput *Φ* barcillonem *Γαδf*, barcinonam *Mφ*, barsalonem *PU*, barsolonem *F* *hispaniam (si *uel* s *eras.*) *Y*, hispaniam *Φ atque in marg.:* sc̃s paulinus baptizatus burdigalae a delphino consecratus barcinone a lampadio in presbyterio 4 inflamate *U* atque subitae *h* tam *F* 5 *pr.* et *om. h* delectione *f* nutritus *αc*, ennutritus *Y*, enutritus $φ^2$ ordinatione *FPUYΦc*, ordine *cet.* 6 clero me *Y* uendicare uoluit *Col.* uendicare *h* 7 diueris *Φ*, diuersi*s *c* locis locis *U* legam *U* censer *c* 8 scias] me *add. h* 9 olym *YΦ* 10 ausisse *UYΦ*, habuisse *C* olym *YΦ* aratrum *Γα* 11 in *om.* $Uc^1$ fidem *δ* proferre *U* 13 onera nostra *om. c* relauaueris *γ* 16 ciuitas aedificata *Col.* 17 in] es in *M* septiforme *FP*, settiformi *U*, septinformi *c* claritati *FPU* collucens *FPU* nos *om. Γαδf* 18 delitiscimus *Γγ* uiseta (e *ex* i) *Φ*, uisita ergo *M* litteras $Y^1$ tuis *YΦh*, tuis et *cet.* 19 ipse *om. h* 20 impinguetur *γ*, inpiguabitur *F*

guabitur caput nostrum et accendetur fides, cum de spiritu oris tui cibum mentis et lumen animae sumpserimus.

6. Pax et gratia dei tecum et corona iustitiae tibi maneat in die illo, domine pater merito dilectissime uenerabilis et exoptatissime. benedictos sanctitatis tuae comites et aemulatores in domino fratres, si dignantur, nostros tam in ecclesiis quam in monasteriis Carthagini Thagastae Hippone regio et totis parochiis tuis atque omnibus cognitis tibi per Africam locis domino catholice seruientes multo affectu et obsequio salutari rogamus. si ipsam membranam sancti Domnionis acceperis, transcriptam nobis remittere dignaberis. et hoc rogo scribas mihi, quem hymnum meum agnoueris. panem unum sanctitati tuae unitatis gratia misimus, in quo etiam trinitatis soliditas continetur. hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione sumendi.

## IIII.

### Domino fratri vnanimo et venerabili Avgvstino Pavlinvs et Therasia peccatores.

1. Caritas Christi, quae urget nos et absentes licet per unitatem fidei adligat, ipsa fiduciam ad te scribendi pudore

1] (Matth. 6, 17). 19] II Cor. 5, 14.

1 capud *Yφ*[1] de *om. Col.* 2 cybum *Y* mentibus *FU* 3 tibi] te *FPU* 4 pater et *h* et uenerabilis *Cc.*, *om. M* 6 tam *om. Γδ*, tam̃ *Y* in *ex* im *Φ* 7 carthagini *C*, cartagini *FPUacδ*, chartagini *Γhφ*, Kartagini *γ*, cartagine *YΦ*, carthagine *Mf* thagastae *M*, tagaste *CΓacγδhφ*, tagasta *YΦ*, dagaste *f*, tegaste *FPU* ippone *Γδ*, hyppone *FPUc*, yppone *af* 8 parrochiis *CFMPUφ*, parrociis *Φ*, parrec[h]iis *Γ*, parroechiis *δh*, paroechiis *c*, paraoetiis *γ* tuis *om. FPU* tibi cognitis tibi *Ch* 9 catholicae *Φφ*, *om. M* et] atque *FPU* salutare *PUYΦf* 10 menbranam *cγ* dominionis *U*, dommonis *f*, dominonis *γ* 11 transcribtam *Φ* mittere *YΦf* dignaueris *CYΦφ*[1], dign?eris *c*, ne graueris *M*, *om. FPU* rogo hoc ut *YΦh* 12 ymnum *Faγf*, ỹm *C*, hynnum *U* cognoueris *Γφ* uiuum *f* sanctitatis *F*[1], sanctitate *γ*[1] 13 unanimitatis *FPU* 14 esse] rẽ *γ* facias *F* 15 sumendi] et ualeas *add. FP*[2]*U*. — explicit *YΦ*, explicit epła paulini ad alipium *Γφ*.

*CΓFMPUYaγδfϑhφ*. — Incipit epł paulini etherasie ad augustinum XXVII *φ*, epła paulini et therasie ad scm̃ (scm̃ *om. Γh*) augu-

depulso praestitit teque per litteras tuas uisceribus meis intimauit, quas et de scolasticis facultatibus adfluentes et de caelestibus fauis dulces ut animae meae medicas et altrices in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti et uenerabilis nobis episcopi nostri Alypii non pro nostra instructione tantum, sed etiam pro ecclesiae multarum urbium utilitate suscepimus. hos igitur nunc libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibum capio, non illum qui perit sed qui operatur uitae aeternae substantiam per fidem nostram, qua accorporamur in Christo Iesu domino nostro, cum fides nostra, quae uisibilium neglegens inuisibilibus inhiat, per caritatem omnia secundum ueritatem omnipotentis dei credentem litteris et exemplis fidelium roboretur. o uere sal terrae, quo praecordia nostra, ne possint saeculi errore uanescere, condiuntur! o lucerna digne super candelabrum ecclesiae posita, quae late catholicis urbibus de septiformi lychno pastum oleo laetitiae lumen effundens densas licet haereticorum caligines discutis et lucem ueritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas.

8] (Ioh. 6, 27). 11] (II Cor. 6, 18). 12] (I Cor. 13, 7). 13] (Matth. 5, 13). 15] (Matth. 5, 15 et Marc. 4, 21).

augustinum *Γγh*, paulini et therasie ad augustinum XV. *f*, epistola paulini panagirica ad beatum augustinum *α*, epła paulini ep̃i ad augustinum ep̃m *P*, epistola paulini ad augustinum V. *δ*, sanctissimi paulini episcopi nolani epistola prima ad augustinum episcopum *U*, incipit liber epłarum beati [illegible] paulini nolani ep̃i. epła eiusdem ad sanctum augustinum ep̃m · I · *M*. — 17 unianimo *Γγϑ* uenerabi *P* agustino *Y* 18 thearasia *γ* 20 fidutia *Y* ad te] a die *C*, ad *γ* ṛẹscribendi $h^1$

1 tuas *om.* *FPU* 2 scholasticis *Γαh* 3 dulcis *C* modicas *h*, medicasset *γ* 5 nobis *om.* *Y* coepiscopi *γ* alipii *ΓFMαγδfh*, alȳpii *C* 6 ecclesiarum *α* 7 in lectione *ϑ* meme *f* 8 oblector *γh* cybum *Y* 10 corporamur *f* in *om.* *PU* 11 uisibilia *γh* inuisilibus *ϑ* 12 credentes *Y*, credendum *PU*, credens *γh* 13 et *om.* *FPU* quo *ex* quae *Γ m. 2*, quę *Y* 14 uaniscere $Y^1$ 15 digna *ϑ* super *CMY αγfh*, supra *cet.* late *om.* *h* 16 septiforme $ϑ^1$, septeformi $Y^1$ lychno $f^2$, lichino $γf^1$, ligno *cet.* 17 infundens *M* densissimas *f*, has *FPU* scilicet *Y* 18 confessione *Y*

2. Vides, frater unanime admirabilis in Christo domino et suspiciende, quam familiariter te agnouerim, quanto admirer stupore, quam magno amore conplectar, qui cotidie conloquio litterarum tuarum fruor et oris tui spiritu uescor. os enim tuum fistulam aquae uiuae et uenam fontis aeterni merito dixerim, quia fons in te aquae salientis in uitam aeternam Christus effectus est. cuius desiderio sitiuit in te anima mea et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. ideoque cum hoc Pentateucho tuo contra Manichaeos me satis armaueris, si qua in alios quoque hostes catholicae fidei munimina conparasti, quia hostis noster, cui mille nocendi artes, tam uariis expugnandus est telis quam obpugnat insidiis, quaeso promere mihi de armamentario tuo et conferre non abnuas arma iustitiae. sum enim laboriosus etiam nunc sub magno onere peccator, ueteranus in numero peccatorum, sed aeterno regi nouus incorporeae tiro militiae. sapientiam mundi miser hucusque miratus sum et per inutiles litteras reprobatamque prudentiam deo stultus et mutus fui. postquam inueteraui

6] Ioh. 4, 14. 7] (Ps. 62, 2). 8] (Ps. 35, 9). 11] Verg. Aen. VII, 334. 17] (Rom. 1, 22). 18] Ps. 6, 8.

1 uide *C* unanim%e φ, unianime γϑ, unianimae Γ, unanimis *FPUδf* ammirabilis $Y\varphi^1$ et *om. h* 2 suspiciendae Γ, suspiciente *U*, suspicientie *F*, suspien(e) *P*, suscipiende *cet. Col.* familiter *F* te agnouerim ω, agnouerim te *Col.* admirar *F*, ammirer $Y\gamma\varphi^1$ 3 complectar amore *δf* complectas γ tota die *U* 4 litterum γ 5 aquae—fontis *bis exh.* γ et uenam—aquae *om.* ϑ merito *om. h* 6 quia *om. spat. uac. C* in te] uitae *F*, uiuae *f* aquae] uiuae *add.* γ*h* sallientis $Y^1$ 8 fluminis tui *f* terra mea inebriari *h* inebriare $Y^1$ 9 hoc *om. Y* pentateuco *Cfh*, pentatheuco (*s. l. m. 2:* al pentateuco) *M*, pentateyco φ, pentateycho ϑ, pentate(h)ycho γ, pentatico *FPU* tuo] tuo cum hoc *δ* manacheos γ, manicheos *cet.* sat *FPU*, *om. Y* sarmaberis *Y sed s. l. m. 2* exarmaueris 10 munimina *ex* minima φ *m. 2* 11 qua ϑ nostrae $C^1$ cui] cum *C* mille artes nocendi α, nomina mille *FPU* artes (st *m. 2*) *M* 12 (ex)opugnandus $M^1$ opugnat *Y*, pugnat *U* queso *ex* quoso *Y m. 2* 13 armentario *Y*φ, armentorio *C*, armario *M* 14 magno sub *FPUY* 15 honore *M*γ*h*φ (*sed* φ h *et alt.* o *in ras.*, *M s. l. m. 1:* al onere) peccato *δ* sed] se *U*, et *f* aeterno regi $M^1$ 16 incorporeae *Yf*, in corpore *cet.* sapientia *FPU* 17 miseratus *FPU* 18 sed postquam ϑ, perquam *FU*

inter inimicos meos et euanui in cogitationibus meis, leuaui oculos meos in montes, ad praecepta legis et gratiae dona suspiciens, unde mihi auxilium uenit a domino, qui non secundum iniquitates retribuens inluminauit caecum, soluit conpeditum, humiliauit erectum male, ut erigeret humiliatum pie.

3. Sequor igitur non aequis adhuc passibus magna iustorum uestigia, si possim orationibus uestris adprehendere, in quo dei miserationibus adprehensus sum. rege ergo paruulum incerta reptantem et tuis gressibus ingredi doce. nolo enim me corporalis ortus magis quam spiritalis exortus aetate consideres, quippe aetas mihi secundum carnem iam ea est, qua fuit ille ab apostolis in porta speciosa uerbi potestate sanatus, in natalibus autem animae illius adhuc mihi tempus infantiae est, quae intentatis Christo uulneribus inmolata digno sanguine agni uictimam praecucurrit et dominicam auspicata est passionem. atque ideo ut infantem adhuc uerbo dei et spiritali aetate lactantem educa uerbis tuis uberibus fidei sapientiae caritatis inhiantem. si officium commune consideras, frater es; si maturitatem ingenii tui et sensuum, pater mihi es, etsi forte sis aeuo iunior, quia te ad maturitatem meriti, honorem

1] (Rom. 1, 21). Ps. 120, 1. 3] (Ps. 102, 10). 4] (Ps. 145, 8). 11] (Act. 4, 22). 14] (Matth. 2, 16).

1 inter] omnes *add.* *U* ẹuanui *γ* 2 ad *om.* *ϑ*, unde *f* 3 suscipiens $C\Gamma^1FP^1Yf$ uenit auxilium *ϑ* 4 retribu*** *Y sed s. l. m. 2* ł retribuit nobis mag(n)a *Y* 7 et uestigia *FPU* 8 miserationibus dei *h* per incerta $\varphi^2$, in incerta *γ*, in terra $\Gamma^2P\alpha h$ 9 reptatem *F*, reputantem *f* noli *Y* enim] ergo *Y* me] in me *αf*, ut me *M* 10 corporales *Γδf* magis▒ (is *eras.*) *γ* spiritualis *CUαϑ*, spirituales *δ*, spiritales *Γf* aetatis exortus *α* 11 iam ea *ω*, ea iam *Col.* in qua *M*, cuius *α* 12 illa *f*, illi *Y* uerbi] ubi *f* claudus sanatus *f* 13 adhuc *om.* *M* mihi *om.* *Mf* infantiae tempus *α* 14 est *om.* *ϑ* intemptatis *Γ* ulneribus *P* immolato *f*, immolatam *α* 15 uictima *CY* digna—uictima *maluit Sacch.* et] uel *f* 16 ideoque $\varphi^1$, *om.* *γh* ut *om.* *U* spirituali *CU* 17 lactentem *αfh*, lactante *Y* ut uberibus *Y* sapientiae] spei *coni. Sacch.* 18 commune officium *f* es *om.* *Y* 19 sensum *Yαδf* michi es. alit̃. et si forte si fuero iunior et si forte sis *δ* 20 sis *om.* *Y*, si fuero *Γ* aeuo *om.* *α* qui *αφ* te maturitas *M* honorem $\varphi^1$, ad honorem *M*, honorem(que) *α*, honore $C\Gamma\gamma\vartheta\varphi^2$, honor *FPUYfh Col.*, honor▒ *δ*, et honorem *Rosw.*

seniorum, prouexit et iuuenem cana prudentia. foue igitur et conrobora me in sacris litteris et spiritalibus studiis tempore, ut dixi, recentem et ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia usu rudem, uixdum a fluctibus saeculi emergentem; tu, qui iam solido litore constitisti, tuto excipe sinu, ut in portu salutis, si dignum putas, pariter nauigemus. interea me de periculis uitae istius et profundo peccatorum euadere nitentem orationibus tuis tamquam tabula sustine, ut de hoc mundo quasi de naufragio nudus euadam.

4. Idcirco enim leuare me sarcinis et uestimentis onerantibus exuere curaui, ut undosum hoc, quod inter nos et deum peccatis interlatrantibus separat, praesentis uitae salum omni amictu carnis et cura diei sequentis iubente et iuuante Christo expeditus enatem. neque id perfecisse me glorior quod, etsi gloriari possem, in domino gloriarer, cuius est perficere quod nobis uelle adiacet. sed concupiscit adhuc anima mea desiderare iudicia domini. uide quando adsequatur effectum dei uoluntatum, qui adhuc ipsum desiderare desiderat. quod in me tamen est, dilexi decorem domus sanctae et, quantum in me fuit, elegeram abiectus esse in domo domini. sed cui

13] (Matth. 6, 34). 15] (II Cor. 10, 17). 16] (Rom. 7, 18). (Ps. 118, 10). 20] (Ps. 25, 8 et 83, 11). Gal. 1, 15.

1 seniorem *φ*, seruorum *f* prouehxit *P* iuuenum (et *om.*) *Mϑ* 2 me *om. αδf* spiritualibus *Cα* 3 tu] tu tuo *δ* retentem *f* post longa] longa *γϑ* 4 usu] uisurum *ϑ* rudum *PU*, *om. ϑ* et uix *ϑ* a *om. ϑ* seculi fluctibus *FPU* 5 qui iam] que iam *γ*, quia in *FPU*, quidẽ *ex* quidã *Y m. 2* constituisti *δ*, constituto *γ*, constitutus es *ϑ* tuto *Rosw.*, *om. γϑ Col.*, toto *cet.* 6 portum *ϑ* 7 iustius *f* 9 de *om. F* nudus] quasi nudus *FPU* 10 iccirco *FPαδϑφ*[2] enim*** (sal *uel* sar *er.*) *Y*, ego enim *C* leuiare mede *f* sarc$^{n}$ius *ϑ* 11 exure *ϑ* 12 uitae praesentis *α* 13 diei] dī *C* iubente] uiuente *C* 14 enarrem *FPU* profecisse *U* et quod *ϑ* si et *Γδfφ*, si *ϑ* 16 uelle adiacet *ω*, adiacet uelle *Rosw.* concupiscet *Y* adhuc concupiscit *FPU* aduc *P*, adhuc adhuc *φ*[1], *om. f* anima mea adhuc desiderare *ϑ*, anima mea desiderare adhuc *M* 17 iudicia domini *om. Y* dei *om. ϑ* 18 uoluntatem *Γαγδf* effectu dei uoluntatem *cod. Vatic.*, effectum dei uoluntate *duo codd. teste Lebrunio* ipsum *ex* posum *ϑ* 19 est *om. α* 20 eligeram *γ*[1], eligerem *φ* domini mei *α*

placuit segregare me ab utero matris meae et ab amicitia carnis et sanguinis ad gratiam suam trahere, eidem placuit inopem me omnis boni meriti suscitare de terra et de lacu miseriarum ac de luto faecis educere, ut conlocaret me cum principibus populi sui et partem meam in tua sorte poneret, ut te praestante meritis officio sociatus aequarer.

5. Praesumptione igitur non mea, sed placito et ordinatione domini fraternitatis tuae mihi foedus usurpans, tanto indignus honore me dignor, quia te pro tua sanctitate certo scio (nam ueritate sapis) non alta sapere, sed humilibus congruere, ideoque prompte et intime recepturum spero caritatem humilitatis nostrae, quam quidem iam recepisse te per beatissimum sacerdotem Alypium, quia dignatur, patrem nostrum confido. is enim sine dubio de se tibi exemplum praebuit nos ante notitiam et supra meritum diligendi, qui incognitos sibi nos et longinqua soli uel sali intercapedine disparatos spiritu uerae dilectionis, qui ubique et penetrat et effunditur, et uidere diligendo potuit et adloquendo pertingere. hic nobis prima affectus sui documenta et caritatis tuae pignora in supradicto munere librorum dedit. et quanto studuit inpendio, ut sanctitatem tuam non ipsius tantum uerbis sed plenius eloquentia et fide tua cognitam non possemus amare mediocriter, tantopere curasse eundem credimus, ut nos uicissim ipsius imitatione plu-

4] (Ps. 112, 8). 10] (Rom. 12, 16).

3 de terra suscitare *U* 4 ac] et *FPU* cumlocaret $C^1$ me *om.* *C* 5 sorte] parte $\gamma\vartheta$ ponere *FPU* 6 praestantem *FMPU* equarem *FMPUY* 9 dignior *Yf* sanctite $\vartheta$ certe $\delta f \vartheta$ 10 ueritatem *FPUY* 11 prompte] propter te $\alpha\gamma\vartheta$, prompte te *fort.* in te me *FPU* caritatis (humilitatis *om.*) *Y* 12 te *om.* $\gamma$ beatissimum] baptismum $\vartheta\varphi^1$ 13 alỹpium *C*, alippium *U*, alipium *cet.* et quia *M* partem *U* confitendo *f* his $Y^1\varphi^1$ 14 enim ti $C^1$ tibi] toƀ $\vartheta$ tibi sine dubio de se *h* notitiam *ex* etiam $\vartheta$ 15 diligi $\vartheta$ incognitor $\gamma$ 16 longinquam *C*, longequa $F^1P^1$ soli uel *om.* *h* uel sali *exp.* *FP* salis *Y* intercapidine $Y^1\varphi$ 18 effectus *FPU* 19 tui *Y* pignera *f* supradicto] digno *add.* $\Gamma\alpha\delta f$ numere $P^1$, numero *F* 20 librorum munere *M* libro $\Gamma\alpha\delta f$ quando *f* 21 uerbis *om.* $\gamma$ 22 cognita *FPUY* possimus $FPU\gamma h$, possumus *Y* tanto opere *f*, tanto per $\gamma\vartheta$ currasse $\Gamma\vartheta$ 23 eum *M* miratione *f*

rimum diligas. gratia dei tecum, ut est, in aeternum maneat optamus, frater in Christo domino unanime uenerabilis desiderantissime. totam domum et omnem comitem et aemulatorem in domino sanctitatis tuae plurimo fraternitatis unanimae salutamus affectu. panem unum, quem unanimitatis indicio misimus caritati tuae, rogamus accipiendo benedicas.

## V.

### Severo fratri Pavlinvs.

1. Et excusandum putasti, frater dilectissime, quod ad nos non ipse uenisses secundum sponsionem tuam expectationemque nostram? tu uero potiore tui parte quam qua manseris, solo corpore domi residens, uoluntate ad nos et spiritu et sermone uenisti; quamquam ne corporaliter quidem penitus afueris, quando in pueris tuis sancta in domino tibi seruitute conexis corporis ad nos tui membra uenerunt. quamobrem, frater uere sancte merito dilectissime et in Christo nobis unanime, tibi reposita iam in caelis est corona pietatis, quam iustus iudex reddet in illa die tibi et omnibus iuxta te caritate

16] II Tim. 4, 8.

1 domini *FPU* 2 optamus *γ* domine *Y*, in domino *f*, *om. M* unianime (ia *corr. γ*) *γϑ*, *om. Y* et desiderantissime *Y*, desideratissime *PU*, ac (ac *om. φ*) desiderabilissime *Mφ*, dilectissime *α* 4 plurime *Y* unanimi *Y*, unianimi *γ*, unianime *ϑ* 5 pariem *f* unianimitatis *γ* iudicio *f* 6 benedicas] uale *add.* $FP^2U$, *ras.* 4—5 *litt. M.* — explicit epla paulini et therasiae ad augustinum *ΓF*, explicit *Y*.

*FLMOPU.* — Meropii paulini episcopi nolani ad seuerum monachum epistola prima incipit *F*, item epistola eiusdem ad seuerum XVIII · *L*, ad sulpicium seuerum · XXVI · *M*, incipiunt epistolae sci paulini ad seuerum *O*, sanctissimi paulini episcopi nolani epistolarum liber secundus incipit ad seuerum *U*. — 8 seuero fratri paulinus peccator *U*, seuero fratri paulinus et therasia peccatores *LM*, *om. FOP* 9 et *om. FLMU* 11 patre *U* quam qua *coni. Lebrun*, quam *Ov*, qua *L*, quamuis *FPU* quam manseris *om. M* 12 *pr.* et *om. U* 13 nec *LM* afueris *O*, abfueris *cet.* 14 in pueris] ut imposueras *FP* (ut *s. l. P*) *U* tibi in domino *F* seruitute tibi *U* 15 ad nos corporis tui *F*, ad nos tui corporis *U* 17 est iam in cęlis *LM* pietas corona *U* 18 illa] alia *U*

perfecta proximum in Christo uel Christum in proximo diligentibus. spiritalia enim carnalibus intuentes facile conligimus ex dilectione perspicua, quam fratri quem uides exhibes, caelestem illam fidelem atque perfectam, qua deum quem non uides diligis. quod probamus oboedientia fidei, si scilicet inuicem diligendo probemus nos, sicut tu probas, illius magistri esse discipulos, qui usque ad finem dilexit suos et animam suam pro amicis suis posuit potestate eadem qua et sumpsit.

2. Ergo tibi, frater uere sanctissime et merito benedicte, in regione uiuorum supra reginam Austri locus et merces erit. illa enim peccatrix, utpote adhuc inuisitatarum gentium socia, iam tamen uisitandarum praeuia, non habens legem litterae sed habens fidem legis in tabulis cordis carnalibus spiritu consilii et pietatis incisam, utilitatis suae causa et magni ac salutaris lucri studio tantis ab interuallis ultimi orbis excita diuinam audire sapientiam concupiuit, ut quod non habebat acciperet et lucem scientiae qua carebat hauriret. iam tunc scilicet sponsum suum uentura de gentibus regina desiderans in odorem spirantis late a propheta suo Christi circumamicta uarietate in uestitu deaurato et populi et paternae domus oblita currebat, barbara natione, non animo, et in aperto peregrina, sed in occulto Iudaea sanctorum fieri ciuis optabat. unde non solum caelesti praemio resurrectionis beatae, sed etiam potestate apostolorum de Iudaeis adulteris iudicandi ipsius

5] (I Petr. 1, 8). 7] Ioh. 13, 1. 10, 15. 11] (III Reg. 10, 1; II Par. 9, 1; Matth. 12, 42; Luc. 11, 31). 14] II Cor. 3, 3. 20] Ps. 44, 10.

2 s̄piritalia *O* 3 celestam *U* 4 qua *LMv*, quia *cet.* 5 si *om. FPU* 6 magistri esse discipulus *O*, discipulos magistri (magistros *M*) esse *LM* 7 ad] in *FM* 8 suam *om. LMv* suis *om. M* 9 et *Ov.*, *om. cet.* 10 fratri *FPU* sanctissimo *FPU* benedicto *FU* 11 et *om. FPU* mercis *F* (i *in ras. F*) *PU* 12 adhuc *om. LM* inuisitatarum] a deo *add. FLMPU* 13 tandem *FU*, tñ *ex* tm̃ *L et ita saepius* 14 carnalibus *om. O* 15 insciam *U* 16 excitata *FPU* 17 hab[b]eat *O* 20 spantis *L* spirantis—suo *om. M* 21 ueritate *U* populi sui *M* 22 barbarea *P* 23 fieri cives *O*, ciuis fieri *F*, fieri eius *U*, [fieri] ciuis *L* 24 beata *LM*

ore iudicis digna censetur, quia Christum in Solomone mirata uerum reginae caelestis affectum in imagine mystica ecclesiae prouidentis inpleuerat. ergo si illam in futuro diuina remuneratio manet, cum tamen et ipsa istic illo quoque tempore magna ex parte receperit mercedem suam conpotita desideratum sapientiae caelestis auditum, quae tandem praemia rependentur tibi, qui me pari gratia et maiore opera, quia minore utilitatis ad praesens tuae spe desiderasti? quid enim, quaeso, in me desiderandum habuisti? quid, quod non haberes, a me sumendum sperasti? quod bonum tibi de conloquio inperiti? quae utilitas in aspectu peccatoris foret? quid ab insipiente sapiens, rectus a prauo, beatus a misero, ab infirmo fortis, ab inopi diues in domino capere potuisti?

3. Vere tu non quae tua sunt quaeris, sed quae Christi, quia non meritum nec emolumentum ex me tuum, sed solam illam, quae plenitudo est euangelii, caritatem uel in tuae peregrinationis cogitatu uel in uexatione tuorum causam habuisti. beatus es, quod non habeo unde retribuam tibi; retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum ab eo, qui et in minimis suis se diligi testatur et recipi. unde et illud ait pro quolibet nominis sui uel falso aut intili seruo uerbis suis debitorem se faciens: qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. mihi scilicet non decessura ob hoc sarcina mea, licet a iusto honorem iusti peccator accipiam; tibi uero in remunerationem boni accepto ferenda ipsa opinionis tuae iustitia, quia sancto errore sed uero pietatis affectu bonum dominum honoraueris et in malo seruo.

1] (Matth. 12, 42). 14] (Phil. 2, 4). 16] (Rom. 13, 10). 18] Luc. 14, 14. 20] (Matth. 25, 40). 22] Matth. 10, 41.

1 ore iudicis ore[digna] *M* salomone *P* 2 regina *FPU* 3 preuidentis *FPU* ĩpleuerit *M* 4 ipsa ista *FP*, ista ipsa *U* 5 suam *om. U*, tibi *M* compotita—auditum *om. M* compotita *v*, cumpotita *O*, computet ad *cet.* 6 quia et eadem *FPU* 7 patri *U* 8 utilitati *P* ad praesens utilitatis *M* spei *L* 13 inopi *O*, inope *cet.* 15 emulumentum *O* 16 legis est euangelii *M* 20 diligit *U* recipit *U* *post* et *om. FPU* 24 ab *F* 25 uero] enim *U* remuneratione *FL* accepta *LM*[1] 26 [s]ipsa *M* 27 pieta[tis] *O* et] etiam *U*

4. Quid igitur miseri faciemus hinc etiam rationem et poenam debituri, quod honores accipiamus inmeritos et qui auditores tantum legis sumus a factoribus praedicemur? quo magis scilicet exprobretur nobis condemnandae torpor ignauiae, sterilium ieiunitas animarum et in operibus bonis aridae manus, cum audiendo per sermonem tuum uera dignis, ut tu es, Christi seruis atque ideo nobis falsa praeconia quanto debito constringamur agnoscimus, quando iudicium tuum nostris actibus conferentes quae de nobis audimus non inueniamus in nobis. quid enim simile gloriari possumus? etsi in domino gloriandum sit, quia nihil nisi eius munere acceptum habemus, attamen mihi aetas prouectior et a primis iam annis honorata persona potuit maturare grauiorem, praeterea corpus infirmius et decoctior caro obterere studia uoluptatum, ad hoc uita ipsa mortalis in laboribus et aerumnis frequenter exercita odium rerum inquietantium parere et de spei necessitate ac dubiorum metu cultum religionis augere, postea denique ut a calumniis et peregrinationibus requiem capere uisus sum, nec rebus publicis occupatus et a fori strepitu remotus ruris otium et ecclesiae cultum placita in secretis domesticis tranquillitate celebraui, ut paulatim subducto a saecularibus turbis animo praeceptisque caelestibus accommodato procliuius ad contemptum mundi comitatumque Christi iam quasi de finitima huic proposito uia dimicauerim.

3] (Rom. 2, 13; Iac. 1, 22). 5] (Luc. 6, 6).

1 huic *F*, hunc $L^1$ 3 legis tantum *LM*, tamen legis *P* 5 aridae manus *ex* acciderámus *P m. 2* cum *om. LM* 6 uerum *O* dignus *FPU* 7 seruus *FPU* 8 qua$\overset{d}{n}$o *L* actibus] ac tibi *FPU* 9 inuenimus *M* in nobis non inueniamus *U* 11 habeamus *O* attñ *ex* attm̃ *L*, *om. M* 12 personam *FLPU* 13 grauitatem *v* infirmum *LM* 14 obdurat *F*, obturat *PU* studio *O* ad hec *FU*, *om. M* uita] quoque *add. M* 15 erunnis *P* 16 inquetantium *F* 17 postea] potest *FU et sup.* postea *m. 2 P* 19 foris *O* 21 s$\overset{u}{e}$bducto *O* 22 procliuus *FU* contentum *U* 24 dimicauerim *Lv*, demicauerim *FOPU*, dimicarem *M*, demigrauerim *Rosw.*

5. Tu frater dilectissime, ad dominum miraculo maiore conuersus es, quia aetate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii leuior, substantia facultatum non egentior et in ipso adhuc mundi theatro id est fori celebritate diuersans et facundi nominis palmam tenens, repentino inpetu discussisti seruile peccati iugum et letalia carnis et sanguinis uincla rupisti. neque te diuitiae de matrimonio familiae consularis adgestae neque post coniugium peccandi licentia et caelebs iuuentas ab angusto salutis introitu et arduo itinere uirtutis in mollem illam et spatiosam multorum uiam reuocare potuerunt. beatus, qui refugisti de consilio inpiorum et in uia peccatorum persistere noluisti et sedere in cathedra pestilentiae dedignatus es, ut humilitate praecelsa pedibus crucifixi accubares.

6. Tu ergo uerus factor legis et euangelii non surdus auditor, qui corpus et mundum configens cruci delicias iuuentutis et uitae praesentis mala gaudia pro uenenis et luctibus auersatus es, respuens patrimoniorum onera ceu stercorum, merito socrum sanctam omni liberaliorem parente in matrem sortitus aeternam, quia caelestem patrem anteuerteras terreno parenti, exemplo apostolorum relicto patre in nauicula fluctuante, scilicet in huius uitae incerto cum retibus rerum suarum et inplicatione patrimonii derelicto Christum secutus. nec minoris domesticis opibus ingenii facultatis laudem ab hominibus non accipiens et inanis gloriae sublimiter neglegens piscatorum

6] (Ps. 115, 17). 10] (Matth. 7, 13). 11] Ps. 1, 1. 15] (Iac. 1, 22). 22] (Matth. 4, 22; Marc. 1, 20; Luc. 5, 11).

1 frate *U*, autem frater *M* maiore miraculo *FPU* 2 qui *LM* habundantior *FLU*, abondantior *P* 3 leuiore *FLMP* 4 id est *om.* *FPU* deuersans *LM* 6 loetalia *O*, legalia *LM* uincula *U* 8 praeceps *M* iuuenta *LM*, iuuentus *OU* 9 augusto *U* itinere itinere *U* 10 spatiosam *Ov*, spetiosam *U*, speciosam (a *supra* e) *F*, speciosam *LMP* 11 effugisti *M* consiliis *FPU* 14 crucifixi pedibus *FPU* accubaris *FPU* 15 ergo] uere *LM* uetus *P* 18 es] es et *F* 20 patrem *om.* *M* anteuerteras] praeposueras *M* parenti terreno *U* 21 relicto *om.* *Schot.* patre] eo *M* in nauicula *P m. 2 in marg.* fluctuantem *LM* 23 derelicta *LM* minor es *L*, minore *M* 24 facultate *LM* 25 gloriae] cupiditatem *add.* *LM*

praedicationes Tullianis omnibus et tuis litteris praetulisti. confugisti ad pietatis silentium, ut euaderes iniquitatis tumultum. mutescere uoluisti mortalibus, ut ore puro diuina loquereris et pollutam canina facundia linguam Christi laudibus et conmemoratione ipsa pii nominis expiares.

7. O uere Israelita, qui deum Iacob tam fida mente uidisti et tamquam ipsius domini conluctatione firmatus praeualuisti aduersus principem huius mundi et spiritalia nequitiae in caelestibus debellasti scuto fidei armisque iustitiae, praeoptans Christo placere quam hominibus, hominibus stultus esse quam deo, omni facundiae omnique sapientiae huius mundi praetulisti scandalum crucis, ut quod pereuntibus stultitia est tu in partem salutis adscitus, ut omnibus saluis futuris patescit, uirtutem et sapientiam dei esse cognosceres. beatus es, frater, quia non caro et sanguis reuelauit tibi haec, sed pater qui in caelis est per dominum nostrum Iesum Christum, qui conuertit sapientiam eorum et stultam fecit et elegit infirma ac stulta mundi, ut mundum istum his ipsis, propter quae deum dedignatur nosse, confundat. memento ergo tu nostri magis, qui locupletioribus meritis ad exorandi potentiam niteris. nos enim licet iam accensa in lumine Christi lucerna, tamen adhuc sub modio peccatorum latentes, uestra, qui tam fidei et gratiae quam operum luce conspicui per septena domini candelabra fulgetis, reduci manu uestroque oleo inpinguari caput cupimus, ut non fumigante lino, quod nec ipsum tamen misericors dominus extinguit,

6] (Ioh. 1, 47). 7] (Gen. 32, 24). 8] Eph. 6, 2. 10] (Gal. 1, 10). (I Cor. 3, 18). 12] I Cor. 1, 18. 15] Matth. 16, 17. 17] I Cor. 1, 27. 25] (Apoc. 1, 20).

1 hominibus *LM* et] e *L* tuis] totis *fort.* 2 scilentium *O* 6 israhelita *OU* 7 ipsius *O,* in ipsius *cet.* luctatione *FPU* 9 debellasto (i *s. o*) *O* perobtans *L* 13 ascitus ut hominibus *LM* 14 cognosceres esse *U* 16 haec *om. M* 17 qui stultam fecit sapientiam mundi et elegit *M* 18 mondi *P* 19 modum *P* dedignatur nosse dm̄ *M*[1] dignatur *O* noscere *FPU* 20 magis nostri *F* locupletoribus *F* 21 exorandam *PU,* exorandum *F* 23 latentaes (ae *ex* a *corr.*) *L* 24 fulgentis *U,* fulget *F* 26 misericor *U* deus *LM* extingbuit *U*

obscuri ardeamus, sed puro et ceteris etiam praeferendo fidelis exempli lumine luceamus, quamquam domini gratia tenebris relucente non obscuri per nominis ipsius claritatem, etsi remoti, ut audistis, agamus. in cenaculo enim nostro secreti silemus, quia bonum est uiro, ut propheta ait, sedere singulariter et tacere. unde etiam in causis uociferandis silere nos docuit ipse dominus, qui sicut agnus coram tondente non aperuit os suum, qui tamen dixit; tacui, numquid semper tacebo? ipsius ergo uolumtatem et iudicium taciti sustinemus, qui potens est et nunc in nobis tacere et, cum uoluerit, interpellare pro nobis.

8. Verum interim in hoc nobis nostra nocuisse peccata persensimus, quod nec meruimus te uidere, et insuper hoc ad mala nostra cumulatum putamus quod et temptationum tibi causa fuerimus, qui bis geminas, ut indicasti, aegritudines pertulisti, toties uerberatus, quotiens ad nos uenire conatus es. sed quia saepe dominus ipse, ut scriptum est, deus noster temptat nos, ut caritatem nostram probet, qua nos in ipsius pace diligimus, de tua potius fide quam de nostra speramus, ut si praemissa temptatio probationem in te operata est, non ultra ualeat probata ideo caritatis uota frustrari. ita enim tibi promptum inesse spiritum scimus, ut non uereamur, ne ad inpedimentum communis desiderii caro semper infirma praeualeat, quam fide roborans animo subiugabis, ut quod ex se non potest in Christo posse cogatur, si dicas ei: ne pugnes

2] (Matth. 6, 22). 3] (Es. 42, 3). 5] Thren. 3, 28 sec. LXX. 7] Es. 53, 7. 8] ib. 42, 14. 11] (Rom. 8, 34). 17] Deut. 13, 3. 20] (Rom. 5, 4).

1 proferendo *O* 2 gratia] te *add. O,* de *add. LM s. l.,* in *add. cet. v* tenebris// *L* 3 pro *L* 5 ait *LM,* tacens et *FPUv,* tacens a *O,* in threnis *coni. Sacch.* 6 uociferandi *M* 7 tondente se *FPU* 10 tacere in nobis *U* 12 nouisse *FPU* 13 meruerimus *FPU* a malo nostro *FPU* 14 temptationem *O*[1] 15 qui bis *Ov,* quibus *FPU,* pro quibus *LM;* bis *fort. delendum* 17 dominus noster *FU* 18 qua nos] in uicē *add. M sed m. 3 exp.* 19 tua] qua *U* peramus *U* 20 in te probationem *FPU* 21 ualeant *M* probatae *F,* probate *UP*[2] ideo] in deo *FP*[2]*U*

aduersus spiritum, esto consentiens aduersario tuo in uia, et erit pax ossibus tuis, et, cum exultauerit cor meum in deum uiuum, tunc etiam caro mea requiescet in spe.

9. Tene ergo, frater, quod tenes, ne coronam tuam accipiat alter; cui simile est, ut quod uolueras uelle non desinas et inmutabilem ad nos ueniendi sententiam teneas. religiosa conamina ipse ad uoti fructum peruehet in cuius potestate est ac fauore, ut possimus prospere quod pie uolumus. scimus enim, quia desideranti bonum omnia procedunt in bonum. uerum et nos, quod quidem nobis gratissimum signum concordiae in omnibus nostrae fuit, infirmitatum tuarum indices litteras aegrotantes accepimus, probauimusque in nobis secundum apostoli dictum et affectum conpati sibi unius corporis membra. nam et eo ipso nos refectos sensimus, quod reualuisse te scripseras, ut in diuersis licet terris positi operantis in nobis spiritus unitatem tacita in corporibus separatis conexione paribus aut incommodis aut remediis congruentes experiremur.

10. Pone igitur et tu, frater unanime meliorque in Christo nostri portio, si quam ex nostrae castigationis indicio tristitiam pia mente duxeris, quia castigans castigauit nos dominus et morti non tradidit nos. uisitati enim medica omnipotentis manu in spem sanitatis a praesenti aegritudine fouebamur, flagella inuicem nostra mutuis consolationibus mollientes. nam solatium nobis magnum et dulce praebebat ipsa coniunctio passionis, quod non sine domini numine, cuius iniussu nec passeris casus in terram est, concurrisse in nobis ipsa unitas uerberum uidebatur. sic et commoditas coeperat ambobus una procedere, seu quod alter alterius leuamine respirabat siue

1] Matth. 5, 25. 3] Ps. 37, 4. 83, 3 et 15, 9. 4] Apoc. 3, 11. 9] (Rom. 8, 28). 13] (I Cor. 12, 26). 20] Ps. 117, 18. 25] (Matth. 10, 29).

6 uiuendi *U* 8 ac] et *U* 10 quod—*l. 11* fuit *om. M* nobis *om. FU* 11 concordiae nostre *P* in omnibus *Rosw.*, hominibus *ω* nostrae *om. U* 13 affectu *fort.* 14 sensimus refectos *LM* 15 scripseris *U* 16 connectione (x *supra* t) *F* 18 melior *LMP*[1]*v* 19 nostri *om. FLU*, nos *exp. P* 23 fouebamus *F*[1]*O* 24 solacium *P* 25 nomine *LMOPv (sed P in marg.:* numine) sine cuius iussu *LM*

quod dominus unitatis operator indiuiduo spiritu omnes suos nectens neque carnalem in nobis substantiam discrepare pateretur.

11. Non haec tamen tantum causa pueros nostros morata est. nam Vigilantius quoque noster in Campania et antequam ad nos perueniret et posteaquam peruenit, ui febrium laborauit et aegritudini nostrae, quia et ipse sociale membrum erat, socio labore conpassus est. denique ille catechumenus, qui necdum nostri corporis erat membrum, uulnera nostra non sensit et sanus fuit atque expers languorum nostrorum, quia non suae conpaginis dolorem caro adhuc aliena sentire non poterat. ergo ut coepit Vigilantius noster progredi posse, tum demum censui scripta esse reddenda. fatemur enim ambos multo ante properasse, sed cum ante uirium receptionem temere festinaret qui non poterat, inpie qui ualebat, ambos quia non poteramus uolentes consilio, retinuimus inuitos silentio.

12. Itaque, ut supra scripsimus, post aegritudinem communi labore toleratam orationibus sanctorum atque carorum, parte etiam, ut credimus, maxima tuis respiciente clementius domino recreati, adhuc tamen exhaustis corporibus infirmi — in quo quidem nos gloriari apostolus docet, quem potentem, ut praedicat, faciebat infirmitas, quia scilicet caro, quae aduersus spiritum militat, cum aduersa ualitudine frangitur, pariter infractis uiribus spiritalem non ualeat expugnare uirtutem — carne igitur infirmi ad profectum spiritus, qui damno carnis exultat et tamquam inimicae materiae tribulatione laetatur atque infirmatione domiti corporis conualescit, sana et ualida caritate, quam erga te per dominum Iesum magnam habemus, dedimus has litteras in solatium tui, ut nos interim tenemus tuas, donec te ipsum,

20] (II Cor. 12, 10). 21] (Gal. 5, 17).

2 neque] ne *U*, me *F*, neque (que *exp.*) *P* 3 ne *FUP* tam̃ *P s. l.* cause *F*[1] causa tantum *M* 6 sociale *Ov*, sociabile *cet.* 7 solacio (socio *supra*) *P*, solacio *O*, solatio *LM*, solatiuo *v* et labore *M* catecuminus *FLMU*, cathecuminus *Ov*, caticumnen *P* 9 exper *U* langorum *L* 10 *pr.* non *om.* *FP*[2]*U* copaginis *M* 14 impari aequiualebat *v*, ire par et qui ualebat *coni.* *Sacch.* 15 inuitos. Silentio itaque *M* 19 remeati *U* 20 docet apostolus *U* 23 ualet *U* 24 quidam non *O* 28 denec *L*[1]

ut spopondisti et quod numquam desinimus a domino sperare, uideamus.

13. Multa sunt, quae ad nos inuitare te et de patria parumper debeant seuocare, prae ceteris amor pacis et zeli fuga, qui maxime conspectu aut uicinia aemulae conuersationis accenditur. denique a nobis Romae zelotyporum incendia clericorum longinquitas urbis extinguit et omnis illic iniquitas obstruit os suum, quia per absentiam inde nostram quasi subducto fomite segnis odiorum flamma frigescit nec in uocem audet erumpere, licet dentibus frendat inuidia, dum iniquitatis suae conscia ipsa se erubescit nec in promptu habet ubi faces liuidae mentis accendat. pax tamen dei, quae praecellit omnem sensum, abundat in cordibus plurimorum, et opus dei saluatoris in nobis Campania tota ueneratur. Romae quoque pauci etiam in clero ipso, a quo solo uidemur scandalizari, morsu inuidiae commouentur. sed domino gratias, qui et mihi miserrimo peccatori suo dedit dicere: quoniam oderunt me gratis. quod tamen ad me pertinet, cum ipsis quoque, qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum. si quis enim uult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. horum tamen ipsorum, qui nos odisse et a consortio sanctitatis suae segregare dicuntur, uix ad nos tenuis fama perlabitur et ab auribus nostris spinarum sepe munitis ut aura frigida uel inportunum uacui culicis murmur excluditur.

14. Sed plenius indicare poterunt conserui nostri, pueri tui, quantum nobis gratiae dominicae detrimentum faciat urbici papae superba discretio, qui paucis ipsis diebus quibus inter-

7] (Ps. 106, 42). 12] Phil. 4, 7. 17] Ps. 34, 19. 18] Ps. 119, 7. 19] I Cor. 11, 16. 23] (Eccli. 28, 28).

1 a domino sperare *Ov*, sperare in domino *U*, in domino sperare *cet.* 3 parumper de patria *M*, parum perdebant *P*[1] 5 quae *O* 6 zelotiporum *ω* 8 abstinentiam *O* 9 segnes *O* 10 frendeat *U*, fremat *F* 11 ipse *P* (a *superscr.*) se *Ov*, *om. cet.* 12 praecellis *U* 16 commuuentur *P*, commouetur *O* sed et *F* 18 quod *L*, quid *FOPUv*, quantum *M* ad me pertinet] mihi attinet *M* 19 oderant *FPU* meam *Ov*, mea *FPU*, *om. LM* 20 hunc *U* 23 muniti *FU* 25 potuerunt *FU* 27 discretio superba *U* quibus *MOv*, *om. cet.*

fuere uiderunt, quam adsidua nos, quam sedula sollicitorum fratrum monachorum antístitum clericorum atque etiam ipsorum saepe saecularium officia toto illo nostro aegritudinis tempore celebrauerint. quod apud unanimitatem tuam de dominica tamen gratia, cuius hoc quoque opus et munus est, gloriari licet, nemo propemodum tota Campania episcoporum non uisitare nos fas existimauit sibi. et quos infirmitas uel necessitas aliqua deuinxerat, missis uice sua clericis et litteris adfuerunt. Afri quoque ad nos episcopi reuisendos prima aestate miserunt. quod cum ita sit, uides quantopere ad humilitatem nostram festinare debeas, ut et paululum occasionem auferas quaerentibus occasionem et pro gratiae uel caritatis augmento peregrineris a patria, dum adhuc hospes corporis peregrinaris a Christo, quia ueritas ipsa testatur neminem prophetam acceptum esse in patria sua.

15. Fateor autem, licet mihi nihil praesentia tua gratius dari possit, accensum esse desiderium meum flagrantius in praesentiam tuam, quod multos fratres spiritales tecum nobis adfore spopondisti. eritne quaeso tempus illud et inlucescet ille aliquando dies, quo fraternitatem tuam comite electorum dei cohorte uenientem in gremio iam communis patroni dominaedii mei Felicis excipiam et, quod nunc ipsius orationibus inpetrari rogo, id inpetratum coram apud ipsum pariter in domino gratulemur, cum ego uos simul et uicissim conplexus omnes merito dicam concinentibus uobis: haec plane dies quam fecit dominus; exultemus et laetemur in ea, quia

13] (II Cor. 5, 6). 14] Luc. 4, 24. 25] Ps. 117, 24.

1 nos *exp. M m. 1*, ad nos *FPU* 2 monacorum *MU* 3 illo] nos illo *LM* nostrae *LMU* ęgrętudinis *O* 4 quo *LM* 7 nefas *L*, non nefas *M* sibi *om. M* 8 in uicem suam *FPU* et *Ov*, ex *cet.*, et ex *fort.* 11 et ut *coni. Sacch.* afferas (*ex* auferas) *P* querentibus occasionem *FP*, *om. U* 12 et *om. FPU Sacch.* augumento *P*, agmento *U* peregrinari *FP²U Sacch.* 14 propheta *L* 17 flagrantius in *exp. M* 19 spospondisti *U* 21 iam *OP¹*, sane *FP²U*, sancto *LM* dñedii *MO*, domni *P*, domini *FU* 23 impetrare conor *FP²U* 24 ego] $\overset{o}{g}$ *L*, ergo *O* conplexos omnes *OP*, omnes complexos *U*, complexos omnes *F* 25 conscientibus *FPU* 26 et exultemus *F*

bonum et iocundum habitare fratres in unum? tum ego te non in monasterio tantum uicini martyris inquilinum, sed etiam in horto eiusdem colonum locabo, sed gratis, quia iam a patrefamilias accepisti denarium tuum praeter illos, quos idem dominus iam pro uulneribus tuis largus stabulario dedit, ut curatus oleo misericordiae et uino gratiae utilius ad dominicam uineam integrato corpore locareris.

16. Videre ergo iam mihi uideor hortulum meum aduentantibus tecum domini mercennariis et cooperantibus cultiorem. neque enim difficile aestimari quam facile depleturi sint leuioris culturae laborem quos in uineam suam Christus elegit et otiosos deo in uano huius saeculi foro stare non passus est. iam et domestica mihi post osculum sanctum gaudia mente et cogitatione propono, cum inebriante spiritu caritatis sobriam misceamus per pocula casta laetitiam nec in fermento nequitiae, sed in azymis sinceritatis pia festa celebremus, psallentes domino hymnis et canticis spiritalibus, cantantes linguis et cordibus deo, omne quodcumque agimus in uerbo uel in facto in nomine Iesu Christi, gratias agentes patri per ipsum. qui facit unius moris habitare in domo, ut spero, nos faciet inter nos in semet ipso habitare. qui fecit utrumque unum et exaltatus omnia traxit ad se, qui humiliatus ipse pacificauerat omnia, reconcilians mundum deo, cum repleuerit gaudio os nostrum praesentia uestrae unanimitatis, dicemus: magnificauit dominus

1] Ps. 132, 1. 4] (Matth. 20, 9). 5] (Luc. 10, 35). 11] (Matth. 20, 4). 15] I Cor. 5, 8. 17] Eph. 5, 19. 18] Col. 3, 16. 17; I Cor. 10, 31. 20] Ps. 67, 7. 22] Eph. 2, 14. (Ioh. 12, 32). 23] (Col. 1, 20). 25] Ps. 125, 3.

1 $\overset{u}{\text{t̥m}}$ *O* 2 martyris *om. F* 3 orto *FLMU* quia] tamen quia *M* 8 ortulum $F^1LMU$ 9 cultũ iri *LM* 10 estimari $LMOP^2$, extimari $UP^1$, existimari *F* 11 otiosos] occisos *U* 13 obsculum *U* 16 azimis *ω* sinceritatis et ueritatis *F* 17 ymnis *M*, in hymnis *v* spiritualibus *FU* 18 linghuis *U* $\overset{\text{cordibus}}{\text{canticis}}$ *M* 20 deo patri *v* 21 et ut *M* nos faciat *FLPU*, faciet nos *M* inter nos *om. M* 22 traxit omnia *U* 23 omnia pacificauerat *M* reoncilians *U* 24 mondum *P* os nostrum gaudio *FPU* presentie $F^2P^2U$

facere nobiscum, et in abundantia laetitiae nostrae benedicemus uos de domo domini, quia benedicti uos domino, qui uenistis in nomine domini. calicem salutaris accipiatis et edatis panem beatorum in regno dei; uos enim estis coram domino Iesu satietas nostra et gaudium.

17. Aude igitur erumpere non tuis opibus et uiribus sed fretus et nixus in Christo, quia uirga eius et baculus ipsius nos consolatur et sustinet et gubernat. qui portat aegrimonias nostras et infirmitates nostras suscepit, dat lasso uirtutem, confortat genua debilia, ipse statuet et inmaculatam et inoffensam uiam tuam; praecinget te uirtute, et perficiet pedes tuos tamquam cerui, ut exultes sicut gigans ad currendam uiam nec inpedire te possit trepidae carnis infirmitas, qui non carne sed spiritu incedis. seruientes enim Christo corporis seruitio, animi imperio magis utimur. atque ideo uoluntatem nostram Christo auctore directam caro iussa comitatur trahitque corpus ab animi fortitudine firmitatem et ad domini habitum famulus conponit obsequium. atque ita uirtus in infirmitate perficitur, dum anima consensu carnis edomitae deo seruiens per infirmitatis ministerium inplet officia uirtutis.

18. Intende igitur et prospere procede, et deducet te mirabiliter dextera dei. misericordia eius et gratia praeibunt faciem tuam, et si infirmus domo prodeas, robur adquires eundo. sperantes enim in domino mutabunt fortitudinem, adsument pennas sicut aquilae. si ergo habeas cor ardens in uia, renouabitur sicut aquilae iuuentus

1] Ps. 117, 26 et 115, 3. 4] Luc. 14, 15. 8] Ps. 22, 4. 9] (Es. 53, 4). 11] (ib. 35, 3). Ps. 17, 33 et 18, 6. 15] (Rom. 8, 9). 16] (Sallust. Cat. c. 1). 20] II Cor. 12, 9. 23] Ps. 44, 5. 24] Ps. 88, 15. 26] Es. 40, 31. 27] (Luc. 24, 32). 28] Ps. 102, 5.

8 nexus *LMO* 9 consulatur *U*, osculatur *F* 10 suscipit *M* 11 *pr.* et *om. LM* 12 uirtutem *O* perficiet] precinget *FPU* 13 gigans *O*, gigas *cet.* 14 currendum *F* nec *OU*, ne *cet.* 15 quia *FP²U* in carne sed in spiritu *Lebrun* 16 utimini *U* 18 firmitate *U* 24 dñi *O* et misericordia *FPU* 25 adquiris *O* 26 eundos *L* 28 ut *U*

tua, curres et non lassabis; ambulabis et non deficies. non te uirga, non pera, non sacculus praegrauabit, non calciamenta nec duplex uestis inpediet; sed exuto carnalibus uinculis ut in terra sancta licet stare uestigio lumbisque praecinctis nullo aere graui zona festinanter, ut pascha domini et opus Christi in tempore conlecto gerendum est, uiam tuam curres: prosperum iter faciet deus salutarium nostrorum; omnis tibi uallis inplebitur, et omnis collis humiliabitur, ut fiant aspera iniquitatum in uias planas, ne usquam itineris offendas pedem tuum, quia angelis suis mandauit, ut custodiant te in omnibus uiis tuis. et ipse dominus protectio tua scuto pacis suae circumibit te, praelucens tibi in lumine uultus sui et praetendens in umbra alarum suarum, ut per diem sol non urat te neque luna per noctem. ubique loci custodiet atque benedicet introitus et exitus tuos, ut in omni loco filium pacis inuenias et super omnem hospitem pax tua ueniat.

19. Quod si forte proficiscens cogitata carorum hominum uel adsuetorum locorum diuulsione lacrimaueris, temporalis tristitia tua in aeternam laetitiam conuertetur. euntes, inquit, ibant et flebant, mittentes semina sua; uenientes autem uenient in exultatione portantes manipulos suos. ita tu etsi ueniendo fleueris, redeundo gaudebis et in gaudio metes quae in lacrimis seminaueris. gratia domini Iesu Christi et caritas dei patris et communicatio spiritus sancti cum tota domo tua non manufacta, quia uos estis templum dei uiuum, aedificatum in fundamentis apo-

1] Es. 60, 31. 2] (Matth. 10, 10). 4] (Exod. 12, 11). 7] Ps. 67, 20. 8] Es. 40, 4; Luc. 3, 4. 9] Ps. 90, 11 et 12. 12] Ps. 120, 5. 12] (Ps. 88, 16). 13] (Ps. 16, 8). 14] Ps. 120, 6. 16] (Luc. 10, 6). 20] Ps. 125, 6. 24] II Cor. 13, 13. 26] I Cor. 3, 16 et 6, 19. 27] Eph. 2, 20.

1 lassabis *O*, lassaberis *cet. v* 2 saculus *L* 3 impediat *FPU* uinclis $F^{2}P$ 4 licaeat *F*, liceat *v* 6 et opus Christi *om. M* 8 omnis et *F* 11 te] de te *FM* 12 tue *U* circuibit *LM* 13 protegens *M* 15 loci *om. O* 22 uenient] uenit *U* in] cum *M* exultatione* (s *eras.*) *L* 23 tu] ut *U*, et tu *M* 24 sit (si *U*) gratia *FPU* nostri y̅hu *U*, nostri ih̅u *LM* 25 spiritu *U* sancti spiritus *LM* 27 uiui *FPU*

stolorum in Christo deo. mihi unanime uenerabilis dilectissime et desiderantissime, sanctam parentem nostram, matrem in Christo coheredem tuam ueneratione, qua digna est, salutari peto. conserua in domino mea fraternitatem tuam quo ueneratur affectu salutat. et uos a nobis omnem sanctam fraternitatem, qualem agere uobiscum certi sumus, multo obsequio salutate. salutant uos omnes, qui in domino nobiscum sunt, ut ex Hebraeis Proforus et Restitutus amans dominum et te in Christo conpertum diligens et multum desiderans.

20. In epistulae titulo imitari praestantem in omnibus mihi fraternitatem tuam timui, quia tutius credidi uere scribere. caue ergo posthac seruus Christi in libertatem uocatus hominis et fratris et conserui inferioris seruum te scribere, quia peccatum adulationis est magis quam humilitatis iustificatio honorem uni domino, uni magistro super terram, uni deo debitum homini cuilibet, ne dicam miserrimo peccatori, deferre. sufficit caritas de corde puro et fide non ficta; quod autem abundantius est, a malo est. obsecro te, frater per dominum, ut praesumptionem de te meam spiritu reuelationis inspicias; alioquin et offensam tuam possum uereri de epistola tam loquaci. sed apud caritatem, quae omnia sustinet, ex eo ipso gratia debet augeri, quo fastidium conparari solet, ubi nulla caritas taedium temperat. in dictando enim dum te cogito et totus in te sum, quasi apud praesentem longo interuallo loquar, obliuiscor inpositum finire sermonem.

21. Panem Campanum de cellula nostra tibi pro eulogia misimus, tantum meritis in domino tuis freti, ut plena ad te perferendum sui gratia crederemus; tu licet uberioribus micis a domini mensa iam saturatus sis, dignare et a peccatoribus

17] I Tim. 1, 5. Matth. 5, 37. 21] I Cor. 13, 7.

2 desideratissime *PU* 4 qua *U* 6 uobiscum agere *M* 8 hebreus *U* prophorus *M* 10 imitati *U* 11 tucius (tu *ex* ti) *L*, totius *O* 12 posthac *v*, posthaec *LMO*, posthec *FPU* 14 caue honorem *FU* 16 peccatore *F* 17 de] et de *LM* puro *L s. l.* 19 releuationis *coni. Sacch.* 20 alioquim *F* 21 eo] te *F* 22 quod *FU* 24 loquor *FPU* 25 obliuisor *F* 26 cellula *Ov*, cella *cet.* proeulogiam *O*

acceptum in nomine domini panem in eulogiam uertere. ac ne panis siligineus tibi modum nostrae humilitatis excedere uideretur, misimus testimonialem diuitiarum nostrarum scutellam buxeam; ut apophoreta uoti spiritalis accipies, habiturus exemplo, si necdum simili argento uteris. quod si nigellatum habes, mitte nobis per ea uascula, quae pueris, filiis nostris, demandauimus. amamus enim uasa fictilia, quia et secundum Adam cognata nobis sunt et domini thesaurum in talibus uasis commissum habemus.

22. Praeterea peto, quia summum animi tui ius habere me confido, ut, si necesse fuerit deficientibus a me et libertis et seruis et fratribus tuam curam inpendi, ordinare digneris, qualiter ad nos uinum uetus, quod Narbone adhuc nos habere credimus, peruehatur. ne timeas, frater sancte, damnum, si nos feceris etiam pecuniae debitores. omnes enim nostri a nobis declinauerunt, simul inpii facti sunt, et inimici hominis domestici eius.

## VI.

Domino fratri sancto et vnanimo Avgvstino Pavlinvs et Therasia peccatores.

1. Iamdudum, frater in Christo domino mi unanime, ut te in sanctis et piis laboribus tuis nescientem agnoui absen-

8] (II Cor. 4, 7). 15] Ps. 13, 3 et 52, 4. 16] Matth. 10, 36.

1 domine *U* 2 siliginenus *L* excidere *PU* 3 nrām *O* 4 apoforita *U*, apoforitam *cet. v*, apophoritum *Rosw.* accipias *FLMP*[2], suscipias *U* 5 *pr.* si *F add. m. 2* argillam tu habes *coni. Sacch.* 6 per ea] ex ea *uel* terrea *coni. Sacch.* pueris tuis *LM* 8 cognata *Rosw.*, cognita *ω* 10 ius animi tui *FPU* me habere *M* 12 inpendi *LOv*, impendere *M*, impendas et *FPU* ordinare *om. M* 13 narbonę *MO* 14 dannum *F* 16 inimici] iniqui *LO* 17 eius] ualeas *add. FP*[2]*U*. — Finit prima epła *FP*, finit ad seuerum epistola I *O*.

*CΓFMPUYαcγδfhφ*. — incipit epła paulini et therasiae ad augustinum (XVIII *add. φ*) *Γφ*, epła paulini et therasiae ad (scm̃ *add. α*) auḡ *αγ*, epistola paulini et therasye ad lypium . . . . . . *h*, XXVII · item paulinus et therasia ad auḡ *C*, augustino paulinus *FP*, paulini ad augustinum

temque uidi tota mente conplexus, alloquio quoque familiari atque fraterno per litteras adire properaui. et credo in manu et in gratia domini sermonem meum ad te fuisse perlatum; sed morante adhuc puero, quem ad te aliosque dilectos aeque deo salutandos ante hiemem miseramus, non potuimus ultra et officium nostrum suspendere et desiderium sermonis tui cupidissimum temperare. scripsimus itaque iterato nunc, si priores ad te litterae nostrae peruenire meruerunt, aut primo, si illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit.

2. Sed tu, frater spiritalis omnia iudicans, amorem in te nostrum ne pendas officio solo aut tempore litterarum. dominus enim testis est, qui unus atque idem operatur in suis ubique caritatem suam, iam abinde nobis, ex quo te beneficio uenerabilium episcoporum Aurelii et Alypii per tua in Manichaeos opera cognouimus, ita inditam dilectionem tuam, ut nobis non nouam aliquam amicitiam sumere, sed quasi ueterem caritatem resumere uideremur. denique nunc etsi sermone, non tamen tamquam et affectu rudes scribimus teque

10] I Cor. 2, 15. 12] I Cor. 12, 1.

XVII. *f*, epła s̃c̃i paulini ad s̃c̃m augustiuum ·III· *M*, item epła paulini ad augustinum XVII · *δ*, epistola sancti paulini episcopi ad augustinum episcopum in qua rogat ut sibi scribat ad iugem amicitiam conseruandam estendens *(sic)* quod plurimum eum uidere desiderat *U*. — 19 domini *Γ* sancto fratri *Col.*, fratri *c* unianimo *ΓYγc* augustino unanimo *f*, unianimo *Y* 20 tharasia *c* 21 frater *om. δ*, fratri (in *om.*) *f* xp̃o dñe *FPU*, dñо xp̃o *δf* mi *om. α* unianime *Γγ*, unanimem *Y* ut te] uitę *uel* inte $\varphi^1$, te *M* 22 in *om. FPU* nescientem] presentem *f*

2 adire *MYαh*, a*dire *φ*, audire *cet.* im *c* 3 et in] et *FPUY* 4 aliusque dilectus *Y* 5 hymem *f* miseramur $Y^1$, miseratus $C^1$ 6 *pr.* et *c s. l. m. 2*, uel *M* *post.* et] uel *M* 7 copidissimo (u *m. 2*) *Y* temptare *FPU* itaque *α s. l.* nunc] nomina *α* 8 luterae *c* litterae nostrae ad te *h* meruerint *U*, metuerunt *f* 9 facilitas *c* 10 spiritualis *α*, spiritaliter *Col.* diiudicans *Y* 11 ne pendeas *h*, ne perpendas *M*, rependas *Y* officio solo] officiolo *PU*, officio *F* 12 unius *γ* 14 aurilii $Y^1$ alippii *F*, alypii *U*, alipii *cet.* 15 manicheos *ω* 16 non nunc *δf* amici *Γα* *sed in Γ spat. rel. uac.* 17 uideamur *FPU* etsi nunc *α* 18 sermonem $\varphi^1$ rude *Y*, rodes $\varphi^1$, uides *f* scripsimus *Yγh* neque *h*

uicissim in spiritu per interiorem hominem quasi recognoscimus. nec mirum, si et absentes adsumus nobis et ignoti nosmet nouimus, cum unius corporis membra simus, unum habeamus caput, una perfundamur gratia, uno pane uiuamus, una incedamus uia, eadem habitémus domo. denique in omne quod sumus tota spe ac fide qua stamus in praesenti nitimur in futurum; tam in spiritu quam in corpore domini unum sumus, ne simus nihil, si ab uno excidamus.

3. Quantulum ergo est quod absentia corporalis nobis inuidet nostri nisi sane fructum istum, quo pascuntur oculi temporalium expectatores? quamuis ne corporalis quidem gratia temporalis in spiritalibus dici debeat, quibus etiam corporum aeternitatem resurrectio largietur, ut audemus in uirtute Christi et bonitatis dei patris uel indigni praesumere. quare utinam hoc quoque nobis munus adnueret gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum, ut etiam in carne faciem tuam uideremus. non solum desideriis nostris magnum conferretur gaudium, sed etiam mentibus lumen adcresceret et ex tua copia locupletaretur inopia nostra. quod quidem et absentibus largiri potes hac praesertim occasione, qua filii nostri unanimes et carissimi nobis in domino Romanus et Agilis, quos ut nos alios tibi commendamus, in nomine domini reuertentur opere

3] Rom. 12, 5; I Cor. 12, 12; I Cor. 10, 17.

1 uicissem $Y^1$ in *om.* $\Gamma\alpha\delta$ intertiorem *c* te cognoscimus $f^1$ 2 assumus $MU\alpha\delta f$ nobis *om.* *FPU* 3 nosmet] met *FPU*, nos et *Y* unius — *l. 5* domo *exh. Augustin. ep. 31 (34)* sumus $C\gamma f$ 4 habemus *Y* perfundimur (ur *ex* us *m. 2*) *Y*, profundamur *U* uno pane uiuamus *om. h* 5 in domo *FPUh* in hoĩe *c* 6 ac *om.* *FPU* nitimur *M*, et nitimur *Y* 7 in *post* tam *om.* $\Gamma$ domini *om.* *U* 8 nescimus $Cc^1$ nichil *ante* simus $\gamma$ *s. l. m. 2* excitamus $c^1$ 9 p̃sentia *h* 11 spectatores $Yfh\varphi^2$ ne] nec *CFPU* 12 spiritali *C*, spiritu *M* 13 largiretur *C*, largiatur *FPU* audebimus $Cc\gamma\varphi$, audeamus *FPUh* 14 et *fort. delendum* bonitatis $\Gamma Cc\gamma\varphi$, bonitate *cet.* indignum $\varphi$ quare] cur *FPU* 15 minus *f* per ihm xp̄m dñm nr̃m *h* 16 uideamus *f* 17 manum *F* 18 locuplectaretur *U* 19 largire $Y^1$ 20 potest $\gamma^1 f^1$ ac *FPU* que *FPU* unianimes $\Gamma Y\gamma$ 21 in domino *om. h* agylis $\delta$ 22 alios $\omega$, alteros *Col.* comendamus *Y* reuerteñ $\varphi^1$, reuertent[illegible] $\delta$ opera $\gamma$

caritatis inpleto; in quo tuae caritatis affectu specialiter utantur, rogamus. nosti enim quam celsa promittat altissimus fratri fratrem adiuuanti. per hos, si quo me gratiae quae tibi data est dono remunerari uoles, tuto facies. sunt enim, uelim credas, unum cor et una in domino anima nobiscum. gratia dei tecum, ut est, in aeternum maneat, frater in Christo domino unanime uenerabilis dilectissime et desiderabilis. omnes in Christo sanctos, quales tibi cohaerere non dubium est, a nobis saluta. commenda nos omnibus sanctis, ut tecum pro nobis orare dignentur.

## VII.

Domino merito praedicabili et honorando fratri Romaniano Pavlinvs et Therasia.

1. Pridie quam has daremus reuersis ex Africa fratribus nostris, quorum expectatione nos pendere uidisti, optatissime sanctorum et carissimorum uirorum inde epistolas receperamus, id est Aurelii, Alypii, Augustini, Profuturi, Seueri, iam omnium

2] (Prou. 18, 19). 5] (Act. 4, 32).

1 ut tuae *M* 3 adiuuantem *f*, iuuanti *FPU* 4 data est *om. f* remunerare *MY*, renuntiari *f* uoles] uolo *φ*, uelis *FMPU* toto $Y^1$; ł cito *add. Y* uelim] uolo *Mφ* 5 et credas *M* et *om. f* nobiscum in domino anima *Col.* 6 domini *MY* domino nostro *f* 7 dilectissime et desiderabilis *om. Y* omnem *Y* in christo *c s. l. m. 2* 8 sanctus $c^1$, scm̃ *Y* quales] in xp̃o *add. FPU* quoherere *C*, choerere *P* dubii $\varphi^1$ a *om. FPU* 9 nos omnibus—dignentur *om. Y* ut *om. f* 10 dignentur] uale *add. U*, ualeas *add.* $FP^2$. — explicit epła paulini et therasiae ad augustinum *Γφ*

*CΓFMPUαcγδfhφ*. — XXX. paulinus et therasia romaniano *C*, incipit *(om. αh)* epła paulini et therasię ad romanianum *αγh*, paulinus et therasia ad romanianum XX *f*, incipit epła (epła *om. φ*) eorundem ad romanianum (XXXII *add. φ*) *Γφ*, romaniano paulinus *P*, epła (scĩ *add. M*) paulini ad romanianum VII · (XX. *δ*) *Mδ*, epistola scĩ paulini episcopi ad romanianum: ubi de acceptis epistolis a quam pluribus episcopis affricanis gratulantibus ei super beato augustino quod euectus fuerit ad yponensem episcopatum plurimum et ipse congaudet et letatur *U*

12 prae$^{st}$cabili ($^{st}$ *m. 2*) *φ* et *om. f* honorato *h* 13 paulus *γ* et] e *C* theresia $\gamma^1$ 14 affrica *ΓUδfh* 17 alipii *cod. plurimi*

pariter episcoporum. ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes properauimus ad te nostram referre laetitiam, ut tibi quoque expectatum in peregrinatione sollicita gaudium festiuissimis conferremus indiciis. si forte eadem de uenerabilibus et amantissimis uiris per aliarum aduentus nauium conperisti, per nos etiam repetita accipe et quasi renouata hilaritate rursus exulta. quod si primus hic a nobis tibi nuntius ueniet, gratulare tantam nobis in tua patria caritatem Christo donante partam, ut quicquid illic diuina prouidentia gerat mirabilis semper, ut scriptum est, in sanctis suis uel primi uel cum primis sciamus.

2. Non autem tantum hoc scribimus gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hanc dei curam meruerint Africanae ecclesiae, ut uerba caelestia Augustini ore perciperent, qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. nam incolumi Valerio Hipponiensis ecclesiae coepiscopus Augustinus est. et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla umquam liuentis inuidiae macula suffudit, dignos sui cordis pace nunc ab altissimo

10] Ps. 67, 36.

1 pater *F* tot] ut *h* 2 nostram ad te referre *M* 3 ut] alit ut *δ* ibi *f* 4 festinissimis *δ*, festissimis *α*, festiuis *f* conferamus *Mφ*, sumas *f* iuditiis *φ*$^1$ *post* indiciis *repetit δ:* ut ibi—festiuissim' indiciis forte] uero forsitan *M* 5 nauium *ex* namuiri *C m. 2* 7 tibi hic a nobis *FPU*, a nobis hic tibi *f* 8 ueniat *U* tantum *αh*$^1$, tanta *c* uobis *α* 9 partam *CPcγ*, partem *F*, portam *U*, paratam *ΓMαδfφ*, partitam *h* quicquid *CMhφ*, quod *c*, quid *cet.* 12 hoc tantum *α*, hoc *FPU* scripsimus *C* 13 augustinus *c s. l. m. 2* hoc quod *C*, *om. φ* curam dei *h* 14 meruit *γh* affricanae *ΓCUcδf*, in (in *om. γ*) affricana *γh* ęcclesia *γh* caelestis (regni *add. m. 2*) *c* 15 perceperint *FP*, perceperunt *U*, perciperet *h* qui ad] quia *FPU* domini *f* gloriam *f* 16 nouo more] ñ uomere *Γα* profectus *Γα* non *in ras. α* succederit *F* 17 accederit *FP* incolomi *γφ*$^1$ 18 hipponiensis *CMchφ*, ipponiensis *Γδ*, hipponensis *Fγ*, hypponensis *P*, ypponensis *Uf*, ypponiensis *α* episcopus *FPU*, episcopo *M*, episcopo coepiscopus *Rosw.* est] est consecratus *U*, coepiscopus factus est *M* et] ut *FPU* beatissimus *M* 19 cuius *M* pu*rissimam *φ* libentis *Γ*$^1$*c*, luentis *h* 20 dignus *F*

fructus capit, ut quem successorem sacerdotii sui simpliciter optabat hunc mereatur tenere collegam. credine hoc potuit, antequam fieret? sed in hoc quoque omnipotentis opere dici euangelicum illud potest: hominibus haec ardua, apud deum autem omnia possibilia. exultemus itaque et laetemur in eo qui facit mirabilia solus, et qui facit unanimes habitare in domo, quoniam ipse respexit humilitatem nostram et uisitauit in bono plebem suam, qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui et nunc exaltauit cornu ecclesiae suae in electis suis, ut cornua peccatorum, sicut per prophetam spondet, hoc est Donatistarum Manichaeorumque confringat.

3. Vtinam haec nunc domini tuba, qua per Augustinum intonat, filii nostri Licentii pulset auditus, sed ut illa audiat aure, qua Christus ingreditur, de qua non rapit dei semen inimicus! tunc uere sibi summus Christi pontifex Augustinus uidebitur, quia tunc se et exauditum sentiet ab excelso, si quem tibi dignum genuit in litteris hunc et sibi digne filium pariat in Christo. nam et nunc, uelim credas, flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scripsit. credimus in omnipotente Christo, quod adolescentis nostri uotis carnalibus spiritalia Augustini uota praeualeant. uincetur uel inuitus, mihi crede, uincetur piissimi parentis fide, ne mala uictoria uincat, si ma-

4] Matth. 19, 26; Marc. 10, 27; Luc. 18, 27. 6] Ps. 71, 18. Ps. 67, 7 sec. Psalt. Rom. 8] Luc. 1, 69. 10] (Ps. 74, 11). 14] (Matth. 13, 4; Marc. 4, 4; Luc. 8, 5).

1 fructos *P* 2 potuit hoc *h* 3 an ũquam *γh* (*sed h s. l. m. 2:* ł antequam) fieret (et *m. 2*) *C* 4 euangelium *f* 5 et lętemur *ex* edetemur *c m. 2* 7 habitare] habere *γ* domino (ł domo) *δ* ipse *om. h* 8 nostram *om. δf* uisitabit *c* cornu] salutis *add. M* 10 lectis c[1], ęcclesiis *h* ut] in *U* per *om. f, add. s. l. m. 2 c* propheta *f* 11 spopondit *αc*, spondit *ΓFPUγ* est *om. f* constringat *f*[1] 12 hoc *U* nunc *om. M* quae *C* 13 licenti *c*[1] audiat *om. c* 14 dei] de *U* 15 sibi *om. FPU* pontifex xp̃i *c*[1]*h* 16 et *om. Uh, in ras. α* 17 tibi] se *FPU* dignum *M* 18 nam — *l. 20* Christo *bis exh. U* 19 credimus *om. FPU* omnipotentem xp̃m *CMφ* 20 quod in *h* adulescentis *c*, adolescentes *FP*, adoloscentes *U* spiritualia *Cα* 21 aug̃ *c*, augustina *α* uota Augustini *Col.* inuitis *FU*, inuictus *φ* 22 uincetur crede *C* ne] non *FPU* mulauerit *φ*[1]

luerit in perniciem suam uincere quam pro salute superari. ne uacuum fraternae humanitatis officium uideretur, de buccellato Christianae expeditionis, in cuius procinctu cotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter et filio nostro Licentio misimus; non enim potuimus a benedictione secernere quem cupimus eadem nobis gratia penitus annectere. paucis tamen et ad ipsum loquamur, ne neget sibi scriptum quod de se tibi scriptum est; Aeschino enim dicitur quod audit Micio. sed quid alienis loquar, cum de proprio cuncta possimus et aliena loqui non soleat esse sani capitis, quo dei gratia sano et saluo sumus quibus caput Christus est? incolumem te aetate quam plurima et beatum semper cum tota domo tua, ut cupimus, habeamus in Christo, domine frater merito honorandissime et desiderantissime.

## [VIII.]

### [Licentio carissimo filio Pavlinvs.]

1. Audi ergo, fili, legem patris tui id est fidem Augustini et noli repellere consilia matris tuae, quod aeque nomen in

8] Terent. Adelph. us. 96 sq. 17] (Prou. 1, 8).

1 pernitiam *P* 2 de** (bu *eras.*) *γ* buccẹllato (i *supra*) *C*, bucellato *FPUc*, bucillato *Mφ*, buccillato *Γαγδfh* 3 epeditionis *γ* procintu *U*, procinctum *α* 4 tibi pariter nostro *add. in mg. F* pariter] partem *f* et filio *om. FPU* 5 nostro] tuo *in ras. α* misimus *post* panes *l. 4 ponit h* potuimus enim *FPU* a — cupimus *om. c* 6 discernere (se *supra*) *M* eodem *γ* 8 scriptum esse *FPU* 8 est *om. FPU* echino *α* 9 micio *αcγφ*, initio *CUf*, mitio *cet.* quid *Γcγδfh*, quid de *cet.* (*sed* de *in ras. α*) uel cum *C* 10 possumus *f* 11 quo *FPUcf*, quod *cet.* 12 ẹṣṭ xp̄s est *F*, est Christus *Col.* incolomem $\gamma\varphi^1$, incolum̄ $Cc^2$, incolumen *P*, incolū $c^1$ 13 cum tota domo habeamus et (ut *F*) cupimus *FPU*, habeamus et cupimus cum toto domu tua *M* 14 donine *Γ*, dñō *α* honorantissime (e *ex* ę *φ*) *CMδhφ*, honoratissime *f* desideratissime *PU* *CΓFMPUαcγδfhφ*. — eiusdem ad licentium · VIII · prosa et uersibus *M*, epistola sancti paulini ad licentium, ubi eum plurimum hortatur ad audiendum et opere complendum doctrinam et disciplinam beati augustini episcopi et suam; et quod musicis strumentis quibus multum deditus

te Augustini pietas iure sibi uindicat, qui te tantillum sinu gestauit suo et a paruulis primo lacte sapientiae saecularis inbutum nunc etiam spiritalibus lactare et enutrire domino gestit uberibus, quoniam te adultum aetate corporea in spiritalibus adhuc cunabulis uagientem uidet, adhuc infantem uerbo dei, uixdum in Christo primis passibus et uestigio titubante repentem, si tamen Augustini doctrina tamquam manus matris et ulna nutricis instabilem regat paruulum. quem si audias et sequaris, ut rursum te sermone Salomonis adliciam, fili, coronam accipies gratiarum tuo uertici. et tunc uere eris ille non phantasmate somniatus, sed ab ipsa ueritate formatus consul et pontifex uacuas imagines falsi operis inplente Christo solidis suae operationis effectibus. uere enim pontifex et uere consul Licentius erit, si Augustini uestigiis, propheticis et apostolicis disciplinis, ut sacrato beatus Elisaeus Eliae, ut inlustri apostolo Timotheus adolescens, adhaereas indiuulso per

9] Prou. 1, 9 sec. 70. 15] (IV. Reg. 2, 1).

peruacabat tamquam rebus uanis et inutilibus omnino reiectis ad summi artificis dei armonica facta contemplanda consurgat, ubi etiam in fine eiusdem epistolae plurimos et peregregios uersus adnectit et in ipsis consummat epistolam *U*, ad licentium α; *antecedentem epistulam sine inscriptione excipit octaua in CΓPcγδfhφ Col. nisi quod P m. 2 in mg. add.:* epistola sancti paulini ad licentium. — 16 licentio carissimo filio Paulinus *FPU, om. cet.* 17 ergo *om.* $FP^2U$ fides $f^1$ 18 et noli— *p. 46, l. 1* augustini *om. M* nomina *FU*

1 iure] in te *M* uendicat $FMPUf^2h$, uendicare $f^1$ sinum *U* 2 singularis γ 3 spiritualibus *CFcδ* laetare *in ras. C* 4 quoniam] quam δ te *F s. l.* adulta *FPU* corpora γ spiritualibus *Fα* 5 adhuc cunabulis *om.* γ *alt.* adhuc *om. c* uidit γ 6 uix] ut *f* passionibus $FPU\varphi^1$ titubantem *C* 7 reppentem δ, reptentem *FPU* doctrinam $\delta^1$ tamque $\Gamma^1$ munus *ΓCFPUcγδ*, minus $\varphi^1$ 8 ulua *f* si *om. f* 9 rursus α Salomonis] sermonis *C* allicc**am (ci *ex* ct) δ filii *Uf* 10 uertici tuo *h* uertice φ 11 fantasmate *ΓFUγδh* 12 uacua *FPU* imaginis *PU*, ymaginis *F* falsis operibus implentem *FPU* 13 affectibus (a *in ras. F*) *Fc* 14 et *om. γh* 15 sacrato] sč̄o *M* beatus *om. h* helisaeus *Cf*, heliseus *MPαcγδhφ*, helizeus *F* heliae *ΓC Mαcγδh*, haeliae φ, helie *FPUf* 16 thimoteus *FPU* adulescens *c*, adholescens *C* adhereat *Γα* indiuiso *C*

itinera diuina comitatu, ut et sacerdotium corde perfecto discas mereri et populis ad salutem magistro ore consulere.

2. Sat hoc monitis et hortatui. modico enim sermone et labore te arbitror, mi Licenti, ad Christum posse incitari, iam a pueris ad studia ueritatis et sapientiae, quod utrumque uere Christus est, et omnis boni summum bonum uenerabilis Augustini spiritu et ore flammatum. qui si parum apud te pro te ualuit, quid ego tanto interuallo posterior et omnium illius opum pauper efficiam? sed quia et illius facultatis potentia et tui ingenii humanitate confisus pleniora atque maiora in te spero elaborata quam elaboranda, ausus sum hiscere duplici gratia, ut et illi uiro debita caritate conpararer in sollicitudine tui et inter eos qui salutem tum diligunt uel contestato numerarer affectu. nam effectus in tui perfectione palmam Augustino potissimum destinatam scio.

3. Vereor, fili, ne aures tuas asperitate temerarii sermonis offenderim et per aures animo etiam tuo taedii mei uulnus intulerim. sed in mentem uenit epistolae tuae, qua te musicis familiarem modis intellexi. a quo studio ego aeui quondam tui non abhorrui. itaque mihi ad tuam mentem, si in aliquo exulcerassem, deliniendam remedium litteras tuas recordatus

18] Quaest. gramm. cod. Bobiensis, Hagen Anecd. Helu. p. 173, 4: sed in mentem uenit epistolae tuae

1 ut *om.* $\gamma$, ad $\Gamma$   ut ad (*om.* et) $\delta$   perfecta (° *m. 2*) $\varphi$   discat $\Gamma\alpha$   2 populi *f*   magistri *h*   consulueris *F*, consuleris *PU*   3 sat est $CMh\varphi^2$, satem (*uel* sateni) $\varphi^1$, ad *FPU*   hortatui *c*   et labore te *om.* *FPU*   5 puero *M*   6 christus est $\omega$, est Christus *Col.*   sũnũ $\alpha$   bonum *om.* $\alpha\gamma h$   7 spiriti *U*   qui si] quasi *FPU*, quis $\gamma$   8 ergo $\gamma$   in tanto *FPU*   9 operum *C*   illis $C^1$   potentiam *FPU*   10 tui *om.* *FPU*, tu *c*   11 quam eleboranda *c*, que laboranda *FPU*   uisus *FU*   hiscere] inscire *U*, instare *F*   12 uiros $c^1$, uero *FPU*   deuita $\gamma h$, de uita et $CM\varphi$, dubita *U*, deuincta *Rosw.*   compararet *c*, compareret *f*   sollicitatione (tatione *in mg. m. rec.*) *C*   13 contestatu *U*   14 nam affectus $CFPU\delta f$   per affectionem $\gamma$   16 filii *U*   temerarii *om.* *FPU*   17 per *om.* $\gamma$   tedii $\Gamma FMPUch\varphi$   18 ueniat *f*   epistola tua $\alpha h\varphi^2$, epistolae tuae memoria *M*, epistole tue ratio $\delta f$   19 a] ę $\gamma$   quondam aeui *U*, aeui quodam $C\gamma\varphi^1$   21 deleniendam $\Gamma c$, diliniendam $\delta$

repperi, ut te ad dominum harmoniae omniformis artificem modulamine carminis euocarem. quaeso te, ut aure audias neque causam salutis tuae in uerbis meis spernas, sed piam curam et mentem paternam etiam in despiciendis sermonibus libenter accipias, quibus insitum Christi nomen, quod est super omne nomen, hanc deberi uenerationem facit, ut non possit a credente contemni.

Quare age rumpe moras et uincla tenacia saecli
  Nec metuas placidi mite iugum domini.
Pulchra quidem sed mira uagis praesentia rerum
  Mentibus, at sapiens non stupet ista animus.
Nunc te sollicitat uariis malesuada figuris
  Heu! ualidos etiam uertere Roma potens.
Sed tibi, nate, precor, semper pater Augustinus
  Occurset cunctas urbis ad inlecebras.
Illum tanta inter fragilis discrimina uitae
  Aspiciens et habens pectore tutus eris.
Hoc tamen et repetens iterumque iterumque monebo,
  Vt fugias durae lubrica militiae.
Blandum nomen honos, mala seruitus, exitus aeger,
  Quem nunc uelle iuuat, mox uoluisse piget.
Scandere celsa iuuat, tremor est descendere celsis.
  Si titubes, summa peius ab arce cades.

5] Phil. 2, 9. us. 1] (Verg. Aen. IV 569; Georg. IV 412). us. 11] (Verg. Aen. III 436).

1 hoc repperi *FPUc* ad(d)ñō *P*, a dñō *U*, ad dñọ (i) *F* armoniae *ΓC Mαcγδhφ*, armoniam *FPU* modulamini *FU*, modulaminiṣ *P* 2 euocaremus *φ* audias aure *γh* 4 at *ex* ad *γ* et] et te *FPU* dispiciendis *cγ* 5 accipe *FPU* supra *CFMPUφ* 6 omnem *Cc* ne possint *f* 7 contempni *CMcγδhφ*; continuatur consequenti *add. F m. 1* us. 2 ne *f* mitte *Pc*, micte *U*, mitem *φ*[1] 3 pulchra] plura *U* et mira (nda) (et *in ras.*) *M* 4 at] ut *c*, ad *γ* 5 male suasa *δfφ* 6 ualidus (u *in* i *corr. m. 2*) *γ* 7 (u) agustinus *c* 8 occursit *γ*[1], occurrat *FPUh* cunetas *C*, *om. h* 9 inter tanta *αh* 10 apiciens *U* 11 *pr.* iterumque] iterum (c *s. l. m. 2*) *αcfh* 12 ut] et *c* ludicra *h* 13 blande *γh* honos] bonus *γ* male *φ*[1] 14 nunc] nec *h* piger *C* 16 cadis *Γαδf*, rues *h*

Nunc tibi falsa placent bona, nunc rapit omnibus auris
  Ambitus et uitreo fert caua fama sinu?
Ast ubi te magno damnosus cinxerit emptus
  Balteus et sterilis fregerit inde labor,
Serus et in cassum spes accusabis inanes
  Et modo quae nectis rumpere uincla uoles.
Tunc reminisceris frustra patris Augustini
  Contempsisse dolens ueridicos monitus.
Quare si sapiens et si pius es, puer, audi
  Et cape uerba patrum consiliumque senum.
„Quid retrahis fera colla iugo? mea sarcina leuis,
  Suaue iugum“ Christi est uox pia, crede deo
Et caput adde iugis, da mollibus ora capistris
  Demissosque leui subde humeros oneri.
Nunc potes hoc, dum liber agis, dum nulla retentant
  Vincula, nulla tori cura nec altus honor.
Haec bona libertas Christo seruire et in ipso
  Omnibus esse supra. non dominis hominum,
Non uitiis seruit, non regibus ille superbis
  Tantum qui Christo se dederit domino.
Nec tibi nobilitas uideatur libera, quam nunc
  Sublimem attonita conspicis urbe uehi,
Quam cernis tanta sibi libertate uideri,
  Vt dedignetur flectere colla deo.
Multis ille miser mortalibus et quoque seruis

28] (Matth. 11, 30). 29] (Verg. Georg. III 188). 41] (Hor. C. I 24, 9).

17 tunc *f* 18 fert caua] te fere *f* sunu *U* 19 ast *ex* est *M m. rec.* emptus *scripsi*, emptor *P*, ęstu *M*, estu *Chφ²*, esto *φ¹*, emto *cet.* 20 et] eta *φ¹* 21 incasum *φ¹* accusabi**s *δ* 22 et *in ras. γ* uectis *f*, noctis *c* rompere *P* 23 pautris *U* 24 ueredicos *γφ¹* 27 qui *f* qui detrahis *γ* cola *FP* me *γφ* lenis *Mfhφ* 28 credo *ex* sacra *Γ m. 2* 30 dimissosque *Γcγφ*, dimisos *Cδ*, demissoque *U* et sub de *δ* humeras *φ¹*, umeros *C*, humeris *γ* honeri *Γcφ¹* 31 libet ages (es *in ras.*) *f* 32 thori *ΓFMPUαfhφ²* onor *C* 34 esse] es *γ* 35 non uitiis] conuitiis *α* *post.* non] nunc *FPU* superbus *δ* 36 qui tantum *M* 37 quem *M* 38 sublimen *F*, sullimen *α* 39 quem *c* liberate uideri* (m *eras.*) *δ* 41 ille] is *α* miser] liber *α* et] ẽ *γ* seruus *γ*

Seruit et ancillas, ut dominentur, emit.
Norunt eunuchos et magna palatia passi
Et quisquis Romam sponte miser patitur,
Quanto sudoris pretio damnoque decoris
Constet ibi chlamydis, hic honor officii.
Nec tamen ipse potens, qui celsior omnibus esse
Emerit, ut nulli seruiat, adsequitur.
Cum bene se tota dominum iactauerit urbe,
Seruit daemoniis, si simulacra colit.
Pro dolor! hos propter remoraris in urbe, Licenti,
Et regnum Christi spernis, ut his placeas?
Hos uocitas dominos, curua et ceruice salutas,
Quos ligni seruos conspicis et lapidis?
Nomine diuino argentum uenerantur et aurum,
Religio est quod amat morbus auaritiae.
Imprecor hos ut amet qui non amat Augustinum,
Non colat et Christum cui placet hos colere.
Inde ait ipse deus dominis non posse duobus
Seruiri, quoniam mens placet una deo.
Vna fides, deus unus et unicus e patre Christus,
Haud duplex uni seruitus est domino.
Quanta etenim caelo ac terris distantia, tanta est
Caesaris et Christi rebus et imperiis.
Tollere humo, sed nunc dum spiritus hos regit artus,
Mente polum penetra, nil mora carnis obest.
Corporeis iam nunc morere actibus et bona uitae

59] Matth. 6, 24. 61] Eph. 4, 5. 65] (Verg. Aen. IV 336).

42 dominentur *Mαf*, dominetur *cet.* 43 eunuchus et *FU*, eunuchi, sed *f*, eunuchi et *h* magra *C* passim *f* 45 decori *coni. Sacch.* 46 tibi *F* clamidis *ω* honore refici *γ* 50 seruit *ex* ser *φ m. 2* doemoniis *φ*, demoniis *Cαch* si] et *c s. l. m. 2*, ac *h* 51 proh *FMPUfφ*² os *c* remearis *γ* 52 spernis *c s. l. m. 2* 53 domino *FPU* et *om. γh* 55 numine *f* 56 quod amat] quedam at *αδf* morbi *C* 57 hos ut] hec sibi *FPU* ut amet *c s. l. m. 2* amat] amet *f*, amant *γ* 58 quo latet *φ*¹ 59 unde *Mαf* dominus *f*¹ 60 seruire *FPUφ* mens *om. c* 61 ex *Mh*, a *FPUf*, ẽ *γ* pater *γ* 62 haut *Uh*, aut *ΓFPγφ*¹ uni] dñi *γ* 63 enim *FP* ac] a *FPU*, et *α* 66 nil hora *γhφ*¹, nichil ora *C* abest *γ* 67 nunc] non *h*, ñ *γ* merere *Γ*¹

Caelestis liquido praemeditare animo.
Spiritus es, quamquam tenearis corpore, si nunc
Mente pia uictor carnis opus perimas.
Haec tibi, care puer, fido conpulsus amore
Scripsi; si recipis, suscipiere deo.
Crede Augustinum tibi nunc in me geminatum,
Sume duos una cum pietate patres.
Spernimur, abstraheris maiore dolore duobus.
Audimur, pignus dulce duobus eris.
In te laeta patrum sudauit cura duorum,
Et tibi magnus honos laetificasse duos.
Sed me Augustino cum copulo, non meritorum
Iacto parem, solo comparo amore tui.
Nam quid ego adfundam rorans tibi paupere riuo?
Me praeter gemino flumine prolueris:
Frater Alypius est Augustinusque magister,
Sanguinis hic consors, hic sator ingenii.
Tanto fratre uales et praeceptore, Licenti,
Et dubitas pennis talibus astra sequi?
Quicquid agas — nam te nec speret mundus amicum —
Non daberis terrae debita Christo anima.
Tu thalamos licet et celsos mediteris honores
Nunc, olim domino resituere tuo.
Credo unum uincent iusti duo peccatorem
Et tua fraternae uota preces abigent.
Ergo redi; qua uoce parens, qua sanguine frater,
Ambo sacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrahunt, nam nunc aliena petessis;

69 est *$\Gamma$FUc$\gamma$h$\varphi^1$* 70 premas *$\gamma$* 71 fide *$\gamma$* 72 recepis *$\delta^1$* suscipere *c* 74 compietate *F* 75 abstraeris *Cc$\varphi$*, abstrahere *$\gamma$h* 77 sudabit *FPUc* 78 et] est *M* onos *$\Gamma$*, honus *$\gamma$*, honor *C* 79 concopulo *FPUf* 80 par* (o *eras.*) (com *superscr.*) *$\varphi$*, cumparo *$\gamma$* tuo *FPU* 81 effundam *P$\alpha$*, infundam *M* rorem *M$\varphi^2$* pauperiorem (riuo *om.*) *M$\varphi^2$*, pauperio *$\varphi^1$* 82 a gemino *$\varphi^1$* 83 alippius *U*, alipius *cet.* 84 consor *$\Gamma$* saltor *U* 86 pinnis *c* asta *$\gamma$* 87 iam te non *M* sperat *$\gamma$h* mundum *C* 91 crede *$\delta$f* uicent *$\varphi^1$* 92 tua] tu *$\gamma$* ambigent *C* 93 redi] reli *c*, credi *$\varphi^1$* quia—quia *f* 95 petessis *c$\varphi^1$*, petissis *$\Gamma$*, petisses *$\gamma\delta$f*, petescis *M*, petẹscis *$\varphi$ m. 2*, petisces *h*, petisti *CFPU$\alpha$*

Haec mage, quae retinent regna tui, tua sunt.
Haec repete, his inhia; externis ne contere tempus.
Si tua nolueris, quisquam aliena dabit?
Non eris ipse tuus, missusque per extera longe
Sensibus heu! proprii pectoris exul ages.
Sollicitum satis haec nato cecinisse parentem,
Dum tibi quae mihimet uel uolo uel metuo.
Haec tibi, si recipis, feret olim pagina uitam;
Si renuis, eadem haec pagina testis erit.
Incolumem mihi te, fili carissime, Christus
Annuat et seruum det sibi perpetuo.
Viue precor, sed uiue deo; nam uiuere mundo
Mortis opus, uiua est uiuere uita deo.

## VIIII.

Sancto et vere vnanimo et merito dilectissimo Amando Pavlinvs.

1. Quantum intellego, quod tibi in aurem loquor tu supra tectum praedicas, quandoquidem dum me nimium diligis et nimium tibi de fratre inepto places, etiam sancti ac uenerabilis nobis communis patris auribus insinuare non dubitas et

4] (Matth. 10, 27; Luc. 12, 3).

96 quo *U* tua] tria *FU*, tͧa (ᵘ *m. 2*) *c* sint $\gamma h$ 97 repeto *Uf* haesternis *c* nec *Mf* 98 uolueris *U* dabiͤt *C* 99 perextra *c*, pedestera *F* 100 eu $C^1c$ agis *U* 101 satis est *M*, sacris *U* haec noto $\Gamma^1$, nato haec *M* 103 respicis $\gamma$ foret *F* uita *C* 104 rennuis $\gamma c^1 \varphi^1$, renuas *f* haec *om.* $\gamma h$ 105 incolum̃ *Cc* te mihi $\gamma$, michimet *M* filii *U* 107 sed] et *U* uiuer $C^1$ 108 uiua] uera $Mc^2\delta\varphi^2$, uiuat $\varphi^1$, uia $\gamma$ deo] amen *add. U.* — finit epła b͞i paulini ad licentium *M*, explicit epła paulini et therasiae ad romanianum $\Gamma\varphi$, explicit liber quintus epistolarum meropii paulini uiri illustrissimi episcopi nolani *U*

*FLMPOU.* — incipit eiusdem XVIII ad eundem *F*, item epistola eiusdem ad eundem XV. *L*, ad eundem amandum ·XXIII· *M*, incipit ad eundem III· *O*, Ad eundem III. *P*, epistola sancti paulini episcopi ad amandum presbiterum ubi de humilitate cordis et de salubribus disciplinis imitandis bene et multa prosequitur *U*. — 2 unianimo *LMO* 6 tibi *om. F* 7 et] etiam *exp. M*

insipientiae meae temeritatem, qua te magis audeo quam illum in uerbis meis contemnere. nam unde me idoneum putaret ille, a quo aliquid spiritu suo dignum in litteris desideraret, nisi tu illi persuasisses, affectu magis quam iudicio ita sentiens, meum quoque os a domino inter ora mutorum et infantium, de quibus laudem perficit omnipotens, fuisse reseratum? iubet ergo me sibi sermonem spiritali hoc est suo sale conditum promere; meminit enim quod me uerbi sui sale adsperserit. neque cessat id facere; nam omnes mihi litterae illius spiritalia condimenta sunt. est enim et ipse sal terrae, uiuidum referens apostolicae doctrinae saporem; sed uereor ne salem eius insulso corde non duxerim, nec sentiat in quo condiatur, ut domini suauitatem sapiat, sensus meus, si in eo Delphini sapor euanescere et uigor potuit hebetari.

2. Quis me dicentem excitauit: leo est in uiis, in plateis autem homicidae? non apis mysticae studio, non formicae sollertis exemplo ad prouidentiam uitae et utilitatis operam suscitamur; sed modicum dormimus, modicum uero dormitamus, modicum autem manibus conplectimur pectus, et interea nobis inopia tamquam bonus cursor occurrit; et ille diues qui pauper factus est, ut nos uere egenos sua paupertate ditaret, uidens nos in nostra egestate durantes merito proclamauit: quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? sed utinam uel dum haec loquimur, ipso conscientiae nostrae iudicio et proprii sermonis querimonia

5] (Sap. 10, 21; Ps. 8, 3). 7] (Col. 4, 6). 10] Matth. 5, 13; Marc. 9, 49. 12] (Luc. 14, 34). 15] Prou. 22, 13 et 26, 13. 16] (Prou. 6, 6 et 30, 25). 18] (Prou. 6, 10 et 24, 33. 34). 20] II Cor. 8, 9. 23] Ps. 29, 10.

1 quam *F*[1] 4 persuadisses *F* indicio *FLP*, inditio *U* senties *FOPU* 5 a domino *om. M* 6 laudem suam *v* 9 nec *F* 10 sal] sub *O* 12 dixerim *LM* sentiat] sitiam *coni. Sacch.* 13 delfini *LMO*, dalphini *FPU* 14 ebetari *FLPU* *add. L m. 1 in mg.:* hic uidetur deesse de hac epistola multum, quia continuatio peue nulla est; *add. M in mg. m. 1:* hic multum uidetur deesse de hac epistola quia continuatio non satis apta est. 15 quis autem excitabit me dicentem *M* 18 dormiuimus *U* domitamus *F* 22 preclamauit *O* 23 discendo *FPU*

excitaremur, ut uel sero possimus dicere: nunc coepimus, haec mutatio dexterae excelsi; sed uentres pigri sumus, et idcirco adhaeret pauimento anima nostra, quamuis iam dudum ei dixeritis: erige te a mortuis, ut adtingas Christum. quem quidem dominum interuentu fidei uestrae per gratiae sacramentum inposuistis in nauiculam cordis nostri. sed quia somno inertiae nostrae obdormiuit in nobis, opus est ut eum excitetis, ut adsurgat in excitationem animae nostrae, inperet silentium turbidis cogitationum terrestrium flatibus et sensuum nostrorum fluctus uerbi sui pace conponat, ut fiat in corde nostro casta tranquillitas, et spiritu ueritatis gubernatore ac dei uerbo remige dirigamur ad portum uoluntatis nostrae.

3. Nam quae est expectatio nostra, nisi dominus Iesus, qui potens est saluos facere nos a pusillo animo et tempestate et adnuere orationibus uestris, ne fiat fuga nostra hieme aut sabbato, hoc est in otio spiritalium negotiorum et bonorum operum sterilitate? sabbatum enim otiosum est et hiems nuda nascentium. itaque si non carnali obseruantia sed spiritali abstinentes nos ab omni opere seruili, quod est uita peccati, cui deditus uere seruus est et in domo non manet, agimus sabbatum, non illud quod non sustinet anima domini, sed illud, in quo dei requies est, qui in humili trementium famulorum corde requiescit: nec hiberna tempestas fugam nostram opprimet et quasi frigore pigros pedes ab euadendi libertate retinebit, si spe gaudentes et spiritu feruentes non contractis auaritiae gelu manibus sed apertis refrigerio misericordiae furtiuus ille nos horae nouissimae super-

1] Ps. 76, 11. 2] Tit. 1, 12. 3] Ps. 118, 25. 4] Eph. 5, 14. 6] (Matth. 8, 23). 12] (Ps. 106, 30). 13] Ps. 38, 8. 14] Ps. 54, 9. 15] Matth. 24, 20; Marc. 13, 18. 20] Ioh. 8, 35. 21] (Es. 1, 13). 22] (Es. 66, 2). 25] Rom. 12, 11. 27] (Luc. 21, 34).

1 excitarentur *O*[1] possemus *LM* 2 uentres *v*, uentris *ω* 8 exsurgat *F* 9 terrestium *F* 14 iesus *om. L* 15 uestris *om. M* 16 aut] uel *FM* sabbatum *F*[1] in otio] negotio *U* spiritualium *F* 18 hyemps *P* nascentium] fructuum *M* si non] non sine *F* 19 abstinentes nos] abstinemus *coni. Sacch.* 24 opprimet *M*[2], opprimit *cet.* 25 gaudentes gaudentes *P* et *om. M* 27 furtiuos *U*, furtiuis *F*, fortiuos *P*

uentus inueniat opertos atque uestitos salutaribus operum fidelium tegumentis, ut possimus subsistere ante faciem frigoris eius, qui nos ideo nunc in timore praecepti sui uult effici praeparatos, ut in die irae inueniat absoluendos.

4. Fauete nunc igitur et orate, ut adprehendamus in quo adprehensi sumus, et extendentes nos ad brauium superñae uocationis obliuiscamur quae retro sunt, positaque in aratro crucis manu mentis non sulcata respiciam, sed sulcanda prouideam, donec perueniamus ad montes, in quibus leuauimus oculos nostros, ut inde nobis a domino ueniat auxilium, qui est mirabilis in sañctis suis, qui sunt montes dei, in quos bona fidelis animae operatione prouehemur. si enim in uia ueritatis, quae est inpolluta, digne ambulemus, tunc ipse dominus, qui est uia et ueritas, perficiet pedes nostros sicut cerui et super excelsa statuet nos. montes enim, inquit, excelsi ceruis, et petra refugium erinaceis, quia si super iniquitatem alacritate ceruorum fugiamus Nebroth uenatorem, qui, ut scriptura designat, contra dominum uenator fuit, et cooperante Christo piis actibus adscendamus excelsa uirtutum per doctrinas prophetarum et apostolorum, qui sunt montes dei, montes illi uberes: tunc uelut de rupe praecelsa despicientes uanas praetereuntis mundi figuras in exultationis uoce cantabimus: exaltabo te, domine, quoniam ab insurgentibus in me exaltasti me, et super inimicos meos despexit oculus meus. ex hac autem celsitudine montium informati ad humilitatem cordis et salubribus disciplinis

1] (II Cor. 5, 3). 2] Ps. 147, 17. 5] (Phil. 3, 12). 7] (Luc. 9, 62). 9] Ps. 120, 1. 11] Ps. 67, 36. 12] (Ps. 17, 31). 14] Ioh. 14, 6. 15] Ps. 17, 34. 16] Ps. 103, 18. 18] Gen. 10, 9. 21] (Ps. 67, 16). 23] Ps. 29, 2; 17, 49; 53, 9.

1 fidelium operum *M* 2 tegmentis *FPU*, tegimentis *L*[1]*O* substinere *U*, sustinere *Lebrun* 7 arato *FU* 8 respiciamus *LM* prouideamus *LM* 9 in quos *v* 10 a domino nobis *F* 12 operationem *O* 14 perficet *U* 16 erinaceis *v*, erinaciis *M*, erinatiis *cet.* 17 quasi *FPU* nebrot *FOP*, nẽbrot *L*, nembroth *M* 19 fuit *Ov*, erat *M*, *om. cet.* 20 apostolorum et prophetarum *M* 21 dei montes *om. M* uelut *LM*, uel *cet.* precelse *O* 22 despicientis *FU*, despiciendis *O* exaltationis *FPU* 23 cantauimus *PU* 25 meos *om. U*

uelut spinis nostra undique membra muniti, efficiemur ut erinacei, qui parua corpuscula aspero tegmine armati naturalibus iaculis aduersum hostiles aut canum morsus aut manus hominum muniuntur. humiliatis autem timore diuino et gratia ipsius humilitatis armatis petra refugium est, id est Christus, cuius uerba nobis contra diabolum uel sepimenta uel spicula sunt. his enim et aures nostras sepimus aduersum linguam nequam et in corde nostro uitia aduersa configimus. ita per obseruantiam spiritalem et directam fidem et erinacei pariter erimus et cerui, si secundum has minores bestiolas angustati et humiles abscondamur in Christo, ut in refugii petra, et uerbo ac spiritu ueritatis muniti et diabolo et mundi huius inlecebris asperi resistamus.

5. Maiores uero illas feras pedibus alacres et sublimes cornibus ita aemulabimur, si habeamus pedes firmos ad consistendum in uia domini nec moueantur ab eius itinere uestigia nostra isdemque pedibus utamur ad fugienda peccata et huius saeculi perniciosa contagia, caput salutis nostrae, quod est fides catholica, bonis operibus uelut cornibus ornatum pariter et armatum gerentes, ut uel repugnemus inimicis uenatoribus uel actibus deo placitis coronati uestrum potissimum gaudium et corona simus; quorum in Christo plantatio, apud Christum labor cotidianus sumus. non enim ambigimus cotidie deprecari uos, ut perficiatur in nobis beata illa mutatio dexterae excelsi, ut uere possimus dicere: defecit cor meum et caro mea, deus cordis mei et pars mea deus in saecula, quia tunc deus esse dignabitur cordis nostri deus, cum cor nostrum, quod est carnale, defecerit spiritali aedificatione

7] (Eccli. 28, 28). 15] (Ps. 17, 34). 16] (Ps. 16, 5). 21] (Phil. 4, 1). 24] Ps. 76, 11. 25] Ps. 72, 26.

1 efficiemur *Ov*, efficiamur *cet.* erinatii *L*, erinacii *M* 3 aut aduersus *FPU* hostilis *FPU* manus *om. L*, tactus *s. l. m. 2 M* humilitatis *FPU* 5 Christus] sp̄s *O* 7 aduersus *FLM* 9 *post.* et *Ov*, *om. cet.* erinacii *LM* 12 huius *om. F* 14 sublimis *O* 17 isdemque *O*, hisdemque *LM*, iisdemque *FPU* 19 carnibus *U* 21 attibus *U* 23 enim] etiam *LM* ambigemus *O* 27 dignabitur esse *M*

destructum. tunc audebimus et uestram nos dicere portionem in terra uiuentium, cum et ipsi domino renouati sensu mentis nostrae secundum Christum ad caelestem imaginem potuerimus dicere: deus cordis nostri et pars nostra deus in saecula.

## X.

BEATISSIMO ET PECVLIARITER DOMINO SEMPER IN DOMINO CHRISTO NOBIS PATRI DELPHINO PAVLINVS.

1. Accepimus litteras sanctae affectionis tuae, quibus iubes nos in epistolis, quas ad te facimus, aliquem praeter officii de scripturis adicere sermonem, qui tibi thesaurum nostri cordis reuelet. sed parentes potius filiis thesaurizare et ordo pietatis postulat et magister apostolus docet. quamquam tu nobis a domino et in domino pater factus semper thesaurizaueris bona et thesaurizare non desinas praeter illud gratiae salutaris talentum, quod te consignante suscepimus non in terra abscondendum

1] Ps. 141, 6. 2] (Eph. 4, 23). 4] Ps. 72, 26. 12] (II Cor. 12, 14).

1 distructum *O* nostram *FU*, nr̃am *ex* ur̃am *P m. 2* discere $P^1$ 2 sensum *P*, sensuum *FLU* 5 saecula] uale *add.* $FP^2U$. — explicit *L*, finit ad amandũ III · *O*

*FLMPOUχ*. — s. paulini ep̃i ad delfinũ ep̃m a q̃ et baptizatus ẽ · XXII · *L*, ad delfinum ep̃m a q̃ et baptizatus est XXX. *M*, incipit ad delfinum · I · qui ab ipso baptizatus est paulinus *O*, eiusdem paulini ad dalphinum quia ab ipso baptizatus est *P*, incipit undecima eiusdem paulini ad dalphinum quia ab ipso bapzitazus *(sic)* est. beatissimo ac peculiariter domino semper in domino cristo nobis patri delphino paulinus *(haec in fine paginae, secuntur in initio sequentis):* explicit epistola decima sancti paulini nole campanie episcopi eiusdem paulini undecima ad dalphinum quia ab ipso baptizatus est incipit Epistola undecima sancti paulini *F*, meropii paulini episcopi nolani liber tertius epistolarum ad delphinum episcopum incipit feliciter. Epistola sancti paulini episcopi ad delphinum episcopum ubi requisitus ab eo, ut in epistolis quas ei transmictit aliqua de scripturis sanctis ad consolationem suam interserere dignetur. excusatum se facit, tamquam minus actum et plurimum indoctum *U* — 7 in domino] in dõ *χ* 8 nobiscum *χ* delfino *LOχ* 10 officii *FOPUχ*, officium *LM*, officii necessitatem *v* 12 filiis potius *LM* 13 quanquam *O*, quamuis *v* 14 thesaurisaueris $F^1$ 15 illum gratia *χ* 16 quem $OP^1U\chi$ consignantem $\chi^1$

neque in sudario inuoluendum, sed adponendum nummulariis, a quibus uberi multiplicaretur usura, uel his distribuendum in tempore oportuno, qui ad praeparandas in aduentum sponsi faces uenditant oleum sapientibus conparandum: thesaurizas uero nobis et alio modo semper, qui de thesauris domini ad gratiam, quae per te data est nobis, adponi rogas. atque utinam tantum capere possimus, quantum tu, ut accipiamus, potes inpetrare! nam profecto de hac pro nobis postulationum tuarum conscientia atque fiducia petis a nobis uel magis repetis, ut aliquid spiritale ad te loquamur, quod semine in nobis dignum tuo sit, quia secundum fidem tuam exorasse te credens, quae nobis orasti et oras dari, effectum sollicitudinis et deprecationis tuae de nostri cordis et oris fetibus per documenta uerborum capere desideras, quoniam ex abundantia cordis os loquitur et sapor mentis in sermone gustatur.

2. Iuste itaque sanctitas tua depositi sui debitum repetit et seminis sui germen expectat. sed quid faciam ager sterilis? qua tibi fruge respondeam, qui pro tritico tribulos uel pro uuis edidi spinas? et ideo conscius malae segetis aut infructuosae arboris, ut uel pietati debitae satisfaciam, sola in litteris meis officii uerba praetendo et sensum a tuo corde degenerem pudore inertiae confusus occulto, dum nimiae circa me dilectionis tuae conscius timeo, ne animum tuum bonae de nobis spei praesumptione gaudentem decepta expectatione contristem, et cogaris dicere uel scribere mihi: ego te plantaui uitem fructuosam, tu uero conuersus es in amaritudinem uitis alienae. expectaui ut faceres uuam, et tu fecisti

1] (Luc. 19, 13). 4] (Matth. 25, 9). 14] Matth. 12, 34; Luc. 6, 45. 18] (Matth. 7, 16). 25] Hier. 2, 21. 27] Es. 5, 4.

1 nec *F* in *om. M* 2 multiplicetur *M* iis *v* 3 opportuno *PU* quia *L* 4 ut thesaurizas $\chi$ 5 uerum $\chi$ qui] quicquid $\chi$ 8 profecto de hac *om. M* 9 conscientie *FP*[1]*U* petit $\chi^1$ 10 tuo dignum $\chi$ 13 nostris *O* et *om. M* faetibus *FLMP*, foetibus *U* docimenta *O* 14 habundantia *FO* 16 sanctas *FU* repitit *U* 19 aut] uel *M* 21 protendo $\chi$ corde tuo *v* degeneri $\chi$ 24 pei *U* decepta *Ov*, recepta *cet.* contristam *L*[1] 25 te *om. FPU* 26 uirtuosam *F* amaritudine $\chi$ 27 tuǫ *O*

spinas. atque utinam uel illas utiles, quae contra linguam nequam sepimentum piis auribus praestant et fidem in corde cauto uelut frugem in agro circumcluso tuentur! sed tu illas, ut sentio, inutiles et nocentes, quae uerbum suffocant et conuertunt in aerumnam, dum carnalibus adhuc cogitationibus corda configunt, quasi rhamnus asper produxisti.

3. Quaeris ergo, piissime pater, quid facias adhuc quod non feceris nobis, cum et plantaueris nos in domo domini, et plantatis maceriam signaculi salutaris, qua ab incursu siluestris apri et depastione ferocis onagri muniremur, adstruxeris et torcular foderis, quo per conuersationem piam quasi quandam tibi dulcem de tua uite uindemiam funderemus? habes adhuc quod facias imitatione illius, qui sterilis ficulneae commeatum a domino uineae deprecatus est et inminentem inutili ligno excisionem distulit sponsione. sic igitur et pro nobis pietatis tuae cura interueniat et positam ad radices arborum ieiunarum securem uel annua domini indulgentis expectatione suspendi postulet. sponde patrifamilias diligentiam pro nobis sollicitudinis tuae et adsiduas orationes tamquam illum apostolicum euangelici stercoris cophinum pollicere, quo cordis nostri terra pinguescat et sationis tuae seges nutriatur uel plantationis tuae arbor sucum tuae fecunditatis accipiat, ut in die recognitionis, quo pariter sator messorque gaudebunt, nos quoque paterno sinu adferens inter manipulos tuos repetas ab eo culturae tuae fructum, cum illi, qui sata inrigantium

1] (Eccli. 28, 28 et 36, 27; Matth. 13, 7; Ps. 57, 10). 8] Ps. 91, 14. 10] (Ps. 79, 14). 13] (Luc. 13, 8). 16] (Matth. 3, 10; Luc. 3, 9). 19] (Luc. 13, 8).

3 concluso *LM* 4 ut sentio illas *L*, ut sentio tu illas *M* *post.* et *LMv*, te *cet.* 6 ramnus $\omega$, ramus *v* 8 nobiscum *FLU* 9 materiam *U* signaculis *O* 10 de passione *O* muniremus *U*, muniemur *F*[1] 11 et *om. U* faederis *F*, foederis *P*[1], feceris *UP*[2] quadam *U* 12 uindimiam *O* 13 sterelis $\chi$ commeatum *L in ras. m. 1*, comminatum *v* 16 positum *O* 18 postulet *Ov*, postula et *cet.* 20 cofinum *O* quo *Ov*, in quo *cet.* 21 terga *FP*[1]*U* 23 secognitionis *U*, recog(ni)tionis (cog *in ras.*) *L*, cognitionis $\chi$ pater *F* 24 nos] hos *F* repetas (l capias) *M* 25 ab eo *om. M*

nutrit et colentium labores fructificat, id in nobis, quod non ad ignem iubeat abscidi, sed ad horreum metere dignetur, obtuleris.

## XI.

Severo fratri vnanimo Pavlinvs.

1. In domino deo Iesu Christo sentio et in te potissimum munere et uerbo dei laetus experior, quia amico fideli nulla est conparatio, et lingua gratiae in bono homine abundat. nam quasi medicamentum uitae nobis consolatio caritatis tuae, ut faui mellis sermones tui; ut aqua frigida sitientibus, ita nobis nuntius de te bonus a terra longinqua. qui cum et salutis tuae indicio et caritatis eloquio inpinguet ossa nostra, magnum laetitiae et iocunditatis cumulum hinc habet, quod per nostros filios in domino tuos pueros adfertur et promitur, ut non solum litteris sed quadam tui lateris parte potiamur. quid retribuemus domino nostro praeter omnia quae retribuit nobis, pro hac etiam gratia, qua te nobis et in saeculari prius amicitia dilectissimum, in suis quoque rebus, quod inconparabilis pretii ducimus, indiuiduum comitem atque consortem spiritali germanitate conexuit?

2] (Matth. 13, 20). 7] Eccli. 6, 15. 11] Prou. 16, 24 et 25, 25. 12] (Prou. 15, 30). 16] Ps. 115, 12.

1 colentum *FPU* laboris *O* fructificat *om. FPU,* frutificare facit *M* 2 orreum *LPUχ* obtuleris] ualeas pater *add. P*[2]*U.* — finit prima *PO,* gratia dī tecum ut est, in aeternum maneat pater. et conseruet et dn̄e in dn̄o unianimę uenerabilis et merito beatissime. finit epistule ad epm delfinū *χ*

*FLMOPU.* — incipit quarta · IIII · *F,* item eiusdem ad eundem · XVIIII · *L,* ad sulpicium seuerum · XXVII · *M,* incipit ad seuerum quinta *O,* epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monachum de mutua caritate: qua se inuicem diligebant. ubi etiam ipsum plurimum laudat: quod beatissimi martini confessoris hystoriam eloquio digniore conscripserit (it *ex* at) *U.* — 5 unianimo *O* 6 in dn̄o χp̄o iħu salutem. Sentio *FPU* 8 linguae gratia *LM* abundet *LM* 9 nobis est *M* 12 inpinguet *O*, inpinguat *LU*, impinguat *FMP* 15 sed et *M* lateris tui *FM* 16 dn̄ō dō *M*[1] 17 et pro *M* 18 amititia *O ut infra,* amiticia *L* in *LOv,* et in *cet.* 19 inconparabiles *O*[1] dicimus *LM*[1]*O*

2. Quae est, inquit, mater mea, aut qui sunt fratres mei? non hi uidelicet, qui de uoluntate carnis et conuenientia somni, sed qui ex deo nati sunt per sapientiam dei Christum, qui in se manens innouat omnia et dat potestatem filios dei fieri, coheredes regni sui, propter id ipsum conformatus corpori humilitatis nostrae, ut nos conformet corpori gloriae suae nec solum a terra nostra sed etiam a cognatione diuulsos in sortem et generationem suam transferat. quo munere nos sibi creare et in suae caritatis uinculo copulare dignatus est, a familiaritate carnali, in qua iam nunc, ut intellegimus, huic nos foederi praeparauerat, in aeternam necessitudinem affectu potiore mutauit, siquidem caritas Christi ista sit, quae numquam excidit, quia ex deo defluit et in deo permanet omnemque, in quo maneat, hominem sua perennitate perpetuat. haec est inflari nescia, expers doli, secura liuoris, aemula deo, non elatione spiritus, sed spiritu mansuetudinis et aemulatione pietatis. dominus enim noster, ut ipse testatus est et experimur, dulcis et mitis est et humilis corde.

3. De quo tu mihi frater genitus non solum ad praesens adiutorium sed et ad perenne consortium tanto superas omnem circa me corporalium necessitudinum affectionem, quanto potiore mihi parente germanus es quam illi quos caro tantum et sanguis mihi sociat. ubi enim mihi nunc consanguinea germanitas? ubi amicitia uetus? ubi pristina contubernia? euanui coram illis omnibus, exter, ut dictum est, fratribus meis et peregrinus filiis matris meae. amici mei et proximi

1] Matth. 12, 48. 3] Ioh. 1, 13. 4] ib. 12. 13] I Cor. 13, 8. 18] Matth. 11, 29. 27] Ps. 68, 9 et 37, 12.

2 hii *M* 3 qui *om. L* 5 ad ipsum *L*[1] 7 suae *om. FPU* nec *Ov*, et non *cet.* cogitatione *L*[1] 8 tranferat *L* 9 suo *U* 10 et *scripsi*, est *ω*, *sed exp. M* ut *M*, *om. cet.* 13 ita *L* sit] est *M* 14 manet *LM* peremnitate *U* 15 secura *scripsi*, cura *OP*[1], uacua *FUP*[2], pura *LMv* 18 testatur *FPU* 20 frater genitus *O*, genitus frater *cet.* 21 sed a peremne *U* 22 afflictionem *L* 24 mihi tantum et sanguis *M* sanguinis *O* nunc mihi *M* 26 fratris mee *F*

quondam mei nunc a longe steterunt; et sicut fluuius decurrens et ut fluctus pertransiens, sic transeunt me et in me forsitan confunduntur et erubescunt, ut scriptum est, uenire ad me; facti sunt mihi qui prope longe et qui longe prope. pro patribus, inquit, nati sunt tibi filii. ita pro parentibus et fratribus et amicis tu nobis factus a domino es, qui et parentum cura anxius et fraterna dilectione sollicitus et tota non fictae amicitiae fide sedulus omnibusque in nos pietatis uisceribus effusus adsiduis nos litteris adeas, blandissimis solaciis mulceas.

4. Neque sat habeas occasionibus cunctis reuisere, nisi et pueros tuos mittas nec solum de famulis sed et de filiis sanctis, quorum benedicta in domino prole laetaris, eligas tabellarios, quorum oculis nos uideas et ore contingas. speciosi nobis pedes illorum tamquam euangelizantium bona. nuntiant enim nobis et adferunt ea quae ad pacem sunt de te, cum proferunt opera domini, quae aut operaris in uerbo dei aut scribis in spiritu uerbi. quae nobis diuitiae tam pretiosa munera, quae necessitudines tam dulcia possint praestare solacia? ut eorum reputatio differatur, quae in aeternum largitas diuina promittit, quanto potiora posthabitis rebus sint quae iam et in isto saeculo rependuntur considerare promptum est. quod enim, quaeso, mihi damnum pietatis gratiae parens inhumanus aut frater neglegens aut amicus inmemor faciunt, cum omnes horum mihi nominum uel pignorum aut foederum caritates uel de te uno largiter rependantur? ut taceam uel in nostro uel etiam in ignoto orbe non paucos et in deum et erga nos tui similes, quorum nobis affectus maximos pro patria et parentibus et patrimoniis gratia retributoris indulget, in te

4] (Ps. 37, 12 et 107, 10; Eph. 2, 13). Ps. 44, 17. 13] Es. 52, 7; Rom. 10, 15. 19] (Matth. 19, 29).

2 a me *FPU* 3 forsitanṭ *L* ut scriptum est *om. M* 8 uiceribus *L* 9 blandidissimis *L* solaciis *OP*, solatiis *cet.* 10 habes *LM* 11 fidęliis *O* 12 eligis *LM* 13 nos *L in ras. m. 1* 16 pręferunt *Ov* operariis *U* 18 queue *F* possunt *M* solatia *LMOU* 19 ut— promittit *om. M* differat *O*, referatur *FPU* quae *M, om. cet.* 22 pietatis] et *add. v*, uel *add. M* inhumanos *UP*[1] 24 horum *Mv*, honorum *cet.* pignerum *F* 28 retributionis *U*

uno quae accepimus bona si conputemus, omnia nobis nostra in te largius atque pretiosius conpensata reputabimus. frater non redimit, inquit, redimet homo. similiter nobis licet dicere: mundus nos non amat, sed amat Christus. homo neglegit, sed deus diligit. inimici hominis domestici eius, sed rursum amici hominis domestici dei. fuerint nobis fratres et amici et proximi boni et magni; sed non fuit placitum circa nos in eis domino, qui te elegit donare nobis in fratrem inseparabilem et in proximum dilectissimum, quem merito sicut nosmet ipsos diligamus, quia cor unum et unam animam tecum in Christo habemus.

5. Itaque quod supra breuiter posuimus de caritate multorum aeque spiritalium nequaquam apte et digne diximus; in nullius enim persona congruere nobis eadem quam in te habemus gratia potest. ut enim aeque diligere dignentur in humilitate nostra gratiam domini, tamen illud in te speciale nobis donum est, quod praedestinatos nos inuicem nobis in caritate Christi iunctissima prioris quoque uitae amicitia signauit, adhuc eorum, quae nunc per Christum auertimur, amatores. sed tamen in hanc, qua modo interuentu dei nectimur, copulam per consuetudinem illius familiaritatis inoleuimus, ut diligendo nos et in infideli uia fideliter diligere etiam spiritaliter disceremus, quia tam religiose nos semper uterque diliximus, ut ad nostram inter nos dilectionem nulla adici posset affectio nisi caritas Christi, quae sola omnem sensum affectumque supereminet. quo inpensiores debemus bono domino gratias,

2] Ps. 48, 8. 5] Matth. 10, 36. 10] (Act. 4, 32).

1 nostra nobis *LM* 3 redimit homo *Lebrun* 4 uos *FPU* 5 deus] cristus *F*, xp̄s *PU* hominẹs (i superscr.) *O*[1] 6 sed—dei *om. FU* hominẹs (i superscr.) *O* fuerunt *L*[1]*M* 9 in *om. FPU* 10 diligimus *M*[1] 13 spaliū *M* abte *FP*, ab te *U* 14 personam *FPU* 15 in *O*, *om. cet.* humilitat *U*, humilitatem *L*, fraternitatem *M* 16 nostram gratia *LM* est dn̄ī *M* tamen illud] illud autem *M* nobis *om. M* 17 p̄distinatos *O* 18 uinctissima *FPU* prioribus *LOP*[1] 19 per (propter *M*) christum nunc *LM* auertimus (d superscr.) *L*, auertimus *M* 20 quo *P*[1] 22 in *M*, *om. cet.* diligere etiam spiritaliter diligere *FPU* 23 quia] qui *fort.* 25 effectumque *L*

quod respicere dignatus in humilitatem nostram, cum pariter in agro inuenisset, pariter ut geminos ab utero carnis extraxit et pariter adsumpsit. duo enim uere, ut scripsisti, fuimus in agro, sed bonitate et omnipotentia dei, ausim dicere, ita de nobis unus adsumptus est, quod neuter est relictus. eramus enim et singillatim duo, cum in nobis caro rebellis a spiritu dissideret neque nostro homini pax esset, cum interiori repugnaret exterior. nunc uero propitio ipso, qui fecit utrumque unum, et duo unum sumus, quia unus spiritus in duobus et nulla discretio, quorum corpus unum. sed hoc, ut dixi, commune nobis cum omnibus in Christo fratribus; unum in te peculiariter nobis gratum atque gratandum est, in cuius amicitia beatissimum dei munus accepimus, ut nec itinere mutato dissolueremur a nobis, quod damnum de multis, ut recognoscis, dulcissimis aliquando nostris pariter experimur.

6. Vere ergo tu nobis et parens et frater et proximus es; qui facis et in nobis uoluntatem dei ac plenitudinem legis, diligis nos tamquam te, amicus nobis in caritate Christi et in dei regeneratione germanus. quod cum uideas et recognoscas, cur in nos onerose et de te falso loqueris, ut dicas: duo fuimus in agro, et unus adsumptus est? non simus ingrati deo, qui non unum ex nobis, sed unum adsumpsit in nobis. duo fuimus, sed quando cum illis fratribus conbinabamus, quorum a nobis per hoc propositum facta diuisio est, quia unus non de singulari corpore, sed de multorum quoque unanimitate dici satis eadem scriptura declarat, cum has personas non in duobus hominibus sed populis fide gentium et remansione Iudaeorum id ostendente proponit. nam et illae molentes duae,

4] Matth. 24, 40. 8] Eph. 2, 14. 17] (Rom. 13, 10). 20] Matth. 24, 40. 26] (Rom. 12, 5). 28] (Matth. 24, 41; Luc. 17, 35).

1 dignatus est *F* 3 assupsit *U* 5 sigilatim *U*, singulatim *O* 6 et rebellis *U* discideret *F* 7 Hunc *U* 8 utraq; *M* 9 et—*l.* 10 unum *om. M* 11 peculialiter *L*, pecculialiter *U* 14 nostris] nunc *FU*, ñri *P*[1], nunc *P*[2] *s. l.* 17 facis et] faciens *LM* 18 et in] et *LM* 20 nobis *O* falsoque *FU* 24 unum *LM* 25 quoque *om. F* unamitate *O* 26 non *LM*, *om. cet.* 28 ostendere *FU* proponitur *FPU* ille *OP*

de quibus similiter una adsumitur, ut arbitror, synagogae et ecclesiae formam gerunt, quia non est alia persona, quae in omni sacrarum litterarum ratione tractetur, nisi aut in uniuersitate generis humani credentium infideliumque populorum distinctio aut in natura omnis hominis geminae creatura substantiae. et ideo, mi frater, quia semper nobis cohaesimus in corde uno, sicut nunc cohaeremus in Christo, aut pariter adsumpti aut pariter relicti sumus. adsumpti autem non nostro merito sed gratia dei, cuius dona et uocationes sine paenitentia sunt, neque ex operum praerogatiua sed ex fide bonae uoluntatis, qua pariter in caritatem eius animati, ut uno et tenore propositi et tempore conuersionis nostrae apparuit, simul oportet gloriemur et exultemus in eo, qui iustificat inpium per fidem et dat escam omni carni, escam non istam quae perit, sed illam quae conficitur in aeternum uictum, qualem uel anima in dei rebus operosa uel catholica ecclesia coquit. corpus est enim ueri panis qui de caelo descendit et dat escam uiuificantem esurientibus iustitiam. non enim carnem farcit, sed cor hominis firmat. hic panis et fons est, qui quo amplius editur, plus esuritur et quo magis bibitur, plus sititur. hunc panem ut edamus in aeternum, molamus in huius mundi pistrino triticum bonum, quod est oboedientiae fidelis operatio et caritas in corde puro et fide non ficta.

7. Qua gratia et uirtute cum plenus sis, bonam deo frugem molis teque ipsum in azymis sinceritatis et ueritatis epulandum deo exhibes, cuius esca est quisquis uoluntatum eius effectus in corporis ipsius membra conuertitur dicente ipso, quia

9] Rom. 11, 29. 14] Ps. 135, 25. 17] Ioh. 6, 33. 20] (Eccli. 24, 29). 23] I Tim. 1, 5.

1 una similiter *FPU* 3 aut] autem *U* in *L s. l.* 5 hominis omnis *U* creature *FPU* 6 nobis *om. v* 9 pinitentia *U* 11 quia *LM* 12 conuersationis *O* 14 *alt.* escam *om. LM* 16 quoquit *U* 17 de] e *PU* 19 et panis et *M* quo plus *FPU* 21 ut] et ut *F* mondi *PU* 22 pristino *F* 23 puro *v, om. ω* 24 gratie *FPU* et *om. FU* 25 teque] atque *U* azimis *ω* epelandum *U* 26 deo *om. M* uoluntatem *FMv* effectu* (s *eras.*) *M*, efficiens *v* 27 conuertit *L* ipso] apło *LM*

qui se iungit deo, spiritus unus efficitur. quod adsequimur, si portemus imaginem caelestis ea cura et diligentia, qua portauimus imaginem terreni. imitando enim imitatorem Christi perueniemus ad imitationem dei, cui bonus odor sumus in Christo, si exhibeamus hostiam uiuam obsequio rationabili, ut illi puram similaginem mola mundi cordis excretam ab interioris nostri penetralibus offeramus et in pectore nostro castum altare ponentes illa per legem iussa sacrificiis animalia mactemus in uitiis, inmolantes hircum cum peremptione peccati, in quo odor mortis est, caedentes taurum, si deponamus superbiam, sacrificantes ouem, si mollitudinem et ignauiam in caritate non tepidi et spiritu feruentes eiciamus, offerentes in nobis et agnum, si inmaculati uiuamus, et uitulum, si efficiamur malitia paruuli, ut unius purum pudicitia, alterius stultum simplicitate referamus; quale te sacrificium deo exhibere uideo in templo tui corporis, in sacrario tui cordis, in inmolatione tuae carnis, in oblatione tuae animae. inmolas taurum, cum pia humilitate depositus ceruicem altam percussisti timore diuino. inmolas haedum, cum omnia sinistrae partis opera iustitiae sectator interficis. ouem iugulas, cum diligens operarius studiosusque meditator diuinae uoluntatis et legis inertiam in te et ignauiam quasi pecus molle prosternis et a te uitae istius inpedimenta quasi uellera tondenti utilia, onerosa gestanti forcipe uerbi caelestis abscidis; qua nos duobus testamentis adprehensos tenet Christus et uel sarcinis saecularibus quasi lanis exuit uel rursum ut uellera a corporalibus

1] I Cor. 6, 17. 2] I Cor. 15, 49. 4] II Cor. 2, 15. 5] (Rom. 12, 1). 9] (Leu. 10, 16). 11] (Leu. 3, 6).

1 qui *om. F* 3 imaginem *om. F* 4 cuius *M* 5 uiuentem *LM* 6 molam *O* 7 interiorib; *M* (ib; *ex* is *corr.*) nostri *om. M* penetrabilibus *FU, om. M* 8 issa *U* 9 cum *Ov*, pro *F, om. cet.* 11 *pr.* si] sed *FPU* deponamus imolemus *M*, ponamus *FPU* ouium *U* si mollitudinem] similitudinem *U* et] sed *FU* 12 feruenter *O* 15 qualem *FPU* 16 deo *om. M* 17 immolās *M*, imolaņs *P* 19 immolans $L^1MP^1$ omnia] anima *U* 20 iugulās $MP^1$ 21 studiosịusque *L* mediator *L* 22 et a te] aetate *F* 23 tundenti *O* 24 accidis *O*, occidis *FPU* 26 a *om. O*

uitiis tamquam a morbidis et mollibus ouium corporibus abscidens in uestimentum sui corporis, quod operatione credentium tegit, siquidem uicissim cum Christum induimus, induamur a Christo, in ecclesiae pensa deducit et fimbriis suae uestis intexit.

8. Totondit te hic pastor iam, ut arbitror, et posuit in area sua et caelesti rore perfudit uellus tuum. nam et gratia, quae infusa est ori tuo et per os tuum quasi riuus a fontibus Israel uel διώρυξ, ut scriptum est, a paradiso abundans fluit, docet nos, quia descendit in te dominus sicut pluuia in uellus et dedit tibi aquam de puteo Iacob, quia tu quoque de filiis Israel domino propinquatus extiteras. si ergo pertonsus es, duplex beneficium recepisse te sentis, quia et in aestu saeculi leuis pascua uerbi matutinae laetitiae rore sparsa decerpis nec meridiani daemonii ardore torreris, quia sub umbra alarum domini conquiescis. paratur tibi interim tunica de tuis lanis, qua in illa die hiemis uestiaris, ut ante faciem frigoris eius ualeas subsistere, si dispoliatus a corpore non inueniaris nudus ab opere. tum uicissim praebebit se tibi ouem Christus et agnus ille, qui pro nobis ad interfectionem ductus est et coram tondente se non aperuit os suum, uellera sua id est carnis exuuias abstrahi sibi passus. ipse enim pro nobis et animam et carnem suam posuit et recepit, qui et sacerdos et hostia et agnus et pastor est, qui pro ouibus suis pastor et pro pastoribus suis agnus occisus est. ipse enim dominus hostia omnium sacerdotum est, qui semet ipsum pro omnium

3] (Rom. 13, 14). 9] (Eccli. 24, 41). 10] Ps. 71, 6. 11] (Ioh. 4, 6). 15] (Ps. 90, 6). (Ps. 16, 8). 20] Es. 53, 7. 22] (Ioh. 10, 17 et 18.) 25] (Heb. 5, 10).

1 abscindens *F* 2 quod *om. FU, exp. P*[2] cooperatione *FP*[2]*U* 3 texit (x *in ras.*) *M* cum] sicut *FPU* induam *U,* induimur *LM* 4 et in ecłię pensa—intexit *om. hoc loco et ante* siquidem *l. 3 inserit M* 6 aera *FL*[1] 8 ostium *LM*[1] a fontibus a fontibus *F* 9 dorix *LM,* dyoras (dioras *P*) decem *FPU,* dioraχύ *O,* διωρυχή *v,* διορυγή *ut coniecturam adn. Ducaeus* ut est supra scriptum *F* 12 propinquans *LM* 14 matutini laetitia roris *Sacch.* rore sparsa *scripsi,* roris sparsa *Ov,* rore respersa *FLMP,* rere despersa *U* 16 interim tibi *FPU* 18 substinere *U* despoliatus *M* 19 et] ut *fort.* 26 est *om. F*

reconciliatione patri libans uictima sacerdotii sui et sacerdos suae uictimae fuit, cuique nunc ut uni omnium domino omnis noua creatura sacrificium ipsique sunt hostiae sacerdotes. si nunc ei nos tondendos in silentio humilitatis atque patientiae, qua se ipse pro nobis praebuit, praebeamus, suscipiet in se onera uelleris nostri nec dedignabitur ouium suarum lanas portare, qui ipsam ouem, quam ab errore reuocauerit, humeris suis ad ouilia reportare dignatur.

9. Et quoniam **bonorum nostrorum ipse non indiget,** nos uero omnium illius indigemus, nostro tantum bono nobis bonus, capit nostra quae sua sunt, et tamen ea iuris sui non uult, ut quasi nostra nobis accepto ferat, cum nihil habeamus nisi acceperimus et ne ipsi quidem sine nutu ipsius esse possimus. ergo nihil in hunc mundum inferentibus substantiam rerum temporalium quasi tonsile uellus adponit, non ut sarcina inpediat quos expeditos nasci iubet, sed ut materiam nobis uirtutis ad merita parienda proponat, et sit unde documentum nostrae in deum id est uerum patrem ac dominum fidei atque pietatis edamus, si suppetant nobis cara uel dulcia, quae praeferentes deum magno praemio neglegamus et quae per inmensam eius bonitatem, cum nec inlata nobiscum sint in hunc mundum neque istinc efferenda nobiscum, tamen si pareamus praeceptis illius, ita ordinantur, ut mutentur in melius et de temporalibus aeterna reddantur. nam quae sicut non intulimus, ita nec auferre possumus per naturam nostram et praetereuntem huius mundi figuram, ea per omnipotentis dei

7] (Luc. 15, 5). 9] Ps. 15, 2. 12] (I Cor. 4, 7). 13] (Act. 17, 28). 14] (I Tim. 6, 7). 20] (Matth. 19, 29). 21] (I Tim. 6, 7). 26] (I Cor. 7, 31).

1 reconsiliatione *F* 2 fuit] est *FPU* cui *M* ut] et *F* 5 suscipiat *FPU* in se] ipse *M* 6 qui *OPv*, quia *cet.* 7 reuocauerit *OPv*, reuocauerat *cet.* umeris *L*[1]*O* 10 illius omnium *M* 13 ṛ[ac]eceperimus *O* notu *O* possumus *FPU* 14 substanti[a]ụm *O*[1] 15 sarcinam *O* 17 si tondae *LM* docimentum *O* 19 uel cara uel *M* 20 praemio] precio *M* 22 h[unc] mundo[ũ] *M* 23 immutentur *F*, imitentur *U* 24 namq. *O*, nam ea quae *M* 25 aufere *L* nostram *om. M* 26 ea *om. M*

opus beato mercimonii genere uertentes non modo nobiscum efferimus, sed ante nos etiam in sinum domini seminata praemittimus.

10. Vnde praescriptum arbitror, ut piger operarius non edat panem, non uidelicet istum pereuntis cibi panem, sed illum quo uiuitur in ueram uitam, quia unusquisque, sicut scriptum est, de fructibus suis manducabit et in operibus suis uiuet, ac perinde suum cuique opus panis est et panis uerus ac uiuus Christus est, quem non potest manducare piger operarius, quia idem est pascha nostrum, quod expediti atque praecincti et firmiter calciati nec depositis a manu baculis, id est operibus quibus nitimur numquam remissis, cum omni festinantia edere praecipimur, quia tempus breue est et expedit nobis sine cura esse, sicut apostolus suadet, propter instantem necessitatem, ut inueniamur parati et pulsanti domino non timeamus aperire de conscientia somni aut neglegentiae digna metuentes. quod quidem nobis nihil proderit nihilominus extrahendis et ad mortem quidem post mortem, ut iustas neglegentiae atque inpietatis poenas luamus, si alieno potius quam nostro domino deseruientes deprehendamur saeculi magis quam Christi negotiis occupati pulsantique domino non aperiamus et ad patrem ducamur inuiti. propterea praedicitur nobis, ut pro hac, id est anima, laboremus et oremus in tempore oportuno, hoc est praesenti, in cuius spatium ideo inducimur, ut ueram uitam ista breui et transeunte quaeramus. huius uitae campus et ager mundus iste est uel homo ipse, qui in hunc mundum mittitur, de quo unus adsumitur, cum, ut supra diximus, carne spiritui subiugata duo unum fecerit, quia et in

2] (Gal. 6, 8). 4] (II Thess. 3, 10). 6] (Ps. 127, 2). 8] (Ioh. 6, 35). 11] (Ex. 12, 11). 13] I Cor. 7, 26, 29 et 32. 15] (Luc. 12, 36). 23] Ps. 31, 6. 25] (I Tim. 6, 19). 26] Matth. 13, 38. 27] Matth. 24, 40.

1 uertentes *ex* utentes *F m. 2* 6 uera uita *LM* quia *Ov*, qua *cet.* 8 proinde *FP*[a] 11 caltiati *O*, calceati *PU* nec *LMO*, non *FPU* 16 negliĕtie *F* 17 nihil minus *O* 19 impietis *O* 20 magis scl̄i *M* 21 pulsantiqueque *F* 23 opportuno *PU* 25 ista tam *LM* 26 iste mundus *FPU* est iste *M* 27 de] deo *O*

unoquoque nostrum secundum apostolum duae mentes et duae leges sunt, quibus intra nos molentibus aut acceptabilis deo aut refutabilis similago conficitur.

11. Te uero uicta lege membrorum et exteriore corrupto puram conspersionem parare et sine fermento azymum Christo confici eloquia tua tam facunda quam casta testantur. neque enim tibi donatum fuisset enarrare Martinum, nisi dignum os tuum sacris laudibus mundo corde fecisses. benedictus igitur tu homo domino, qui tanti sacerdotis et manifestissimi confessoris historiam tam digno sermone quam iusto affectu percensuisti. beatus et ille pro meritis, qui dignum fide et uita sua meruit historicum, qui et ad diuinam gloriam suis meritis et ad humanam memoriam tuis litteris consecratur. haec quoque uerba tua uellera sunt et dominum Iesum gratissimo tegmine cooperiunt, cuius ** supellectili pulchra ambiunt et ingenii tui floribus comunt. uestiet ille te uicissim agnus de suo uellere in retributionis die, mortale tuum de sua inmortalitate superinduens.

12. Tu tantum nostri memento et nos respice, non retro spectans sed amici memor. certum est enim, quia agricola sollertior fructus habeas largiores et pernicior cursor tarditatem nostram ad brauium supernae uocationis anteuoles. infirmior etenim mente quam corpore longo te interuallo sequor, spatio tamen tantum a te, non itinere separatus, et eandem molam aegra et inpari manu uerto, pistrino socius, fruge deterior, quia tritico mixta zizania molo. quae ut tota uertantur in frugem, orationibus tuis egeo, quibus spero euadere et di-

1] (Gal. 5, 17). 4] (Rom. 7, 23). 5] (I Cor. 5, 7). 17] (I Cor. 15, 54). 19] (Luc. 9, 62). 22] Phil. 3, 14. 26] (Matth. 13, 25).

2 acceptabil$\overset{i}{e}$s *O* 4 corrupta *L*, corruptela *M* 5 parari *FPU* azimum *ω* 6 fieri *FPU* facunda *O*, fecunda *cet.* 7 narrare *FPU* 15 corpus *uel ut Sacch. uoluit* membra *intercidisse uidetur* suppelectilis *M*, supellectil·*L* pulchra *Ov*, fulcra *MU*, fulchra *FLP* ingeni *O* 17 superinducens *FPU* 21 pernicior *Mv*, pernitior *cet.* cursu *FPU* 22 supernae ad bravium *U* 23 enim *M* 24 te] et *U* seperatus *F* 25 aegra] erga *FU* pristino *F* 26 mixto *LM* 27 ego *F* et *om.* *M*

uitias et paupertatem meam, quia utrumque mihi in malum est, cum sim iustitiae pauper et peccati diues. nam uere me diuitem boni crederem, si ita iam pauper essem, ut putas. in quo tamen de uerbis tuis te paulisper excutiam, quibus a te ipse discordas. etsi non meas uirtutes in me praedicaueris, tamen qui alienas licet mihi uerbis tuis donandas putasti, quomodo conuenit, ut idem tu paupertatem, quam te admirari profiteris, horrere fatearis? si credas hanc mihi donatam esse uirtutem, quam te uelle nec posse adsequi confiteris, ut habens uictum et uestimentum hoc contentus sim, nihil ultra diem cogitem, cur uel me inopiae necessitate superandum putas, ut te, quem non desiderare non possum, inuitare desistam, aut te tam infirmum diffidentemque Christo prodis, ut timeas ad huiusmodi qualem praedicas amicum uenire, si in ueritate sequeris illum qui dixit: tolle crucem tuam et ueni, sequere me? quomodo aliter putas Christum sequendum nisi lege qua docuit et forma quam praetulit? qui cum in sua uenisset, reclinandi tamen capitis locum inter sua iura non habuit.

13. Imitare imitatorem Christi, ut mortuus uiuas crucifigens te mundo et tibi mundum, cotidie moriens per fidem uerbi et uiuens in uerbo fidei. non enim in pane solo uiuit homo, praesertim Christianus, de quo proprie scriptum est: quia ex fide uiuit. numquid dixit: ex pane? quid igitur a me famem metuis, si fidem habes? panis tuus tecum est. si uerbo dei pasceris, non desiderabis escam uentris; deus enim et hunc et illam destruet, dum se aedificat in nobis, si nos in ipsius caritate fundati consistamus neque domum nostram in diffidentiae fluctuantis harena locemus. nonne illi credidimus

9] I Tim. 6, 8. 10] (Matth. 6, 34). 15] Luc. 9, 23; Matth. 19, 21. 18] (Matth. 8, 20). 22] Deut. 8, 3; Matth. 4, 4. 23] Gal. 3, 12. 26] I Cor. 6, 13. 27] (Eph. 3, 17). 29] (Matth. 7, 26; Luc. 6, 49).

1 in] ut *U* 5 me in *L* praedicaueris in me *M* 6 qui *F*, quia *cet. v* 8 credes *O* 10 uestitum *LMU* contemptus *O* 12 inuitare *Ov*, imitare *LPU*, imitari *FM* 13 te *Rosw.*, *om.* *ω* defidentemque *FPU* ad] ab *O* 17 docuit *Ov*, uoluit *cet.* 18 inclinandi *FPU* iura *om. v* 22 solo pane *LM* 23 est *om. F* 24 dixi *U* 29 indeficientie *F* fluctuantes *O* credimus *LM*

et in illum ambo iurauimus, qui dixit: nolite cogitare in crastinum; sufficit enim diei malitia sua; quaerite primum regnum et iustitiam, et haec omnia adponentur uobis? huic si credis, quid de eius fratris inopia famem metuis, quem scis huius uerbi securitate paupertatem diuitiis praetulisse? an magis abundare credis istum qui terrae quam qui deo credit? et qui propria quam qui diuina pascitur cura? quid ille miser habeat, qui se non habet? non enim se habet qui plus de se quam de deo sperat uereque est mortuus qui non uiuere timet, si totum de se deo credat deoque permittat. opto igitur ut tuae potius comitatis hic iocus quam infirmitatis fides fuerit, quod scripsisti credere te ita me futurum breui pauperem, ut ulterius non auderem inuitare te. fateor nihil me praeoptare tantae libertatis bono, siquidem tam intima circumcisio plena perfectio sit. sed tamen si tibi uera in Christo fides, uera uirtutum in homine caelestium admiratio et hominis in deo uiuentis aemulatio est, quomodo non eo magis me expeteres, quo perfectiorem esse audires, nisi si aperte non credere corde quod ore profiteris confitereris? sed in me peccatorem fugere, non pauperem Martini beatissimi frequentator argueris, quem certe numquam desiderasses, si cibis corporis esurire timuisses.

14. Ego certe, quia necesse est in operis spiritalis profectu caritas maxime, quae plenitudo legis est, proficiat, sicut desiderare te, ita et inuitare non desinam. ueni ad nos et si potes, aduola. nihil habemus nisi Christum, et uide, si nihil habeamus qui omnia habentem habemus. Ebromagum enim non hortuli causa, ut scribis, reliquimus, sed paradisi illum

1] Matth. 6, 34. 33; Luc. 12, 31. 18] (Rom. 10, 10). 23] Rom. 13, 10.

1 illum *Ov*, illo *cet.* 2 primum *Ov, om. cet.* 3 regnum dei *v* iustitiam eius *F¹Mv* 4 si *om. O* 6 abondare *P* istum] illum *LMv* 8 qui] si *LM* 9 uereq// (q; *in ras.*) *L* est *om. FLPU* mortuus est *M* 10 de *om. LM* deque *F* 13 non non *M* ausim *FPU* 15 sit] est *F* si] sit *FPU* si tibi *om. M* 17 non ideo me magis *M* expectes *U* 18 perfectionem *O* si *om. FMPU* 19 confiteris *U* confitereris *post* aperte *l. 18 exh. M* 20 martyni *O* 22 ergo *O* spiritalibus *U¹*, spũalis *M* 23 $^{\text{ut}}$ karitas *M* legis plenitudo *FPU* 26 habemus *FPU* 27 causa ut scribis causa ut scribis *F* relinquimus *FPU* illum *om. LM*

hortum praetulimus et patrimonio et patriae, quia illic magis domus uera, ubi aeterna, ibi uerius patria, ubi originalis terra et principalis habitatio. nam si credis propitio Christo, propter quem si nihil habeamus, in ipso omnia possidemus, nunc in ista spinarum et laborum humo ne in hortuli quidem glebula nos terrae limus tenet. sed utinam ita nullus a peccato nobis puluis haereret! tu si hoc bonum ita credis, ut praedicas, et in eo me esse credis, ut te credere scribis, et segnius me desideras: iam non in me peccatorem semper et semper indignum conspectu tuo, sed in dominum ipsum committis, si putas tum demum defuturam nobis uitae mortalis alimoniam, cum nobis coeperit deus esse possessio.

## XII.

SANCTO ET MERITO VENERABILI AC DILECTISSIMO AMANDO PAVLINVS.

1. Fateor mirari me sanctam caritatis tuae benignitatem et patientiam, ut de epistolis, quas ad te loquacissimas et pleniores molestiae quam gratiae facere soleo, tu tamen desiderium sermonis mei potius quam taedium capias, quandoquidem ad adsiduas et prolixiores litteras me lacessis et excitas gratia scriptorum tuorum, in quibus caritas de corde puro et fide non ficta in azymis ueritatis sincerum loquitur affectum ac uicissim meum ab intima mente sollicitat. quid igitur faciam? obtemperabo tibi copia litterarum? sed bonorum meorum

4] (I Cor. 6, 10). 12] (Ps. 15, 5). 21] I Tim. 1, 5. 22] I Cor. 5, 8. 24] Ps. 15, 2.

1 illic (ic *ex* e *m. 1*) *L* 2 terrae *O* 3 nam si — *l. 4* possidemus *om. O* 4 nichil *LM,* nil *v* 8 signius *O* 10 deum *FPU* committe *O* tunc *M* 12 deus coeperit *F* possessio] uale *add. FP²U.* — explic̄ *L,* explicit epistola quarta *F,* finit ad seuerum quinta *O.*

*FLMPOU.* — epistola eiusdem ad eundem ·XIIII· *L,* ad eundem ·XXII· *M,* incipit ·II· *O,* Ad eundem ·II· *P,* epistola sancti paulini episcopi ad amandum presbiterum, ubi de gratia dei sermonem intexens longa et lucida disputatione prosequitur *U* 15 Paulinus salutem *F*

19 sermones (i *supra* e) *O* 22 azimis *ω* sinceritatis uerum *M*

non indiges, et me aequius est a te locupletari, quia diues pauperi conferre debet, ut fiat aequalitas. an uero magis consulam utilitati meae et ponam ori meo custodiam, ut periculum peccati, quod de multiloquio paratur, effugiam? sed et metuo rursus, ne inoboedientiae reus statuar et forte grauius offendam, si in te deliquero non obtemperans, quam si pro me timuero non scribens.

2. Det igitur mihi dominus a domino oris adapertionem ad te et praetendat pedibus meis lucernam uerbi sui, ut nox insipientiae meae sicut dies inluminetur. soluat linguam meam in uerbum bonum, qui et asinae os in sermonem laxauit humanum. sum enim et ego unus de lapidibus uel iumentis illis, quorum praefiguratione asina tunc locuta est, mutam gentilis duritiae stoliditatisque naturam solutis deo linguis significans locuturam. ac, si placet, de hac ipsa dei gratia textum epistolae porrigamus, quia omnis nostra narratio in praeceptis et laudibus altissimi occupata esse debet, illi omne quod loquimur, omne quod uiuimus cum perpetua gratiarum actione dependi, cuius opere ac munere loquimur et uiuimus. ipse enim fecit nos, et non ipsi nos. ipse, inquam, dominus fecit nos, qui etiam reficit, iam ab initio per omnia quae operatus est et locutus in sanctis suis salutis nostrae id est reparationis humanae sacramenta molitus. nam iustum Abel ilico reparauit sancta generatio in Seth, qui ore consimili formatum ad imaginem dei retulit patrem. inde per ceteros a primo fonte decurrens permanauit uena iustitiae, et quamuis interueniente diluuio in uno quidem attamen iusto uniuersitatis peremptae

2] II Cor. 8, 14. 3] Ps. 38, 2. 4] (Prou. 10, 19). 8] (Eph. 6, 19). 9] (Ps. 118, 105). (Ps. 138, 12). 11] (Num. 22, 28). 14] (Luc. 19, 40). 19] Ps. 99, 3. 23] (Gen. 4, 25). 27] (Gen. 6, 8. 7, 1; II Pet. 2, 5).

3 meo *om. Lebrun* 4 de] in *F* sed et *Ov*, sed *cet.* 5 statur *L* *post.* et] ac *FPU* 8 a domino *om. FU et spat. uac. rel. P* 9 ut] et *F* 12 unum *F* 14 duritiam *P*[1] stoliditatis quae *O* 15 locutura *O* ac] hac *FPU* 18 actione *om. U* dependi[ens] ([ens] *m. 2*) *M* 19 ope *M* ipse *om. F* 21 refecit *v* 23 mollitus *F* abel *O*, abel// *M*, abelum *cet.* 24 conformatum *F*, signatum *U* 25 prima *FPU* decurrens *om. LM* 26 manauit *LM*

seminarium stetit, iam tunc operante mysterio unici redemptoris, ut per unum reconciliatio proueniret, quia per multos offensa uenisset. sed iterum generis humani processu relabente iustitia et crescentibus simul gentibus atque criminibus, ne rursus iniquitas hominum generis mereretur interitum, rursus electus qui pater fidei uocaretur, a quo et promissio regni et regis aeterni semen emergeret. quod multiplicatum fide gentium Christus inpleuit, qui patriarchis uisus, per legem praeformatus, per prophetas praelocutus et ipse adfuit, ut adinpleret legem et prophetas et quam lex operibus non ualuerat conferre medicinam gratia daret.

3. Iam enim corpus omne, id est uniuersum genus hominum ita peruaserat peccatum, ut neque malagma debilibus et sauciis nec ligatura prodesset; corroborata etenim uitiorum ualitudine omnem humanae opis medelam fortior remediis morbus excluserat, et ideo uenit qui et uenturus est, conformatus corpori humilitatis nostrae, ut nos conformaret corpori gloriae suae, quia nemo nisi artifex operis sui potens est et figulo tantum in argillam suam ius est. ita dominus omnium, qui omnes fecerat, dignatus est ad nostra descendere nosque suscipere in corpore suo, ut reficeret eadem arte uel potestate qua fecerat. uenit autem non in sublimitate domini, quod erat, sed in forma serui, quod non erat. factus est ut homo sine adiutorio, qui est dei uirtus et dominus exercituum, adiutor et protector omnium. pro liberandis est mortuus qui erat inter mortuos liber. inter iniquos deputatus est qui iustificat inpium per fidem. sicut ouis ad interfectionem ductus

7] (Gen. 15, 13; Rom. 4, 11; Gal. 3, 7; Iac. 2, 21; Matth. 5, 17; Ioh. 1, 17). 13] (Sap. 16, 12). 17] (Apoc. 1, 4; Phil. 3, 21). 18] (Sap. 15, 7; Eccli. 33, 13; Hier. 18, 6; Rom. 9, 21). 22] (Phil. 2, 7). 23] Ps. 87, 5. 6. 27] Es. 53, 7. 12; I Pet. 2, 24; Ioh. 1, 29.

2 perueniret *F* 6 electus *OUv*, electus est *cet.* 7 multiplicandum *M* 8 patriarces *O* 9 profetas *O* impleret *FPU* 12 hominum *Ov*, humanum *cet.* 13 peccatis *FPU* nec *F* malagina *FU* 14 neque *PUv* glegatura *O* 15 operis *U* medellam *P* 16 *post.* et *om.* 19 uis *F* omnes] omnia *FPU* 20 facerat *O*[1] nostram *O* nosq; *L* 21 uel] ac *M* 22 sublitate *U* 23 ut] sicut *LM* 24 qui// *L*

est agnus ille, qui tollit peccata mundi. passus est mortem qui donat aeternitatem.

4. Sed in causa tanti huius consilii et muneris animaduertere ipsius lumen est, qui nos inluminat a montibus aeternis, in quos oculis adleuatis uideamus isdem nos quibus perieramus itineribus inuentos rursus ex arbore, rursus ex uirgine, sed non rursus superbia praecipitandi, uerum e contrario humilitate redituri. nam idcirco rex gloriae et dominus maiestatis exinaniuit se formam serui accipiens et inuisibilem magnitudinem suam uisibili abiectione contexit, ut nos ueteri illo male conceptae adrogantiae morbo foris altos, intus obtritos in formam sublimitatis suae per formulam nostrae in se humilitatis attolleret. in hoc enim operatus est et operatur cotidie bonus dominus, ut diuinae conformationis gloriam consequamur, si nostrae in Christo conformationis exemplum sequamur, cognoscentes in altissimi moderamine temperatum naturae nostrae modum, ut supra nos ipsius gratia prouehamur, si iuxta nos nostri memores ambulemus. ad quam nos mensuram propheticus ille de numeris sermo conponit, qui dicit: non declinabimus dextra neque sinistra, sed regali uia ibimus. quod nobis Christus est, mediator dei et hominum, inter diuina et humana nos temperans et ad regnum suum regali uia ducens, ut corde humiles, opere sublimes, a sinistris id est peccatis, quae in mortem trahunt, adleuemur et a dextris nimiis id est praesumptione superba humilitatis lege reuocati teneamus salubrem mediocritatem, ne aut oculos nostros declinantes in terram conparemur iumentis, quibus non est intellectus, aut altiora nobis scrutantes euanescamus in cogita-

4] Ps. 75, 5. 8] Phil. 2, 7. 19] Num. 21, 22; Deut. 2, 27. 26] (Ps. 16, 11). 27] Ps. 31, 9. 28] (Eccli. 3, 22).

3 numeris *U* 5 hisdem *LMO* 8 iccirco *LP* exanit *L* 10 illi *FPU* 11 male *LPv*, malae *cet.* 12 per *om. U* 14 confirmationis *FOPU* 15 cognosentes *U* 17 proueamur *L* 18 mores *U* profeticus *O* 19 quo *LMv* dicit *scripsi*, dicitur *ω* declinauimus *FOPU* 20 dextera *LM* 21 quod] qui *F* 22 regale *O* 24 quem *O* 25 nimis *FU*, inuiis *v* 26 nostros *om. FPU* 28 altiores $U^1$ scruptantes *U*

tionibus nostris. itaque non alta sapientes sed humilibus consentientes, in mensura qua mensurauit nobis dominus nosmet ipsos metiamur, ut angustemur in nobis et in domino dilatemur, non ut illi sapientes huius saeculi, quorum sapientiam dominus reprobauit ac perdidit et per stultitiam praedicationis exclusit; disputauerunt enim, inquit, ut absconderent laqueos, quia uidelicet in hoc omnis ars philosophorum laborat, ut adsertione fictorum lucem ueritatis obscuret et inanium contentionum laqueis sollicitatas a uero mentes inplicet et ingenii fraude decipiat et fuco sermonis inducat.

5. Sed postquam exortum est lumen in tenebris, misericors et miserator et iustus dominus, frustra posuerunt in caelo os suum, qui etiam terrenarum rerum suaeque naturae nescii scrutantur caeli plagas et deum sine deo quaerunt. ideo defecerunt scrutantes scrutinio, et sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum, quia corripiens sapientes in astutia sua dominus per infantium atque lactantium ora confudit nec in sermone regnum suum sed in uirtute constituit. unde ego quoque minimus omnium minimorum domini exiguorumque tenuissimus et infantium infantissimus audeo in uocem laudis eius erumpere, gratias agens domino altissimo, quoniam mysterium pietatis excelsae, quod in thesauris sapientiae suae habebat repositum, paruulis suis prompserit et sapientibus mundi absconderit, ne gloriaretur hic mundus in suorum uanitate sapientium, per quam obfusa

1] Rom. 12, 16. 2] II Cor. 10, 13. 3] (II Cor. 6, 11). 5] (I Cor. 1, 21). 6] Ps. 63, 6. 12] Ps. 111, 4. 13] Ps. 72, 9. 15] (Ennius tr. 277 V). 16] Ps. 63, 7. 8. 18] (I Cor. 3, 20; Ps. 8, 3). 19] (I Cor. 4, 20). 25] (Matth. 11, 25).

2 quam *M* deus *M* 3 et *om. FU* 5 ac] et *U* 6 exhausit *O* 7 ars omnis *M* philosoforum *O* 10 fuo (c *m. 2*) *U* 13 dominus et iustus *FPU* 14 cęlo os *O*, columos *U*, caelum os *cet.* 15 inscrutantur *LMOv*, scruptantur *U ut semper* 16 refecerunt *U* scruptineo *U* sagiptae *U* 18 corripuit *FPU* astutiam suam *F* atque] et *F* 19 lactentium *FLMv* confundit *LM* 20 ergo *O* minimorum *in ras. L* 21 et infantium infantissimus *L s. l.* 22 eius *om. v* 24 repositum] absconditum *LM* 25 sapientum *F*

sibi caligine non agnouerat sapientiam dei. pax autem nostra Iesus, qui uenit, ut utraque unum faceret et omnia aequalitate conponeret, destruxit fortia et elegit infirma, spreuit sapientia et adsumpsit stulta, ut fieret aequalitas nemine sibi quicquam proprium uindicante, cum omnem hominem non nisi diuino munere salutis ac sapientiae conpotem necesse esset in domino gloriari. itaque exultemus cum tremore in domino deo nostro, qui est humilis corde et maiestate sublimis, idem sentientes in nobis quod in Christo, qui, ut supra dixi, idcirco nobis salutis gratiam per humilitatis formulam contulit, ut qui exaltationis spiritu cadere merueramus corde humilitatis resurgere disceremus.

6. Quod autem bonus dominus crucifixus est et resurrexit, non solum ad destructionem mortis nostrae et ad reparationem aeternitatis operatus est, sed etiam ad praesentis uitae informationem, qua meritum adquirimus, quo uitae illius in aeternum beatae possessio praeparatur. cruci ergo fixus est dominus quo mysterio pietatis atque consilio? apostolus docet; ut solueret, inquit, parietem ualli interficeretque inimicitias et omnem huius mundi ambitum dispoliaret ac de uniuersa inimici potestate captiuans ipsam captiuitatem triumpharet, in sua carne suscipiens, inquit, similitudinem carnis peccati, non utique similitudinem carnis, quia omnibus deus ueritas et ideo uere et corporaliter uerbum caro factus, sed similitudinem peccati carnis, ut qui peccatum non fecit per suam in-

2] (Eph. 2, 14). 3] I Cor. 1, 27. 4] (II Cor. 8, 14). 7] (I Cor. 1, 31; Ps. 2, 11). 8] (Matth. 11, 29). 9] (Phil. 2, 5). 13] (Rom. 6, 4; I Cor. 6, 14; II Cor. 5, 15; Col. 3, 1). 18] (Eph. 2, 14). 21] (Ps. 67, 19; Eph. 4, 8). Rom. 8, 3. 24] Ioh. 1, 14. Rom. 8, 3. 25] I Ioh. 3, 5.

1 non ignouerat *O* 3 distrux̄ *O*, dextruxit *U* 4 adsumpsit] ellegit *PU*, elegit *F* stultitia *LU* 5 quicquam sibi *F* uindicantem *O* hominem *om. O* 6 necessario *F* 11 cordis humilitate *FPU* 15 operatus] reparatus *U* est *om. F* 19 interficeret *FLU*, interficiens *M* inimicias *L* 20 mundụṃ *O* despoliaret *LM* ac] et *F* 23 in omnibus *FLMU* 24 factum $F^2v$ sed *scripsi*, est sed *M*, sit *LOU*, est sic *F*, eṣṭ sit *P*, est *Mv* similitudinem *O*, in similitudinem *cet.* 25 carnis peccati *M* ut] uidelicet *coni. Sacch.*

uiolabilem inpassibilemque naturam propter nos tamen, ut scriptum est, peccatum faciens, id est peccatorem susceptum in forma serui gerens. factus enim est pro nobis maledictum, ut nos maledicto legis absolueret; de peccato damnauit peccatum, id est peccati materiam, quae adhuc in illa Adae carne uiuebat, in ipsa quam suscipere dignatus est Adae carne uacuauit; ac sic parietem ualli hoc est peccatum, quod inter nos et deum separabat, destruens fecit utraque unum, non solum ut Iudaeorum et gentium fides in Christo coiret, sed ut in unoquoque nostrum, qui crederemus, natura sibi nostra congrueret et discordia, quae prius uersabatur in nobis, cum spiritali affectui carnalis anima repugnaret, pace fidei solueretur. nunc enim bellum illud antiquum, quo lex peccati repugnabat legi dei, aboletur in Christo, cum spiritus deo seruiens subactam sibi animam fide temperat et uicissim animam deo seruientem in omne obsequium caro ministra comitatur.

7. Quam ob rem domini passione et resurrectione non solum ad spem ac fidem ressurrectionis instruimur, ut non sola resolutione carnali, sed et uoluntaria ab hoc saeculo recessione mori nouerimus et moriendo per fidem huic mundo uiuificemur deo. uita enim huius mundi amica mors animae est. ob hoc nobis apostolus dicit: mortificate in terra membra uestra. cotidie se ipse testatur mori, liuidum faciens corpus suum et obliuiscens quae retro sunt atque in priora se porrigens. in quo humilitatem pariter et sublimitatem docet, quia conteri corpus sine humilitatis spiritu non potest nec anima in caelestia surgere nisi mortificatione membrorum.

3] Gal. 3, 13. 4] Rom. 8, 3. 8] Eph. 2, 14. 14] (Rom. 7, 21). 23] Col. 3, 5. 24] I Cor. 9, 27. 25] Phil. 3, 13.

2 faciens] factus *Schot.*, se faciens *coni. Sacch.* peccatum (um *corr. L*) *LO*[1] 3 factum *FPU* est enim *FLM* 4 de maledicto *M* 5 peccati *om. LM* 7 uacauit *O* 8 dñm *O* 10 ut *om. FPU* 11 uersebatur *U* 12 affectu *UO* anima[illegible] *L* 14 lec *U* lege *F* aboleretur *F* cuius *FPU* 17 comittatur *FP*, com̃ictatur *U* 18 resurresione *U et infra* 19 instruimur sed et informamur *fort.* ut *Ov*, sed ut *cet.* resolutione] resurrectione *FLM* 20 et *om. FLU* 22 animę nr̃ę *(sed nr̃ę m. 2 del.) M* 24 cotidie *O*, et quotidie *cet.* liuidum] nudum *FPU*

attamen et ipsius nobis humilitatis seruanda mensura est, ut non nisi timore diuino humiliemur uni domino: dominum enim deum tuum adorabis et ipsi soli seruies, cui seruire libertas est. nemini enim subiectus est qui se soli deo subiecit, at contra omnibus infimis uel spiritibus uel aliis creaturis uel suis uitiis et cupiditatibus seruit qui uult liber esse iustitiae. est autem et sancta superbia et humilitas iniqua; nam et iustificatur superbia, quae huic mundo superbit et contemnit hoc saeculum omnibusque magnis eius et dulcibus ac speciosis abutitur, intenta caelestibus rebus et praeceptis subiecta diuinis. contra autem illa humilitas condemnatur, quae non ex fide sed ex ignauia mentis hominibus adducitur et humanam gratiam magis quam suam salutem curat, mendacii famula, ueritatis inimica, libertatis expers, iniquitati obnoxia, miscens aqua uinum, id est ueritatis merum aquoso adulationis eneruans. in huiusmodi humilitatem specialiter mihi uidetur uox illa contendi, quae denuntiat: uae dicentibus malo bonum et dulce amaris et iniustis iustitiam praedicantibus, quos et per Salomonem, sicut nosti, ueritas execratur.

8. Bene autem nos breui psalmo sed pleno magisterio beatus psalmista conformat ad nostri moderaminis temperamentum, cum precibus suis praetendit meritum humilitatis, dicens: domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me. et deinde qui se pro cordis humilitate respici depoposcerat dicit: si non humiliter sentiebam, sed

2] Deut. 6, 13 et 10, 20; Matth. 4, 7; Luc. 4, 8. 4] (Rom. 8, 20). 15] (Es. 1, 22). 17] Es. 5, 20. 19] (Eccli. 19, 23). 22] Ps. 130, 1. 26] Ps. 130, 2.

1 humilitate *U* 3 deum *om.* *F* ipsi] illi *LM* 4 nemini] non *FPU* 5 at *Ov*, ut *cet.* infimus *FU* aliis *om.* *M* 6 esse liber *M* 7 *pr.* et *om.* *F* 9 seculum hoc *F* 10 abutitur[illegible] *L* 12 ex ignauia] exi$^{uia}$gua *F* 14 familia *U* 15 aqua uinum *v*, aqua uino *O*, aquam uino *cet.* aquoso] aquis *Ov* adultationis *F* 16 inerbans *O* 17 malum $FP^2U$ 18 amarum $FP^2U$ iniustitiam $FP^2U$ 19 per] super *L* 20 nobis *LM* 21 conformans $P^1$ ad *exp.* *M* 22 humiltatis *F* 26 deposcerat *F*, depopescerat $L^1$ si *om.* *FPU*

exaltaui animam meam; sicut ablactatum super matrem suam, ita retribues in animam meam. ideo retributionem postulat, quia non humiliter senserit, sed animam suam exaltauerit. nonne uidebitur discordare sibi prophetae sententia, nisi ita haec discernamus intellectu, sicut in ipsius spiritu et corde, ita ut sibi congruerent, fuere distincta? conuenienter enim et humiliter dictum est timore diuino, qui sacrificium deo, ut ipse testatur, spiritum contribulatum et cor humiliatum offerebat. salua tamen humilitate cordis idem exaltabat animam suam non humiliter sentiens, quia non terrena sapiens deo mentem habebat affixam, unicum bonum ducens deo adhaerere et ponere in deo spem suam. unde et apostolus, qui nos humilitatem docet dicens, ut ea potissimum imitatores Christi esse studeamus, hoc enim, inquit, sentite in uobis, quod et in Christo, qui non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed exinaniuit se formam serui accipiens; idem tamen ad exaltandam animam in superna et diuina nos prouocat, cum dicit: quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera et gloria dei patris.

9. Quamobrem tenentes hanc et humilitatis et exaltationis regulam utrumque hoc, quod in peruersitate, quam supra dixi, peccatum habet, in directione, in qua docemur, gratiam obtinet, suis ordinibus mensurisque teneamus, pietate et humiliantes cor deo et exaltantes animam ad dominum nostrum. nihil nisi illum timeamus, nihil supra illum diligamus. iugo tantum ipsius, quod est suaue, et oneri illius, quod est leue, colla subdamus, ut supra omne potestatis inimicae iugum liberi in caelestia

8] Ps. 50, 19. 11] Ps 72, 28. 14] Phil. 2, 5. 18] Col. 3, 1. 27] (Matth. 11, 29).

1 ablatus *M* matre sua *FLPU* 2 retributio *LM* 6 congruerent *Mv*, congruenter *F*, congruerunt *cet.* 7 quia *FPU* 8 humiliatum contribulatum *U* 10 exaltabam *U* 13 et *om. F* dicens *om. FP²U* 19 dextera et *om. FPU* 20 patis *L* 21 quando rem *U* humilitatem *U¹* 22 qua *Ov* 23 directione (*sed s. l. m. 2* ł discretione) *M*, direptione *L* in qua *Ov*, qua *cet.* 24 suisque *F*, si suis *M* pietate *Ov*, pietatem *cet.* 25 dn̄m̄ *Ov*, deum *cet.* 26 igo *U* 27 honeri *O¹PU* 28 iugnum *U*

subuehamur. nam et ob hoc domini nostri iugum suaue et onus leue est, quia terrenis nos et inferis eleuat et in excelsa regni caelestis attollit. leuitas enim omnis altipeta est et sursum uersus uigore subtilitatis ecfertur.

10. Huic autem gratiae contraria peccati pondera deprimunt et in inferna deducunt, quae quanti sint oneris propheta testatur, cum gemens clamat: superposuerunt iniquitates meae caput meum, et sicut onus graue grauatae sunt super me. sed gratiae domino Iesu deo nostro, qui potens est liberare nos de corpore mortis huius per multitudinem miserationum suarum et diuitias bonitatis suae, quibus superabundat abundantiae peccatorum nostrorum et saluos facit sperantes in se. apud quem credimus quia et orationum tuarum pro nobis agantur excubiae. scimus enim quia a pueritia ipsi militans et sacris litteris enutritus nulla conuersationis terrenae et carneae labe pollutus inuenisti gratiam in conspectu altissimi et pro nobis de silua huius saeculi ad gregem uel ad currum domini sero captis, quoniam multiplicatae sunt iniquitates nostrae super capillos capitis nostri et indigni sumus, quorum nomina diuinis auribus ingerantur, ne forte et labia tua inmunda fiant cum nos nominaueris, et necesse sit os tuum igneo carbone perstringi. potes tamen uel humilitate uel fiducia uatis antiqui dicere: domine, dimitte illis, aut dele me de libro tuo. quod ille diuini conloquii particeps, non salutis suae neglegens nec insolens domino, profundi arte consilii ausus est dicere, ut domino iusto

7] Ps. 37, 5. 9] Rom. 7, 24. 10] Ps. 50, 3. 11] Rom. 2, 4. 12] Ps. 16, 7. 18] Ps. 39, 13. 21] (Es. 6, 5). 23] Ex. 32, 32.

1 subueamur $L^1OU$, inuehamur *F* hoc *s. l. F* *post.* et *om.* *FPU* 2 honus *PU* quia *M*, quia e *v* 3 altipeta *Ov*, altipetax *cet.* 5 contrarie *U* depremunt *O* 6 quam *L* 7 supposuerunt *M* 9 gratias *fort.* 15 ipse ministras $FP^2U$, ipsi instas $P^1$ eruditus *L* 16 carnis $FP^2U$, carne $P^1$ 18 capitis *O* 19 supra *F* uestri *F* 22 necessit *O* constringi *F*, pertingi *coni. Sacch.* 24 quid *O* 25 colloquii diuini *FPU* 26 dn̄ō *Ov*, deo *cet.*

debitum peccatori populo interitum comminanti oblationem suae potius abolitionis opponeret, diuinae uidelicet pietatis iustitiaeque securus, ut parceret et iniustis misericordia domini, dum iustum non potest delere iustitia.

11. Hac et pro nobis dominum altissimum conditione constringe, ut dum eximere te libro suo non potest, per obtentum iusti sui recipiat iniustos. nam quia maior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo, ideo fortior est iustitia pro peccatoribus defendendis quam iniquitas aduersus patrocinia sanctorum. uellem quantum in me est adhuc prorogare sermonem, nisi et carta deficiens et metus fatigationis tuae cogeret uerbis modum poni et epistolam terminari. tu in omnibus indulge temeritati meae et responde mihi, ut consoler et instruar litteris tuis.

12. Nunc Sanemarium portitorem huius epistolae commendamus specialiter unanimitati tuae, ut, sicut rogauimus sanctum episcopum et patrem nostrum, ita ordinetur a uobis. conseruum enim eum data in domino libertate reddidimus; sed uobis in domo domini seruiat delegatis ad parentum nostrorum memoriam obsequiis, ut per religiosam seruitutem obtinere firmam libertatem sub uestra defensione mereatur. age et apud sanctum presbyterum fratrem Exsuperium, ut in casa ecclesiae terrulam, qua uictum suum procuret, accipiat. praeterea rogo, ut epistolam meam ad filium nostrum Daducium, etiamsi in Galliis agit, sine ulla dilatione facias ab episcopo transmitti per conseruum fidelem et inpigrum. si clericum forte noluerit occupari, unum de Alingonensibus dignamini mittere cum epistolis uestris, quibus litterae nostrae iuuentur; dignam enim

7] I Ioh. 4, 4.

2 iusticię pietatisque *M* 5 condicione *LP* 6 eximeret e *PU*, eximeret de *F* te *om.* *FPU* optentum *O* 10 prolongare *LM* 11 deficies *F* metu *O* 12 imponi *F* 13 *pr.* et *om.* *U* consuler *LM* 15 sanemarium *O*, sane Marium *v*, sanenarium *cet.* 16 unamitati *O* 18 meum *FOPUv* 19 deligatis *FPU* 22 exuperium *FMPUv* in *om.* *U* causa *F* 23 terulam $L^1$ 24 $\overset{\text{meam}}{\text{nostram}}$ ($^{\text{meam}}$ *m. 2*) *M* 25 gallias *FU* egit $F^1$ 27 aligonensibus *FU*, alinguanensibus *Ov*, ligonensibus *LM* dignemini *LMv* 28 uestrae *FU*

interuentu uestro causam ex epistola mea, quam ad eum feci, cognoscetis. inprimis autem celeritate agendi opus est, ut sanctissimus presbyter, qui et uita et aetate uenerabilis uim, qualem exposui, sustinet, quam primum ab alienarum aedium exilio liberetur.

## XIII.

DILECTISSIMO FRATRI MERITO PRAEDICABILI ET VENERANTISSIMO PAMMACHIO PAVLINVS.

1. Vt hactenus tacendi tempus congrua humilitate seruaui, ita nunc debita caritate loquendi tempus agnoui, frater in Christo domino uenerabilis et dilectissime. scriptis enim sancti uiri fratris nostri Olympi, communis unanimi, nuper accepi tam inopinatum mihi quam inoptatum tui maeroris indicium, in quo meae tibi tristitiae consortium et uocis officium dein defore, ut sileant priuati amoris affectus, sed caritas Christi domini et dei nostri, quia in ipso nobis et per ipsum ut unius corporis membra conectimur, non permisit. ipse enim dominus deus noster uitae nobis pariter et pietatis magister per illud caeleste uas electionis suae docuit gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus uicissimque nobis conpati et inuicem onera nostra portare, ut mutuis consolationibus roboraremus communem fidem et fatigata pectora foueremus. cui muneri deus tantum dedit, ut eo functum magnae ciuitatis instar amplificandum promiserit, enuntians per prophetam, quia frater fratrem adiuuans exaltabitur sicut ciuitas magna; uidelicet quod munimentum animae dimi-

9] (Eccle. 3, 7). 19] Rom. 12, 15. 25] Prou. 18, 19.

4 quale *O* 5 liberetur] uale *add. F,* et uale *add. P*²*U.* — explicit *L,* finit ad amandum II · *O,* explicit epła XVII · *F,* ad eamdem $\overset{\tau}{\text{uia}}$ *U.*
*FLMOPU.* — ad pamachium senatorem consolatoria · XLII · *M,* epistola paulini ad pammachium *O* domino merito praedicabili et honorando fratri pammachio paulinus *M* 9 ut hactenus — *c. 10, p. 92, 1* tristitia *om. FLPU,* — *p. 92, 7* absorbeatur sed *om. M* 12 olympi *v,* olimpi *O* 16 nos *fort. post.* et *v, om. O* 17 enim *O,* enim nos *v* 20 uicissimque *v,* $\overset{\text{sim}}{\text{uicisq;q;}}$ (sim *add. et alt.* q *exp. m. 2*) *O* 24 profetam *O*

canti fraterna conpassio ferat uariisque mentis adflictae pulsibus quasi murus obsistat.

2. Sed si forte id ipsum culpae magis quam gratiae iudicetur, quod tardius fungar officio caritatis, credas uelim ilico, ut agnouerim, scripsisse me. neque uidear de neglegentia tui serus audisse, cum ipsa me et loci remotio et propositi ratio defendat, quo secretus ac tacitus agens neque uidere nisi raros praetereuntium possum neque interrogare de sanctis fratribus ni caros uolo; semper tamen et in meo silentio tui memor, nunc ut caritas postulare uisa est, opertum pectore affectum reclusi et per has ad te litteras prompsi, quibus ad sanctam mihi unanimitatem tuam qua potui uia profectus sum, quia non potui isdem corpus et animum meum finibus continere, cum caro, ut semper, infirma per hiemem longius commoueri negaret et qui semper est promptior spiritus feruentibus ad te desideriis euolaret, ut quem corpore non tenebam mente conplecterer. cucurri igitur in siti desideriorum ad te, mi frater in Christo unanime atque uenerabilis, et si me uicissim intueris animo, tecum esse me totum uidebis et senties. nam si uerum illud est sensu nos potius uidere et audire, certe adsum tibi et potiore mei parte, qui animo ad te uenerim, quo nisi adsimus, ubi et corpore intersumus, praesentiam non probamus, uacua nostri imagine mentis absentia. quamobrem signatum amicitiae munus inpendi aptumque nostra fide feci, ut te spiritali aditu uisitarem. hanc de te inuicem gratiam quaeso merear, ut tu quoque me interioribus uidens oculis tamquam adstantem comminus et coram loquentem et coanhelantem anxietudini tuae de necessitate communi uel patientiae congratulantem de spe fidei in hoc sermone suscipias pariter atque conspicias. sermo enim uiri mentis est speculum. nam et ipse dei sermo confirmat, quia e x a b u n d a n t i a c o r d i s o s l o q u i t u r, e t t h e s a u r u s p e c t o r i s publi-

14] (Matth. 26, 41). 17] (Ps. 61, 5). 31] Matth. 12, 34; Luc. 6, 45.

9 ni *O*, nisi *v* 12 unanitatem *O* 13 hisdem *O*, idem *v* 19 esse me totum *v*, essem. et totum *O*, esse memet totum *fort.* 20 sensu] animo quam sensu *coni. Sacch.* 22 qui *scripsi*, quo *O*, quũ *v* et *O*, etiam *v* 24 aptum quae *O*, dignumque *v*

catur eloquio. ob hoc in ueritate, qua stamus in Christo, expressum his tibi litteris animum meum suscipe, nec uolo amicitiam nostram tempore metiaris. non enim haec ut saecularis est, quae spe saepius quam fide paritur, sed spiritalis illa, quae deo auctore generatur et arcana spirituum germanitate coalescit. quo fit, ut non diuturnitatis usu crescat ad amorem neque documenti expectatione pendeat, sed, ut filia ueritatis dignum est, statim firma et magna nascatur, quia de pleno incipit orta per Christum.

3. Hac igitur te caritate conplexus ita ueneror ut membrum Christi, ita diligo ut commune membrum meum. quomodo enim non una mens, quibus una fides? quomodo non unus animus, quibus unus deus? ac per hoc quomodo diuersum pectus sit in affectione tolerandi, quibus corpus unum est in conpage credendi? uere dico, non mentior, dum animi tui motus cogito, mea quoque viscera sentio suspiriis tuis duci et ut uere socialia membra uulneris tui dolore configi, quamquam me non minus prudentiae et fidei tuae reputatio reficiat quam afficit cura maeroris. denique addubitasse me fateor, utrum maesta pro meo affectu tibi an potius gratulantia pro tua fide uerba praeberem. nam ut euocationem ad deum sanctae sororis meae, ita deuotionem pietatis in Christo tuae pariter audiui, isto etiam patre familias, per quem scripsi, indicante prudentiam et sanctitatem uerae in coniugem caritatis tuae, quam non uacuam fletibus, ut maxima pars mortalium, neque uano, ut spei nostrae expertes solent, pomparum inanium honore comitatus es, sed remediis salutaribus et uiuis operibus hoc est eleemosynis prosecutus, debito ordine primum caro funeri iusta persoluens, piis lacrimis et largo caritatis rore perfusus, religiosius exequias honorasti.

4. Itaque istius pietatis in te opus ante laudabo; nam id quoque deo placitum monstrat scriptura diuina, cum dicit:

1 ob *v*, *om.* *O* 4 pariter *O* 5 arcanus *O* 6 ut *O s. l. m. 2* 7 docimenti *O* pendeat *v*, pendat *O* 8 noscatur *Lebrun* 11 communẽ *O* 15 non *O*, et non *v* 18 et *v*, te *O* 19 moeroris *v*, maerori *O* 24 uerae *v*, uere *O* 28 operibus *Chifflet*, opibus *Ov* elimosinis *O* 29 et] ut *fort.* 30 religiosius *Rosw.*, religiosus *Ov*, religiosas *fort.*

fili, produc lacrimas in mortuo, et quasi dira passus incipe plorare et non despicias sepulturam illius. denique patriarchae nostri huius quoque religionis exemplo sunt. nam pater fidei matrem uocationis nostrae Sarram suam fleuit non utique diffidentia recipiendae, sed praegressae desiderio. quomodo enim resurrectioni diffideret fidei pater et repromissionis beatae primus auditor? idem tamen humanitatis memor non spreuit corporis curam propter animae securitatem, sed empto ad sepulchrum agro mortuam suam pretiosa sede conposuit, docens pariter quid sibi istic deberent homines prouidere, cum is, quid ad dei uerbum de terra patriae cognationis exierat nihilque praeterea de peruagatis natione diuersa spatiis comparauerat, omnis terrae aduena, solum tamen agrum sepulchro, id est non temporalem sed aeternam possessionem, nec terram auaritiae sed quietis emisset. Iacob quoque dilectam illam et expectatam Rachel et tumulo celebri honorauit et titulo, ut religiosum et praesenti dolori solueret et posteris testaretur officium. quamquam illum locum titulo mortis uxoriae prophetica mente signauerit prouidens legem ortu euangelico sopiendam. quo mysterio coniunx patriarchae, quae pluribus locis in ecclesiae imaginem uixit, tamen, ut reor, in synagogae typum moritur et partu filium doloris enixa illic, ubi erat uirginis partu legis finis edendus; finis etenim legis Christus. sanctam uero et sanctificatam spem per humandi curam Tobias docet, huius specialiter muneris praerogatiua iustificatus a domino et archangeli uoce laudatus, quod praetulisset prandio suo pauperis sepulturam. neglegens enim uentris quia diligens animae, maluit corpore esurire quam spiritu, ut nobis quoque esset exemplo, quo praeoptemus ieiunare cibo carnis, ut saturitatem animae conferamus. quare bona

1] Eccli. 38, 16. 4] (Gen. 23, 2). 9] (Gen. 23, 9). 11] (Gen. 12, 1). 16] (Gen. 35, 19. 20). 23] Rom. 10, 4. 26] (Tob. 12, 12).

4 Saram *Rosw.* 7 homanitatis *O* 10 istic *scripsi,* isti cui *O,* isti *v,* iusti *coni. Sacch.* 15 emisset *v,* emisisset *O* 16 *pr.* et *O s. l. m. 2 post.* et *v,* e *O* 19 profetica *O* 22 et partu] ex partu *coni. Sacch.* 25 tobis *O,* nos Thobias *v* docet *v,* doces *O*

religio sepulturae. bonae lacrimae caritatis, quibus pater Abraham matrem repromissionis eduxit. bonae lacrimae pietatis, quas Ioseph iustus inpendit patri. bonae et lacrimae orationis, quibus et Dauid stratum suum per singulas noctes rigabat. sed quid sanctorum mortalium praedicem fletus? fleuit et Iesus amicum, hanc etiam passionem de nostra infelicitate dignatus, ut mortuo funderet lacrimas et quem resuscitaturus erat uirtute diuina infirmitate lugeret humana; licet in illo uno totam simul conditionem generis humani misericors et miserator dominus deplorauerit et illis lacrimis, quibus peccata nostra fleuit, et lauerit.

5. Idcirco et tuae, frater, lacrimae sanctae et piae, quia simili affectione manarunt et dignam casti cubilis fleuere consortem non diffidentia resurrectionis, sed desiderio caritatis. mulier enim grata suscitat uiro gloriam, cum tenetur, atque ideo suscitat et desiderium, cum praemittitur. uerum illa, ut fuit semper, ita et erit perpetuum corona uiro suo, et non extinguetur lucerna eius; extendit enim, ut scriptum est, brachia sua ad opera utilia, os suum aperuit prudenter, operata est uiro suo bona. gloria et honore coronauit te, ut iucundaretur tecum in diebus nouissimis, et ob hoc fletu magis digna quam luctu et desideranda potius pertinaciter quam lugenda est. nam ipsa meritorum illius reputatio ut acerbum imperat maerorem superstiti, quia iustus defunctus relinquet paenitentiam, ita et consolationem uberem praestat fideli, quia inmortalitas in memoria iusti, neque tibi, sancte frater, hinc acrior doloris stimulus ingeratur, quod primaeva decessit, quoniam huic ipsi casui solacium praebet sermo diuinus: iustus enim, inquit, si morte praeuentus fuerit, in refrigerio erit.

3] (Gen. 50, 1). 4] (Ps. 6, 7). 5] (Ioh. 11, 35). 15] Prou. 11, 16; Eccli. 26, 16. 17] Sap. 4, 2; Prou. 11, 4. 18] Prou. 31, 19. 19] Prou. 31, 26. 26] Sap. 4, 1. 29] Sap. 4, 7.

1 quibus *O*, in quibus *v* 4 rigebat $O^1$ 7 funderet *O*, infunderet *v* 16 praemittitur *Rosw.*, praemitur *Ov* 17 in perpetuum *v* 20 gloria et honore *v*, gloriam et honorem *O*

6. Sed ne uel inmatura tibi ad obitum fuisse uideatur, eadem tibi sapientia sequentibus uerbis probat anum quoque illam fuisse: senectus, inquit, uenerabilis est non diuturna neque numero annorum conputata. cani sunt enim, inquit, sensus hominibus et aetas senectutis uita inmaculata. quare gratulemur iusto eius accitu et fine maturo, quae etsi adhuc flore annorum uirebat, tamen morum sanctitate canuerat et aetatem puellae stipendiis senectutis ornabat. unde et tibi ipsae, quae acerbant uulnus animi, causae solacium maius adferre possunt, quod tam sanctam feminam, etsi non habes, habueris tamen. commune enim tibi cum omnibus amisisse mortalem, paucis uero tecum meruisse optimam; quo minus miror illam in hoc saeculo non moratam et ad Christum citius accitam; placita enim erat deo anima eius, et idcirco, ut scriptum est, properauit eam de medio iniquitatis educere, ne intellectum nostrum malitia nostra mutaret, quia totus hic mundus, ut scriptum est, in maligno iacet, et conloquia mala plerumque corrumpunt mores bonos, et qui picem tangit, inquinabitur ab ea. quo metu quidam sanctus morae metuens et de tardo sene sollicitus, orat deum ut notum ipsi faciat finem suum et numerum dierum suorum, et quoniam reuelante spiritu, quo prophetabat, agnouit prorogata sibi tempora, ingemit dicens: heu me quod incolatus meus prolongatus est. causam uero gemitus et timoris sui hanc esse testatur, quod habitaret cum tabernaculis Cedar, id est in tenebris istius mundi. nam Cedar Hebraeo idem quod ore Romano uocatur obscuritas.

7. Denique ipse Dauid in duobus filiis diuerso merito sibi amissis mysterium istius ueritatis exercuit, qui filium di-

3] Sap. 4, 8. 9. 14] Sap. 4, 14 et 11. 17] I Ioh. 5, 19. 18] I Cor. 15, 33. 19] Eccli. 13, 1. 21] (Ps. 38, 5). 24] Ps. 119, 5.

2 probat *v*, probatur *O* 3 est *Rosw.*, et *Ov* 7 uirebat *v*, uerebat *O* 9 ipsae *Rosw.*, ipse *Ov* 13 miror *v*, minor *O* 19 pacem *O*[1] 21 sene *Ov*, fine *ed. Grin. in mg.*, seni (*i. e.* senii) *fort.* ipsi *O*, sibi *v* 23 profetabat *O* 26 hałabernaculis *(sic) O*

lectissimum, quem fleuerat aegrotantem, non fleuit amissum, certus infantem ad pacis aeternae beata translatum; at uero idem Abessalon, quem inimicum habuerat, mortuum lamentatus est, quia diuinae iustitiae ut propheta conscius desperauit inpio requiem et resurrectionis bonum sciuit indebitum parricidae. sed tamen idem, ut dixi, paruulo illi suo aegrotanti inpenderat lacrimas et regios cultus atra ueste mutatus, cilicio cinere ieiunio fultus, preces ad deum miserat. postea uero quam filii morbum uitae finis absoluit, quasi deficiente curarum materia hunc sibi lugendi finem fecit, quem paruulus uiuendi acceperat. itaque ut filius corpore, et pater luctu solutus est simulque tristia pectora et uestimenta deponens et cibum sumpsit et cultum resumpsit et squalidum puluere caput deduxit unguento; sciscitantibusque pueris suis, quos obstupefecerat tam inusitatus patriae ordo pietatis, ut qui ante orbitatem luxerat gauderet orbatus, respondit: ego ad illum ibo, ille uero ad me non reuertetur.

8. Satis, ut opinor, docuit rex propheta, quam post nostros sollicitudinem debeamus induere, uidelicet ut de nostro potius itinere, qui sequimur, quam de illorum, qui iam praegressi peruenerint, laboremus. pium est contristari diuulsione carorum, sed sanctum laetificari spe et fide promissionum dei et dicere animae laboranti: quare tristis es, et quare conturbas me? numquid qui dormit non adiciet, ut resurgat? acceptior est autem deo grata laetitia quam diuturna quasi querula tristitia. nam hoc illo Dauitico docemur exemplo, ut inanes lacrimas non effundamus, quae utique superfluo mortuis donantur, nihil conferentes recepto et grauantes relictum. ideo Dauid uiuente filio fleuit, functo gratulatus est, quia spirantis adhuc commeatum poterat precibus et lacrimis inpetrare; accito autem diuinitus iam gratulari debebat, ut

2] (II Reg. 12, 22). 16] II Reg. 12, 23. 23] Ps. 41, 6. 24] Ps. 40, 9.

4 disperauit *O* 8 fultas *ed. Schot.*, fletu *v* 12 tristia *v*, tristitia *O* 14 induxit *fort.* unguento *O* 20 qui *coni. Sacch.*, quo *Ov* 21 deuulsione *O*, de auulsione *v* 25 gratia *O* 26 dauidico *v* 31 debebat *v*, debeat *O*

fecit, quia dubitandum non est melius esse uotis nostris dei placitum.

9. Salua igitur fide pietatis officia pendamus et salua pietate fidei gaudia praeferamus. esto, temporaliter fleat pietas, sed oportet, ut iugiter gaudeat fides; desideremus ut praemissos, sed non desperemus recipiendos. deus enim noster uiuorum est, non mortuorum, et in Christo mortuos dormire apostolus dicit, ut de somno intellegas temporalem esse mortem. dormienti enim consequens est excitari et surgere. quod cum ita sit, geramus in caritate nostrorum familiaris consuetudinis desiderium, sed a fide nostra solacium de fiducia resurrectionis habeamus.

10. His igitur, frater dilectissime, et uerborum et exemplorum caelestium auctoritatibus ut ad pietatem lacrimarum usus es, ita etiam ad earum modum utere. scriptum est enim: omni rei tempus. et tempus plorandi fluxerit, gratulandi modo tempus est, quia dominus prope est; et scriptura diuina, quae producere nos lacrimas quasi euaporando dolore permittit, terminos quoque designato praescribit tempore, cum dicit amaritudinem luctus uno ferendam die. o diuitiae bonitatis dei! quam pia id ipsum sollicitudine nostri cauet! non pietatis propensae inuidus, sed infirmitatis nostrae conscius et omnis inmodici temperator, lacrimas in mortuo produci iubet, amaritudinem uero lugendi uno tantum die claudit, illud porrigi sinens quo relaxatur dolor et anima respirat, istud uero praecidens quod inmoderato et inrationabili cruciatu mentem nostram conficit quodque diutius fragilitas nostra non ualet sustinere. sed hoc plenius ipsa suo uerbo pietas dei explicat; subiecit enim: et consolare mature propter tristitiam. a tristitia enim festinat mors et cooperiet uirtutem; quia tristitia illa tantum salutaris quae secundum deum est; ista autem, ut apostolus ait, quae secundum hominem,

6] Matth. 22, 32. 7] (I Cor. 15, 18; I Thess. 4, 12). 16] Eccle. 3, 1. 20] (Eccli. 38, 16). 29] Eccli. 38, 17. 18.

5 desideremus nostros ut *Rosw.* 16 et] ut *uel* si *fort.* 18 dolori *fort.* 19 terminos *Chiffl.*, termino *Ov* tempora *v* 30 a *v*, *om. O*

hoc est de infirmitate carnalis tristitia, mortem operatur. quod licet auctore diuerso, tamen uno per utrumque sanctorum dei spiritu et uerbo scriptura concinit; mors enim uera uirtutis adopertio est. nam si uirtus dei et uita nostra Christus est, uere dictum uides mortem festinare hoc maerore, quo uirtus operiatur et homo totus quasi quadam inferni uoragine sic grauiore tristitia, ut apostolus ait, absorbeatur. sed deo gratias, quod huius in te laboris et timoris mihi conpendium facit conscientia uirtutis et prudentiae tuae, cuius largius tibi lumen est, quam ut tristitiae tenebris possit operiri; quin potius tua uirtus tristitiam tegit mortemque ipsam et uim noxii maeroris absorbet. non id uerbis meis tibi largior neque coniectura uirtutis tuae loquor; opera tua hoc de te contestantur et me conperta loqui cogunt.

11. Veniam enim iam ad praedicationem operum tuorum et ad pios actus de lacrimarum sanctitate transibo. sua enim cuique parti debita persoluisti, lacrimas corpori fundens, eleemosynam animae infundens. uere conscius ueritatis et filius lucis, ubi mortem sciebas esse, fleuisti; ubi uitam credis, operatus es, uacuis inania, uiuis uiua dependens. itaque patronos animarum nostrarum pauperes, qui tota Roma stipem meritant, multitudinem in aula apostoli congregasti. pulchro equi-

1] II Cor. 7, 10. 6] (I Cor. 1, 24; Ps. 43, 20; Col. 3, 4). 7] II Cor. 2, 7.

1 carnalis est tristitia. Finit epistola ad Pammachium *v* tristitia *et seqq. post uerba epistolae 33* percusso cordis *exh. O* mortem operatur] *incipit FLPU* 2 auctoẽ *P* diuersa $L^1$ per *Ov, om. cet.* 4 uirtus *U,* animae uirtutis *O* adopertio *Rosw.,* operatio *F,* adoperatio *cet.* 6 operatur *U* quidam *L* 7 absorbeatur (tur *corr.*) *L* 8 sed—mihi *om. U* deo] *incipit M* huius in te *om. M* 9 facit// *L* 10 lumen] nomen *LM* operiri] *add. M:* ob communem uidelicet sortem defunctae beatissimae coniugis 11 tristitiam] largior *add. Chifflet* tegit] largior *add. O sed m. 1 exp.* 12 mei *F* 14 testantur *U* 15 iam *om. M* et ad] et *FPU* 16 siccitate *M* (*sed add. m. 1* al sanctitate) 17 elimosinam *PO,* elemosinam *cet.* 19 oratus *O* 21 romae *L* estipem *O,* stipe *L* queritant *M,* mendicant *v* 22 pauperum *fort.* multitudinem *om. M,* multi ut (tu *Sacch.*) diues *Chiffl. et Sacch.* congregasti apostoli *U* pulcro *L,* pulcrum *U,* pulchrum $FP^2$ quidem *FPU, om. M*

dem tanti operis tui spectaculo pascor. uidere enim mihi uideor tota illa religiosa miserandae plebis examina, illos pietatis diuinae alumnos tantis influere penitus agminibus in amplissimam gloriosi Petri basilicam per illam uenerabilem regiam cerula eminus fronte ridentem, ut tota et intra basilicam et pro ianuis atrii et pro gradibus campi spatia coartentur. uideo congregatos ita distincte per accubitus ordinari et profluis omnes saturari cibis, ut ante oculos euangelicae benedictionis ubertas eorumque populorum imago uersetur, quos quinque panibus et duobus piscibus panis ipse uerus et aquae uiuae piscis Christus expleuit, non uisitato more cretura cibis hominum, sed nouo munere iam paratos hominibus cibos gignens, cum operta manus diuino suggestu uisibiles epulas ministraret et in alimenta corporea spiritali fecunditate proflueret, ineffabilibus panis et carnis fontibus in spem ieiunarum adhuc gentium esurientes fidem populos carnaliter satians et spiritaliter inrigans, indeprehensis auctibus comesta subplens, edenda subpeditans et ad morsus edentium fragmina subsiciua depromens, ut inter manus uel in ore sumentium crescentibus cibis sentirent potius escarum suarum copiam quam uiderent morsibus redeunte consumpto et dentibus subeunte sumendo.

12. Ipsius enim domini exemplum in opere eius gerens praecepisti turbam residere in terra; sic enim et Iesus iussit, ut legimus, in terra recumbere. nam in te et ipse dominus erat, sicut est, quia nemo Christi opera sine Christo agit, cuius

10] (Matth. 14, 19; Ioh. 6, 11). 23] (Matth. 14, 19; Marc. 6, 39; Luc. 9, 14; Ioh. 6, 10).

1 spectaculum *FPU* pastor *FPU* enim *exp. F* 2 miserandae] uenerande *F* 3 diuine pietatis $F^1$ 5 reginam *O* cerulea *FMPU* et *om. FPU* 6 coartent *M* 7 distinte *O* accubitus (ac *in ras.*) *L*, acubitus *O* 8 profluuis *O* cibis saturari *U* ut] et *FPU* 10 ipse] iste *F* 11 uisitato $L^1$ cretura *scripsi*, creatura *FOP*, creature *U*, creaturam *LM*, creans *v* cibos *v* 13 operata *L* sub gestu *U* 16 esuriens *LM* 17 indefessis *M* auctibus *O*, actibus *cet.* comixta *O* 18 fracmina *LO* subsiciua *MP*, subsitiua *Ov*, subciciua *F*, subsicina *U*, subsi$^{di}$ciua *L* 20 sentire ut *O* 21 cibo redeunte *M* 23 et *om. LMU* Iesus] dñs *s. l. M* 24 et] ac *M*

munere et benedictione copiosos tibi panes ut accepisti in nomine eius, sicut discipuli ab ipso benedictos acceperant diuidendos, per innumera pauperum ora dimensus es; et manducauerunt et saturati sunt et quod abundauit de panibus tulerunt omnes, unusquisque sportas suas plenas. sed tu omnem redundantiam fragmentorum spiritalium collegisti, de duodecim cophinis apostolicam fidem, de septem sportis gratiam spiritalem, non minus mirabiliter operante in tuis panibus Christo, qui in tuo isto conuiuio panem tuum carnalem in caelestes cibos transtulit et in aeternam tibi saturitatem parauit. recumbes enim iure cum patribus Abraham Isaac et Iacob conuiuio Christi ueste praeditus nuptiali, quia tecum istic in pauperibus suis Christus recumbit, et habet in te filius hominis ubi reclinet caput suum.

13. Iuuat etiam nunc in spectaculo et praedicatione tanti operis inmorari. non enim hominis, sed diuina per hominem opera laudamus. quam laetum deo et sanctis angelis eius de hac tua, ut dici solet, plena spectaculum sacer editor exhibebas! quanto ipsum apostolum adtollebas gaudio, cum totam eius basilicam densis inopum coetibus stipauisses, uel qua sub alto sui culminis mediis ampla laquearibus longum patet et apostolico eminus solio coruscans ingredientium lumina stringit et corda laetificat, uel qua sub eadem mole tectorum geminis utrimque porticibus latera diffundit, quaue praetento, nitens atrium, fusa uestibulo est, ubi cantharum ministra manibus et oribus nostris fluenta ructantem fastigatus solido

5] (Matth. 15, 37; Marc. 8, 8). 11] (Matth. 22, 12; Matth. 8, 11). 13] Matth. 8, 20. 18] (I Cor. 4, 9).

2 ab ipso] *om. P*, eius *FU* benedictus *O* acciperant *O* 3 dimensus *Rosw.*, demensus *ω* 6 reduntiam *O* fracmentorum *LO* 7 chophinis *P*, cophanis *F*, cofinis *U*, cofinus *O* 8 nominus *O* in tuis panibus *om. M* 9 qui *add. Rosw.*, *om. ω* 10 coelestem cibum *U* 11 recumbes *LM*, recumbens *cet.* 12 in conuiuio *LM* 13 ista *FPU* 14 filiis *L* caput suum reclinet *U* 18 plena *ω*, pera *v* 19 totam] tam *FPU* 20 cetibus *FP* stipauissis *O* 21 in longum *LM* et] et in *M* 22 perstringit *M* 23 laetificat corda *U* 25 in nitens *M* atrio *v* cantarum *FLMOPU* ministram *O* 26 fastigiatus *LMv* solio *U*

aere tholus ornat et inumbrat, non sine mystica specie quattuor columnis salientes aquas ambiens. decet enim ingressum ecclesiae talis ornatus, ut quod intus mysterio salutari geritur spectabili pro foribus opere signetur. nam et nostri corporis templum quadriiugo stabilimento una euangelii fides sustinet et, cum ex eo gratia, qua renascimur, fluat et in eo Christus, quo uiuimus, reueletur, profecto nobis in quattuor uitae columnas illic a q u a e s a l i e n t i s i n u i t a m a e t e r n a m f o n s nascitur nosque ab interno rigat et feruet in nobis, si tamen possimus dicere uel sentire mereamur habere nos cor ardens in uia, quod Christo nobiscum inambulante flammatur.

14. Quam laetum ergo tunc deo et angelis pacis et cunctis sanctorum spiritibus spectaculum praebuisti! primo de apostoli ueneratione, cuius fidem ac memoriam tam multiplicata opulentiae deuotione celebrasti, sacras primum hostias, casta libamina, cum acceptissima ipsius commemoratione deo deferens, deinde munificentia consequenti te ipsum in corde mundo et spiritu humiliato acceptissimum sacrificium offerens Christo, in cuius tabernaculis uerae iubilationis hostias inmolasti, reficiens et pascens eos, qui benedictione numerosa laudis hostiam sacrificarent deo. quam bono tunc urbs nostra tumultu fremebat, cum tu misericordiae uiscera reficiendis et operiendis pauperibus effundens pallida esurientium corpora reformares, aridas sitientium fauces rigares, tremula algentium membra uestires et omnium consona in dei benedictionem ora reserares! sed egena corpora fouens redeuntibus in meliorem tui partem ope-

8] Ioh. 4, 14. 10] (Luc. 24, 32). 12] (I Cor. 4, 9). 18] (Ps. 50, 19). 19] (Ps. 26, 6). 20] (Ps. 49, 14).

1 ornat *O*, ordinat *cet.* 2 sallientes *O* 3 salutari misterio *M* 4 speciali *F*, spetiali *PU* 5 quadriugo *FP* 7 quo uiuimus christus *FPU* columnas] liminas *U*, lumnas *FP* 8 illic *M*, illuc *cet.*, ille *v* aq. sallientis *O* 9 nos quoque *FPU* possumus *FOv* 10 nos habere *M* in nos *U* 13 pacis spectaculum *FU* 14 multiplicatam *O* 15 et casta *LM* 16 ipsius acceptissima *FPU* commeratione *P* 19 uere *FLO* reficens *O* 20 eos eos *M* numerosas *L*, munerosas *M* hostiam *O*, hostias *cet.* 21 urbis *U* fremebat tumultu *U* 22 uicera *L* 23 arida *LO* 24 sicitientium *L* 25 et *om.* *FPU* benedictione *FMPU* 26 patrem *U*

ribus tuis retributione diuina tuum potius spiritum saginasti et benedictae coniugis animam refecisti in illam transfundente Christi manu quae tua pauperibus erogabantur, cum in ictu oculi permutata in caelestes cibos carnalis esca transiret. et quantum pecuniae graui dextera geminatis excipientium palmis hilaris dator et infatigabilis distributor infuderas, tantum ilico angelis interuolantibus gremio domini gaudentis inuectum in tricesimos tibi fructus ac reditus numerandum reponebatur. neque diuitiae tantum, sed et gratiae benedictionum addebantur praemiis uestris. uobis enim ad iustitiam deputabatur conclamatio illa et conprecatio pauperum, qua per uestra munera benedicebatur deo. facili enim uia ad aurem dei uoces inopum diriguntur, quia oratio pauperis, sicut scriptum est, nubes penetrat.

15. Poteras, Roma, illas intentas in apocalypsi minas non timere, si talia semper ederent munera senatores tui. uere tunc tibi nobilis esset illa nobilitas, quam sacrati patres Abraham Isaac et Iacob paternis sinibus exciperent, quam prophetae apostoli martyres id est caeli senatus agnosceret, quam post togam nulla inmundi sanguinis sanie funestatam regali promissae lucis stola Christus indueret et in libro albo hoc est libro uitae perennis adscriberet. uere illae diuitiae diuites forent, quibus non draconis antiqui cruenta saeuitia, sed dei saluatoris inmensa bonitas pasceretur, si, quod bestiis aut gladiatoribus et conparandis male profligatur et alendis, id propriae donaretur saluti cariusque nobis esset uiuere quam perire. sed et auaritia et liberalitate peruersa deo pro nobis ⟨agenti⟩

7] (Matth. 13, 8). 13] Eccli. 25, 21. 15] (Apoc. 3, 3). 21] (Matth. 17, 2). (Apoc. 20, 12).

2 conugis *M* reficisti *L* illa *FPU* 3 erogabatur *FLPU* uictu *v* 7 inuectum (in *in ras.*) *L* 8 tricensimos *O* redditus *FLMPU* 12 domino *FPU* 15 illa sentantas *O*, illas intemptatas (intentas $L^1$) tibi *cet.*, intentatas tibi illas *v* 16 sanatores *O* 17 tibi *om.* *FPU* sacri *F* abrahae *L* 18 exceperant *O* profectę *O* 19 martires *FLPU* sanatus *O* 20 sanie *om.* *FPU* reguli *O* 21 sthola *O*, stella *U*, stolla *P* 22 ascriberet *LMPU*, asscriberet *F* ille *LMOP* 24 si quod] sicut *O* aut] et *M* 25 proprie *FO* 26 et saluti *F* 27 agenti egentes *scripsi*, agentes *O*, egente *LM*, egentes *FPUv*

egentes, zabulo contra nos prodigi sumus. damnum in lucro et in damno lucrum ducimus uitamque nostram nec egenter redimere curamus, qui pro uita mortem emimus sumptuose. beata esset nostra conditio, si aeque deo ut hominibus uel displicere timeremus uel curaremus placere, si tantum praecepta Christi, quantum populi sibila uereremur, et si tanto laus, quae ex deo est, quantum iste de uulgo plausus emeretur.

16. Beatus, qui non abisti in tale consilium nec in cathedra pestilentiae, sed in apostoli sede et in ecclesiae coetu id est Christi theatro non seditiosis sed benedicentibus cuneis deo ipso spectatore laudaris, ecclesiae munerarius, non harenae nec inanis gloriae sed aeternae laudis ambitor. non gladiatores nec beluas emis, sed quibus ueros gladiatores hoc est harum tenebrarum principes perimas agis et quibus ueras bestias hoc est omnem zabuli uirtutem superes et presso inpune uestigio conculces leonem et draconem. beatus es, in quo benedicetur nomen domini et qui habes semen in Sion et domesticos in Hierusalem, qui te uicissim in tabernacula aeterna suscipiant. non enim timebis illius diuitis locum, qui in tartaro hoc est in inferno inferiore et exterioribus tenebris merito igne circumdatus uel extremo contempti in hac uita pauperis digito rogabat aspergi, cui pater Abraham iure respondit: memento, fili, quia recepisti bona in uita tua, et Eleazarus mala; nunc uero hic consolatur, tu cruciaris.

8] (Ps. 1, 1). 15] (Ps. 90, 13). 18] (Luc. 16, 9). 22] Luc. 16, 25.

1 diabulo $F^1$ damnum] dat nomen *O* lucrum in damno *U* 2 egenter *Ov*, egentem *cet.* 4 condicio *LP* 6 tanta *O* 7 quanto *M* de *om. U* 8 *pr.* in *om. M* 9 cetu *FP* id est] idem *O* 11 ipsos *O* numerarius *FU* arenae *M*, terrenę *ex* arenę *L*, terrenae *Chiffl.* 13 uiros *O* 14 alis *coni. Sacch.* 15 diabuli $F^1$, zaboli *PU* 16 benedicitur *v* 17 syon *LMU* 18 ierusalem *M*, $^{h}$yerusalem ($^{h}$ *m. 2*) *U*, ihrłm *L* aetterna tabernacula *U* suscipiunt *O* 19 timebitis *U* quae *O* est in *om. PU* 20 in$^{ferno}$ inferiore *M* et] de *O*, uel *v* extoribus $P^1$ 21 hac] ac *O* 22 iure] uere *FPU* 23 fili *om. U*, fili* (i *eras.*) *L* in uita tua bona *LM* lazarus *FPU*, *lẹazarus (e *eras.*) *L* 24 similiter mala *U* tu cruciaris *om. M*

17. Ob hoc illi, censeo, diuites hanc uel poenarum uel deliciarum uicissitudinem perhorrescant, qui istic sibi tantum et uitiis adfluentes aut opibus abstrusis incubant nec partem posuere pauperibus aut male prodigi egent merito, et aeterna egestate plectendi, qui tam uiles sibi fuerint caritate luxuriae, ut istis pretiosior fuisse arguatur unius diei mensa quam totius sui temporis uita. hic ergo non communicabunt in aeternum caelestia bona pauperum, quorum istic pauperes bona terrena nescierint. et horum grauius lingua torrebitur, qui debilitates modo pauperum uel horrent uel inrident, fastidiosi letaliter et faceti, qui praetereunt et canibus lambenda dimittunt ulcera proximorum, quia omnis natura homini homo proximus. nonne, quaeso te, isti uerius dicendi canes, qui ne canes quidem in curandis atque mulcendis hominibus imitati sunt et de micis saltem a mensa sua cadentibus satiari cupientes fratres hoc est natura matre germanos non solum obseratis foribus excludi, sed etiam saeuis uerberibus expelli iubent? unde credo illum in euangelio diuitem tartari, cum totus, ut clamat, miser cruciaretur in illa ignei gurgitis flamma, solius tamen linguae refrigerium postulasse, qua sine dubio ideo uehementius cremabatur, quia in Eleazarum ante ianuam suam stratum et canibus relictum saepius superbo auarus ore peccauerat. ob hoc et alibi praemonemur ponere ori nostro custo-

19] (Luc. 16, 24). 23] (Ps. 140, 3).

1 *pr.* uel *om.* *M* diuitiarum *LM* 2 ista *FLP*, iusta *U* tantum] tantum seruantes *M* 3 uiciis (ł diuitiis *s. l.*) *M* afluentes *L* aut—incubant *hoc loco om.* *M* incumbat *U* nec partem] partem non *M* 4 sed aut opibus abstrusis incubant aut male *M* prodigis *FLPU* et] etenim *M* aeternae *FP*, etterne *U*, *om.* *M* 5 tam *L s. l.* luxorię *O* 6 istis *scripsi*, in his *FPU*, uitis *O*, his *LM*, iis *v* 7 hic *O*, hii *M*, hi *cet.* in aeternum *om.* *M* 8 ista *FPU* 9 nescierunt *M* morum *O* terrebitur *U* 10 irriderint *FPU* 11 faceti] nocenter *add. Rosw.* p̃teunt *M* lanbenda *O* 12 hominis *LM* 13 dicendi sunt *M* nec *LM* 14 immitati *O* 15 saltim *LO* sua *om.* *U* satiari] saturari *LM* 17 exclusi *L* 18 totus] motus *O* 19 igne *O* flamma gurgitis *U*, igitur gitis flamma *O* 20 ueementius *O* 21 cremebatur *F* lazarum *FPU*, *lẹazarum *L* 22 saepius] saeuius *fort.* 23 et *om.* *LM* ori *L* *in ras.*

diam docente sapientia per Solomonem, quia in manu linguae uita et mors, et alibi: uerbis tuis, inquit, iustificaberis aut uerbis tuis condemnaberis.

18. Tibi igitur, frater in Christo unanime, cui sub hac poena metus et cum illa sede communitas, cuius os benedictione plenum est, cuius diuitiae ubera pauperum sunt, cuius domus Christi est, qui non iacere mendicum ante ianuam tuam epulante te sustines, sed contra tectis tuis laetus inducis aut tecum epulaturum aut etiam ieiunante te saturandum, tibi felix a peccatis egestas et beatae in uirtutibus opes sunt. tu et inter illos pauperes iure numeraberis, quorum est regnum caelorum, et inter illos diuites, quorum possessio ciuitas firma est, quia spiritu dei diues es et tuo pauper. tales enim diuites cum pauperibus suis diligit deus et sacris litteris celebrat paginarumque perennium auctoritate nobilitat.

19. Hoc enim ipsum considerare te uolo eorum diuitum, quorum uel crimina uel supplicia in scripturis signata sunt, nomina significata non esse, quia sine dubio indigni erant, ut sermone diuino nominarentur, quos aut uitae oblitterauit inpietas aut auaritia deleuit. ideo praedixerat dominus in propheta de ipsis: nec memor ero nominum illorum per labia mea hoc est per inmortalium duo testamenta uerborum, quae oris diuini labia bene dicuntur, quia et cohaerent sibi et uno dei uerbo aperiuntur et per ipsa nos deus osculatur ab osculis oris sui. haec ergo labia pollui noluit nominibus inpiorum diuina iustitia, et idcirco neque illius diuitis nomen existat, cuius uanitas et auaritia signatur, cui

1] Prou. 18, 21. 2] Matth. 12, 37. 7] (Luc. 16, 20). 11] (Matth. 5, 3). 12] (Prou. 18, 11). 21] Ps. 15, 4. 24] Cant. 1, 1.

1 docenti sapientiam *O* solomonem *O*, salomonem *cet.* 2 uita *L in ras.* alibi aut *LM* 4 poenam *O* 6 domus] hospitium *add. v* 7 medicum *U* epulente *O*[1] 8 sustinis *O* 9 epulatarum *O* ieiunante te *v*, te ieiunante *UM*, ieiunante *cet.* 9 felix tibi *U* 10 a] ad *O* in *om. F* uirtutes in opibus *F* 11 muneraberis *FLO* 13 spiritu▒ *L* 16 conserare *U* 18 significanta *O* indignerant *P*[1] 19 autem *U* liberauit *O* 21 eorum *FLM* 23 dicantur *O* 24 non osculatur *O* 25 osculo *FPU*

consumpta iam uita de ortae apparatibus cogitanti dictum est: stulte, hac nocte expostulatur anima tua; quae parasti cuius erunt? neque huius e tartaro diuitis nomen insigne est, quod non casu praetermissum edito pauperis nomine intellegimus. illius quoque diuitis, qui gloriatus in lege conpleta conditionem adipiscendae perfectionis diuitiarum suarum amore auersatus est, caecitatem legimus, uocabulum non habemus. erat enim, inquit, habens multas possessiones, et idcirco secuta est illa sententia, quae regnum caelorum omni diuiti pene clauserat, nisi deus ut solus bonus omnipotentiae suae excepisset hoc donum, ut diuites pauperum uoluntate ditaret. hi ergo diuites inuisi deo et oblitterati memoriae, qui aeternis caduca praeuerterint quique maluerint terrae quam deo credere, escam tineis et praedam furibus congerentes et, ut scriptum est, cui thesaurizant ignorantes, quia nolunt intellegere cui debeant thesauros suos, digni qui nesciant quo successore dimittant, quia nesciunt quo largitore possideant. quid enim habes, o homo, quod non acceperis? et quia accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, et de suis deo donis superbis? talium, mi frater, diuitum nomina in euangelio non scribuntur, quia nec in libro uitae habentur.

20. Denique, ut scias non diuitias sed homines pro earum usibus esse culpabiles uel acceptos deo, lege sanctos patres

2] Luc. 12, 20. 4] (Luc. 16, 19). 8] Matth. 19, 22; Marc. 10, 22; Luc. 18, 23. 15] (Matth. 6, 19; Luc. 12, 21; Ps. 38, 7; Eccle. 2, 19; Eccli. 11, 19). 18] I Cor. 4, 7. 21] (Ps. 68, 29).

1 ortae *scripsi,* orte *O,* uitae *cet. v* cogitante *FP,* cogitate *U* 2 ex te postulabitur *coni. Sacch.* praeparasti *M* 3 ętartaro *O* 5 gloriatur *FOPU* 6 conditionem (ti *in mg. add.*) *L* 7 caecitatem legimus *om. M* uocabulum non habemus] nomen non inuenimus *M* 8 multas habens *F* 10 cluserat *FPU* honus *L* 11 excipisset *O* 12 hii *MO* deo *L s. l.* obliterati *FLO* 13 aeternis *em. Lebrun,* terrenis *ω v* maluerunt *U* 14 et *om. F* praedam *om. M* 15 et *om. FPU* 17 *pr.* quo] quos *M* 18 acciperis *O,* accepisti *M* 19 qui *FU,* si *M* acciperis *O* 20 nomina diuitum *M* 23 prauis usibus *M* 24 uel] uel pro bonis (*s.* usibus) esse *M* uel acceptos deo *bis scr. U*

Abraham et Iob deo de opibus suis amicos factos. nam in euangelio, quo ille tartareus contemptor Eleazari diues praetermissus est, illum ab Arimathia Ioseph diuitem nominari uidemus. beatus enim est, qui specialiter intellexit super egenum et pauperem, pio Christi corpus obsequio muneratus nec iudicem pro iniuria dominici corporis interpellare ueritus et pio sumptu pretiosi uelaminis et sepulchri noui diues in domini sepultura. his te pagina sancta nominibus adscribet et in talium diuitum sorte numeraberis, quorum opes aequas et animo. non enim sibi habentes habebant, sed nemo quicquam dicebat suum, et humani nihil a se alienum putabant, ut illa quondam princeps fidei multitudo, cui unum cor et anima una et omnia communia erant. et uide rationem; facile iudicabis parricidali crimine contemni pauperes nostro arbitrio, quos nullo uidemus a nobis dei opere discretos. quomodo enim excludimus a nostris modicis habitationibus quos deus una nobiscum istius mundi conclusit domo? quomodo dedignamur terrenae possessionis usu facere participes quos et inuiti diuinae originis unitate consortes habemus? hoc tenens Abraham amicus deo factus est; hoc obseruans Lot euasit a Sodomis; hoc sectatus Iob de zabulo triumphauit.

21. Aperiamus et nos domicilia nostra fratribus, uel timentes periculum supradictorum exemplo patrum, ne forte quasi hominem excludentes et angelum repellamus, uel sperantes

1] (Gen. 18, 3 et 19, 2; Iob 31, 16). 3] (Matth. 27, 57). 4] Ps. 40, 2. 5] (Matth. 27, 58). 10] Act. 2, 44. 11] (Terent. Heaut. v. 77). 12] Act. 4, 32. 20] (Gen. 18, 3; Gen. 13, 2).

1 et] Loth et *v* deo *om.* *LMv* amicos] deo *add.* *LMOv* 2 lazari *FPU*, *leazari *L* 3 aromathia *F*, arimatia *L* 4 qui *FO*, quia *cet.* 5 corporis *FP*$^2$*U* muneratus obsequio *M* 7 sumpto *O*$^1$ dies *U* 8 his te] istae *O* ascribet *LMPU*, asscribet *F*, adscriberet *O* 9 in uitalium *coni. Sacch.*, uitalium *Vat.* equasset *FU* 13 una anima *FU* uide rationem] uiderat iohannem *O* 14 iudicabis] uidebis *M* parricidiali *FPU*, paricidali *O* 16 modicis *ex* paruis *P m. 2* 17 una] a *O* 20 est *om.* *FPU* sectatus loth—obseruans Iob *M* loth *ω* 21 a *om.* *U* gabulo *O*, zabolo *P*, diabulo *F*$^1$ 23 periculum (um *in ras.*) *L* 24 et *om.* *M* sperantes] parentes *O*

mereri et angelos hospites, dum omnis aduenae transitum prompta humanitate suscipimus. pater enim Abraham dum peregrinos suscipit, excepit et dominum cum angelis Christum et in hospitali tabernaculo illum, quem in euangelio coram semet ipso saluator exhibet, diem uidit. Sodomitas hospitum damnauit iniuria, et Lot eo potissimum liberari meruit affectu, quod hospites praetulit filiabus. non ille inpius, sed perfecte pius; non enim filias uiles habebat qui inde mercedem meruit, quod pietati domesticae praetulerit iustitiam caritatis hoc est timorem dei, cuius utique praecepto et spiritu recipiendis hospitibus seruiebat, ac perinde iam tunc perfectum fidei mens illa conpleuit, quo dicitur nobis: omnis qui reliquerit fratres et sorores aut matrem aut filios uel filias propter nomen meum centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit. huius mentis perfectio uel istius perfectionis mens iam ab origine saeculi iustum Lot ab illo pentapolitano incendio liberauit, meruitque pro hospitali domo tantam in domum urbem munere dei sortitus accipere, quia ille, qui in incesta et inpia ciuitate solus et pius fuerat et pudicus, ipsam superans sanctitate pietatem non dubitauit, quantum in ipso fuit, pudicitia filiarum redimere hospitum castitatem. Iob uero, ille domini igne examinatum argentum, se semper oculum caecorum et pedem claudorum fuisse testatur horumque operum in ipso temptationis suae certamine mercedem reposcit et recipit. spoliatur opibus patrimonii, non animi; sed inuulnerabilis corde nec labiis peccat, nudatus am-

5] (Ioh. 8, 56). 7] (Gen. 19, 8). 12] Matth. 19, 29. 17] (Gen. 19, 15). 22] (Iob 29, 15). 25] (Iob 1, 22).

2 ḥabraham *O* 3 suscepit *v* 4 tabernaculum *O* coram *O*, coram in *cet.* 5 saluato *F* et diem *FPU* 6 iniuriae (et *om.*) *O* loht *O*, loth *cet.* eo *ex* eum *L* liberari (ri *in ras.*) *L* 7 illae *O* 11 perfectionem *M* 13 et] aut *U* aut patrem aut matrem *M* aut filias *LM* 14 centuplo *O* 16 loth *ω* 17 pro hospitali domo *Ov*, per hospitalem domum *cet.* 18 tantam *Ov*, totam *cet.* domo *Ov* 19 et ille *F* in *om.* *FPU* incerta *O* 21 pudititia *O* hospitum redimere *M* 22 domini *om.* *FPU* exinanitum *FP* 24 operum// *L* temptionis *F*[1] 25 et recipit *om.* *F* 26] sed] sauciatus corpore sed *coni.* *Sacch.* uulnerabilis *U* nec] ne *O* ne labiis quidem *v*

bitione substantiae, sed armatus uirtute patientiae; orbatus prole, non cordis lumine, filios mentis suae hoc est iustitiae opera conplectitur clamans: nudus exiui de utero matris meae, nudus oportet in terram reuertar. nihil intulimus in hunc mundum, uerum neque auferre possumus. sed quia spiritales opes non amiserat, temporales quoque diuitias pro patientiae triumpho recepit et ditatus est triplo, quia probatus et purgatus erat septuplo. labores enim, ut scriptum est, fructuum suorum manducauerat in operibus piis elaborando, et idcirco fructus laborum suorum manducauit in hoc etiam saeculo praemia operum recipiendo.

22. Cum his diuitibus tibi sors est, qui eundem deum diuitiarum tuarum causam esse meministi, liber auaritiae, quia seruus iustitiae. iniquo mammona iuste uteris, nec captiuus sed uere dominus es pecuniae tuae, quia possideris a Christo, cui captiua est ipsa captiuitas. gloriare igitur in domino, quia non caro et sanguis tibi, sed ipse, qui lumen est uerum et sapientia dei Christus, prudentiam huius prouidentiae reuelauit, qua intellegis in omni egeno et paupere Christum cibari potari contegi uisitari, secundum illos, quos ob hoc meritum, quod supra dictum est, in die mala liberabit dominus.

23. Ipse te dominus conseruet et uiuificet et beatum faciat et ferat opem nunc tibi supra lectum doloris tui, conuertat planctum pium in gaudium sanctum tibi. conscindat saccum tristitiae tuae et reddat tibi laetitiam salutaris sui,

3] Iob 1, 21. 4] I Tim. 6, 7. 7] (Ps. 11, 7). 8] (Ps. 127, 2). 16] (Ps. 67, 19). 17] Matth. 16, 17. (I Cor. 1, 24). 20] (Matth. 25, 40). 21] Ps. 40, 2. 23] ib. 3. 26] (Ps. 29, 12).

2 prole *L s. l.;* carnis *add. Sacch.* 3 conplectitus *O* 4 reuertar in terram opportet *U* 5 nec *FPU* auferre quid *M* 6 non amisserat *P*, nomisera *O* 7 triplo *ωv*, duplo *Rosw.* 9 fructum *O* suorum fructuum *U* 10 et *om. FPU* 11 operum] laborum *FPU* percipiendo *M* 12 qui] quia *Ov* 14 mamona *FLPU* captiuus *v*, captius *U*, captiuas *cet.* 15 possederis *M* 18 prouidentia *O* 19 qua $M^2v$, quia *cet.* 20 et contegi *F* illos *O*, illos patres *cet.* 21 ab *O* liberauit *Ov*, liberabit eum *M* 24 sup *M* 25 plantum *FPU* 26 sacum *L*

confirmante spiritu principali firmet in orationibus et eleemosynis ut arcum aereum brachia tua, perficiat pedes tuos tamquam cerui, ut et ad fugiendum zabulum et ad consequendum Christum uelox sis et fixis gemino utriusque testamenti ungue uestigiis in uia domini firmiter sistas, ereptis manu domini pedibus tuis a lapsu et oculis a fletu, ut cum benedicta coniuge aeternum tua placeas domino in regione uiuorum. fiet enim tibi secundum fidem tuam, quia fidelis dominus in uerbis suis memor erit in aeternum huius sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiet; teque ipsum uiuam sibi hostiam in odorem suauitatis accipiet remunerator uestri fenoris in illa die, qua locupletior creditoribus debitor suum cuique depositum multiplicata reddet usura. nec longe retribuendi dies albentibus iam propinqua messe regionibus.

24. Interim recipiendas opes festiua tibi meditatione promittens multo uberius animum tuum uenturi fide quam meo uel cuiusquam sermone solaberis. non enim modica animis credentium uoluptas est promissa fidelibus bona dulci cogitatione praesumere et in paradiso iam animis deambulare. si agricolam iuuat spem messis in segete mirari, dum a messe fructum laboris expectat, faciliusque fert moram temporum auaritia uotorum, si pascat oculos, dum sperat euentus: quanto maiorem nos capere possumus uoluptatem, licet peccatores, attamen fideles seruuli, quibus sparsi seminis non apud dubiam terrae fidem sed apud incommutabilem dei ueritatem ratio mandata est, qui hoc speramus quod ueritas ipsa promisit.

1] (Ps. 50, 14). 2] (Ps. 17, 35). 5] (Eccli. 5, 12). 6] (Ps. 114, 8). 8] Ps. 144, 13. 9] Ps. 19, 4. 14] (Ioh. 4, 35).

1 confirmate *U* eleimosinis *P*, elemosinis *cet.* 2 perficiet *F* 3 et *om. FPU* fugendum *P* zabolum *U*, diabolum $F^1$ 4 Christum *om. F* 5 uiae *O* 7 aeternum tua *MPU*, in aeternum tua $FL^2O$, tua in aeternum *v* 11 nostri *U* 13 reddat *FOP* 14 propinquam esse *FPU* 15 recipiendos $FL^1PU$ festina *FU* 16 uenturi (i *ex* ũ) *L* 17 solaueris *FOPU* 18 uoluntas *FOPU* 20 agric$\overset{u}{o}$lam *O* uiuat *U* segetem *LM* 21 laboris *L s. l.*, laboris sui *U* fatiliusq. *O* 25 dei *Ov*, *om. cet.* ratia *O* 26 promittit *LM*

25. Non enim ab humanis opinionibus nec a fabulosis poetarum somniis aut philosophorum phantasmatis post hominem futura colligimus, sed ab ipso fonte ueritatis haurimus fidem rerum. quis autem potuit diuina magis quam deus ipse operum et statutorum suorum conscius nosse? non traduces in corpora aliena animas, ut sint monstra post hominem, neque omnino sine corpore permansuras aut in corpore mentiemur occiduas. blandiantur sibi mendaciis poetarum qui non habent ueritatis prophetas. caecentur opinionibus erraticis philosophorum qui non inluminantur testimoniis apostolorum et se desperatione solentur qui spem non habent dicentes: umbrae transitus est tempus nostrum, et non est reuersio finis nostri, quoniam consignatus est, et nemo reuertetur, qui excaecati nequitiae et infidelitatis suae tenebris non possunt dicere: credo uidere bona domini in lumine uiuentium. nos uero tam egenis remediis non indigemus, quibus ipsa ueritas, dei uerbum deus, resurrectionem carnis in uitam aeternam et spopondit docens et probauit resurgens. ipse enim dei filius, per quem omnia et sine quo nihil, ipse testatus est: ego sum resurrectio; qui credit in me, etsi mortuus fuerit, uiuet, et omnis, qui uiuit et credit in me, non morietur in aeternum. quod ne uerbo solum adsereret, sanxit exemplo suumque ipsum, in quo omnis susceptio, hominem resuscitatum a mortuis et ostendit discipulis, in semet ipso fidem carnis adsignans, cum dicit Thomae: infer digitum tuum huc et uide manus meas; et infer manum tuam huc et mitte in latus meum, et noli esse incredulus sed fidelis, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me habentem uidetis.

11] Sap. 2, 5. 15] Ps. 26, 13. 20] Ioh. 11, 25. 26. 25] Ioh. 20, 27. 28] Luc. 24, 39.

2 somnis *L* filosophorum *LO* fantasmatis *OP*[1], fantasmatibus *cet.* 3 ab *om. LM* 5 statorum *O* suorum et statutorum *M* nosce *U* 9 censentur *F* opiniobus *O* 10 inluminatur *O* 14 excati *O* tenebris *om. FPU* 15 lumine] in terra *F* 18 docens *Ov, om. FPU*, dicens *LM* 20 resurrectio] et uita *add. LM* etiamsi *U* 23 omnis omnis *U* 24 et *om. LM* 25 et assignans *FPU* thome *FOP*, toma *U*

26. Haec igitur testimonia, haec documenta, hanc lucem fidei habentes, qua occasione poterimus de resurrectione dubitare, quam et de uerbo dei audiuimus et apostolorum oculis uidimus manibusque palpauimus? quique ita per Christum deo uincti et insiti sumus, ut dei arrabonem teneamus in terra nostra spiritum sanctum, quem dedit nobis, et nostri pignus habeamus in deo carnem Christi, quia interuallum istud inmensum, quo a diuinis mortalia disparantur, medio et inter utraque communi interuentu suo uelut quodam, ut sic dixerim, ponte continuat, ut eius tramite terrena caelestibus conserantur, cum hoc corruptibile nostrum incorruptio superna perfuderit et mortale nostrum, ut scriptum est, inmortalitas hauserit mortemque deuictam uictrix in Christo et a Christo nobis uita sorbuerit. quod ut adsequamur, non de ueritate tanti boni, sed de nostri captu meriti dubitare possumus. sed agamus quae Christus iussit, ut adipiscamur quae Christus spopondit. ueritas illius nobis adest, illi fides nostra non desit. omnibus uita, omnibus uia, omnibus ianua est. nemini claudit sua regna, quibus et uim permittit inferri.

27. Perge quo curris, ut adprehendas in quo adprehensus es; enitere per angustam uiam, ut peruenias in amplam possessionem hereditatis aeternae. habes iam in Christo magnum tui pignus et ambitiosum suffragium, coniugem quae tibi tantum gratiae in caelestibus parat, quantum tu illi a terris opulentiae suggeris, non illam, ut dixi, luctibus cassis honorans, sed uiuis muneribus adcumulans, quibus illa nunc gaudet; iamque illi huius operis tui usus in fructu est, cuius adhuc tibi munus in semine.

3] (I Ioh. 1, 1). 6] (II Cor. 1, 22). 12] (I Cor. 15, 54). 18] (Ioh. 14, 6). 19] (Matth. 11, 12). 21] (Matth. 7, 13).

1 documenta *O* 2 fide *O* 4 uidemus *O* quique] que *O* 5 iuncti *LMU* arrabonem *OP*, arabonem *cet.* teneamus] te non amus *O* 6 uobis *U* 7 qui *ex* quia *M* 9 utrumque *M* uelunt *O* sic] ita *M* 10 potente continua ut *O* 11 superna] ęterna *M* 12 mortale hoc *M* 13 $\overset{\text{o in}}{\text{x}}$ nobis *M* 15 captum erit indubitare *O* possimus *U* 16 *post.* Christus *om.* *M* 17 spospondit *U* 18 clausit *FLM* 20 ut] et *F* 23 tantum tibi *FPU* 24 illis *U* 25 casis *O* 28 semine est *F*

28. Iam honoratur tuis illa meritis, iam pascitur tuis panibus et affluit tuis opibus, in uestitu deaurato circumamicta uarietate, pretioso lumine; non eget alienae manus digito refrigerari, propriis ipsa digitorum suorum roribus id est dexterae tuae operibus infusa. non aeque ampla dote nubentem locupletaueras, ut nunc ditificas quiescentem. quantam enim tunc partem tuorum munerum cepit, cum eo solo, quod poterat induere, frueretur? nunc quantumcumque contuleris, totum simul omnium sensuum uoluptate diues animo possidebit. beata, cui tam numerosa apud Christum suffragia sunt et cuius caput tam multiplex ambit inlustrium corona gemmarum, nec alienis intexta floribus, sed domesticis corusca luminibus. uere illa pretiosa domino anima, quae de tribus pretium margaritis capit. est enim coniunx fidei, soror uirginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, soror Eustochium, tu maritus.

## XIIII.

### Beatissimo et venerabili semper nobis desiderantissimo patri Delphino Pavlinvs.

1. Laetati sumus in his quae per Cardamatem scripta et adportata sunt nobis. sospitatis enim tuae nuntius sermo uelut oleum laetitiae inpinguauit ossa nostra, ut repleti gaudio diceremus: magnificauit dominus facere nobiscum, qui nos in tui doloris lectulo uisitauit, ut exurgentes in tua sanitate

2] (Ps. 44, 10). 19] (Ps. 121, 1). 21] Eccli. 26, 13. 22] Ps. 125, 3. (Ps. 40, 4).

6 ditificax *O* enim *om. M* 7 coepit *FO* 9 omnium *Ov*, hominum *cet.* sensuum *v*, sensu *ω* 13 tribus *coni. Sacch.*, rebus *ω* 14 est] et *U* coniux *LM*, cognux *U* 15 Eustochium *v*, iusthocia *O*, eustochia *cet.* maritus] opto te ualere *add.* *FP²U*

*FLMOPUχ*. — item eiusdem ad eundem ·XXIIII· *L*, ad eundem delfinum ·XXXI· *M*, incipit IIII. *O*, epistola sancti pauli episcopi ad delphinum episcopum ubi plurimum congratulatur ei: quod de graui infirmitate diuino munere sospitati sit redonatus ubi etiam hortatur eum ad patientiam in infirmitatibus tollerandis exemplo patrum sanctorum *U*, item incipit ad eundem *χ* 17 desideratissimo *FPU* 18 delfino *LMOχ*, dalphino *FPU* Paulinus et therasia peccatores *χ* 21 inpugnauit *O* 23 doloris tui *F*

caneremus hymnum domino nostro, quoniam eripuisset oculos nostros a lacrimis, differens te coronae tuae, sed reseruans adiutorio nostro, ut te intentis orationibus tuis onera nostra releuante et itinera praeuiante leuiores curramus in odorem unguentorum domini, quem nobis in tua sanctitate fragrantem, etsi non adprehendimus merito, attamen sequimur affectu, sperantes per inseparabilem caritatis tuae copulam deducendos nos, ut perueniamus tuo ductu quo tu proprio nisu perueneris. nam infirmitates tuae non sunt ad mortem sed pro claritate dei, ut et uirtuti tuae perfectionem et infirmitati nostrae uirtutem conferant. de te enim ne perturbemur, multa nos iam a patriarchis sanctorum domini exempla confirmant.

2. Sicut ipsi patres fidei praeter alios uitae suae labores in illa etiam senectute prophetica, qua interius luminati iam mundi aeternitatem et omnium saeculorum seriem prouidebant, corporeis tamen graues oculis in infirmitate carnali spiritalem consummauerunt uirtutem: sic et beatus Iob temptatus est ut probaretur, dimicauit ut uinceret, humiliatus est ut exaltaretur, fleuit ut gauderet. quid ipse sanctus sanctorum? nonne tunc uicit cum iudicaretur et cadendo per mortem resurrexit in gloriam? quae fortibus passiones infirmitatum, infirmis incitamenta uirtutum sunt. infirmatur etenim ualidus, ut confortetur infirmus et imitatione robusti discat superare congressus. et ideo et iustus castigatur, ut emendetur iniustus.

1] Ps. 114, 8. 10] (Ioh. 11, 4). 12] (Gen. 27, 1 et 48, 10). 17] (Iob 1, 14. 2, 7. 4, 1 et 5, 1).

1 dō $\chi$ 2 te] te quidem *M* seṛ[d]reseruans *O* 3 adiutori *FPU* 4 preuiante *O*, praeueniente $\chi$, breuiante *cet.* 5 ungentorum *M* 6 flagrantem *LO*, fraglantem *M* adprehensimus $O^1$ sequimus *U* 7 affecto *PU* inseperabilem *PU* 8 nisi $O^1$ 9 supueneris $\chi$ infirmitatis $\chi^1$ 10 uirtute $\chi^1$ perfectionem—uirtutem *om.* $\chi$ *(add. in marg. inf. m. 3)* 11 ne *om.* *U* 12 iam nos *LM* patriarcẹs[i] *F*, patriarces *OPU*, patriarchi $\chi$ 13 patris *O* laboris *O* 14 profectio a qua $\chi$ luminatio *O* iam] totam $\chi$ 15 praeuidebant *LM* 16 grauis *LO* in *O*, *om. cet.* 17 consumauerunt *FPU* 18 *pr.* ut *ex* et $\chi$ 21 gła $\chi$ passionis *O* 23 et *om.* $\chi$ immitatione* (m *eras.*) $\chi$ 24 *pr.* et *om.* $\chi$

3. Quare duplicem utilitatem operatur sanctorum carnalis infirmitas, ut et ipsorum spiritalis uirtus exerceatur, et qui prosperatur in uia sua et uiribus inoffensae sanitatis insultans dicit: peccaui, et quid accidit mihi? non audeat sibi de corporea felicitate blandiri et forsitan metu diuinae potestatis adstrictus ad iustitiam corrigatur, dum ultricem domini caelestis manum inpiis actibus iure expauescit, quam uideat et iustis seueram. nam si uos uix citra uerbera castigationis euaditis, nos iniqui et peccatores ubi parebimus? credimus autem, quia ideo proximis his temporibus grauiora solito corporalium tribulationum tela perpessus es, pridem febrium ardore, nunc capitis humore uexatus, ut in illa requie domini beatus possis dicere: transiuimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerio. laetificati igitur hac dei misericordia, qua respexerat in bonum humilitatem nostram, ut grauissimae anxietudinis poenam lucraremur, cum pariter indicasses nobis sollicitudinem de te nostram et securitatem, aliud in isdem litteris diuinae gratiae munus accepimus, illud uidelicet curae nostrae negotium de sancti presbyteri Basili domo per operam tuam, ita ut desiderauimus, explicatum.

4. Veniat tota illa benedictio super caput tuum et in coronae tuae cumulum supertexta florescat, qua benedixerunt dominum in te non solum ipsi, ad quos beneficium pertinebat, sed tota propemodum Capua et celeberrima urbis ipsius ecclesia gaudio presbyteri coexultans dedit laudem deo, qui ad-

2] Ps. 36, 7. 4] Eccli. 5, 4. 9] (Prou. 11, 31; I Petr. 4, 18). 13] Ps. 65, 12.

1 quam rem *LM*[1] utilitatem *om.* *F* 2 quia *U*, quiḍ *χ* 3 insultas *F*, exultans *χ* 4 et *om.* *χ* 5 forsitam *χ* 6 astrictus *LMP*, astrictos *F* istam *U* 8 uidet *M* et *om.* *FPUχ* 9 pareuimus *χ*[1] 10 ideo *om.* *FPU* solito] sollicita *FPU* 12 ardorem *χ* capiti summo reuexatus *χ* 14 refrigerium *F*[1]*LM* hac *O*, ac *χ*, a *F*[2]*PU*, in *F*[1], e *L*, ex *M* domini *FPU* 15 qui *L* qua respexerat] spes erat *χ* 18 alium *Oχ* iisdem *M*, hisdem *cet.* 19 curae nostrae *om.* *M* basili *OPχ*, basilii *cet.* 20 domū *χ* desideramus *FPU* explicato *FOPU* 21 tuum caput *LM* 22 supertesta *U*, supertecta *χ* quia *FPU* 24 capuę *χ* et *om.* *χ* urbis ipsius urbis *M* 25 presbiterico exultans *FLMPU* laudem dedit *F*

iuuisset pauperem de mendicitate et humiliasset alta diuitum corda, ut et ipsi habeant spem aeternae domus in ciuitate habitationis, qui digni habiti sunt per interuentum sermonis tui ad intellectum bonum inluminari, quo per exigui domicilii iustam reformationem aeternum sibi in caelesti tabernaculo pauperis sancti sui, a quo inuicem recipientur, hospitium parauerunt.

## XV.

Sancto et merito venerabili ac dilectissimo fratri Amando Pavlinvs.

1. Excepimus Cardamatem in gaudio caritatis et benedictione dulcedinis adferentem nobis omnia bona, litteras indices sanitatis uestrae laetificantes corda nostra et dulciores super mel et fauum, quarum suauitas sicut oleum penetrauit interiora nostra; exultauerunt ossa humiliata, et in uoce exultationis diximus domino: suscepimus, deus, misericordiam tuam, qua liberasti pauperem de potente et humilem de manu fortioris eius. concurrebant undique in animum causae gratulationum, quod accipiebamus litteras

6] (Luc. 16, 9). 13] Ps. 18, 9 et 11. 15] Ps. 50, 10. 16] Ps. 47, 10. 17] Ps. 71, 12. Ps. 34, 10 sec. Ps. Rom.

1 m̃citate *L* et *om. U* 3 habiti *ex* habitati *L* 4 tui *om.* *χ* 5 iuxtam *U* habitaculo *F* 6 pauperis *Rosw.*, pauperes *FOPUχ*, pauperibus *LM* sancti sui *scripsi,* sanctis *ω v*, sancti *Rosw.* 7 parauerunt] oro te ualere in domino *add. PU,* finit quarta *add. O,* gratia d̃i tecum ut est, in aeternum maueat, pat̃ in dõ xp̃o dñẽ uere unianimę merito uenerabilis et beatissime. am̃. finit epistula paulini ep̃i *add. χ.*

*FLMOPU.* — incipit epistola uigesima prima ad eundem *F,* item ad quẽ supra · XXVI · *L,* ad eundem · XXXIIII · *M,* incipit ad eundem · VI · *O,* ad eundem VI[ta] · *P,* epistola sancti pauli episcopi ad amandum presbiterum ubi de sospitate eius et episcopi sui dalphini et graui languore detenti plurimum letus deo gratias agit et de quodam basilio uenerabili presbitero in suo negotio ab eius intuitu sui adiuto, ubi etiam de epistolis transmissis et earum latore nimium gratulatur *U* 10 Paulinus] epistola XXI. *add. F* 16 exultationes *O* 17 quia *LM* liberas *FPU* 18 concurrebat *O* 19 acciebamus *O*

uestras, quod nostri memores probabamus, quod ad uotum nostrum audiebamus incolumes, quod domnum meum patrem nostrum ex graui et longa infirmitate sanatum cognoscebamus. de utroque uestrum pariter laetificati sumus, quia, qua eadem tribulatio quae illum corpore, te corde confecerat, ita et eadem uisitatio, quae illi diuinam opem supra lectum doloris, et tibi refrigerium securitatis in cubili conpassionis adtulerat. sed nihilominus cogitantes nos illius aegrimonias et animum tuum stimulabat noster affectus, quod in illo tribulationis uestrae tempore nos forsitan sani atque etiam laeti fuissemus. sed gratias domino, qui ignorantiae culpam relaxat nec, ut meruimus, fecit nobis, praeueniens tristitiam nostram gratulatione, cum ita prouidere dignatus est, ut aegritudinis uestrae fugam eodem indice nosceremus, qui pariter nuntiaret et reditum sanitatis.

2. Quid de illo uestrae sanctitatis opere dicam, quo tantum nobis etiam ad praesentis gratiae cumulum quantum uobis ad mercedis aeternae copiam contulistis? id est de sancti presbyteri Basili negotio, cuius planctum conuertistis in gaudium et senectutem conposuistis in misericordia uberi. facta est in tabernaculo eius uox laetitiae et salutis, neque cessat cum tota domo sua gaudens consonis ecclesiae gratulationibus benedicere dominum, qui respexerit humilitatem eius et religauerit contritiones eius et eos qui gratulabantur malis eius confusione perfuderit, ipsum uero conscisso tristitiae sacco laetitiae uigore praecinxerit.

6] Ps. 40, 4. 19] Ps. 29, 12. 20] Ps. 91, 11. 21] Ps. 117, 15. 23] (Luc. 1, 48). 25] (Ps. 146, 3; et 34, 26). (Ps. 29, 12 sec. Ps. Rom. et uetus).

1 quod nos nostri *M*, quod uos nostri *uel* quos nostri *fort.* 2 incolomes *O* domnum *LO*, dominum *cet.* meum *Ov*, nostrum *cet.* 4 quia qua *scripsi*, quia *ω*, quia sicut *Mv* eadem] est *add.* *ωv* 5 te *Rosw.*, et^te *M*, et *cet.* conficerat *PU* 6 super *LM* 10 uestri *F* 11 ignorantię (^la *m. 2*) *M*, ignorantia *L* 12 metuimus *F*[2] uobis *F* 13 est *om.* *U* 15 redditum *PU* 17 nobis *FPU* 19 basilii *FLMU* 22 domu *O* 23 respexit *FPU* 24 alligauerit *M* os^e *L* 26 praecinxerat *U*[1]

3. Vnde pro ipsis fratribus nostris, quos ante rogari poposceramus, nunc unanimitatem uestram petimus, ut eos ultra solitum affectum diligatis et si forte ipsi Burdigalam, ut solent, uenerint, praesentibus gratias etiam de nostrorum sensuum ac uiscerum affectione reddatis. aut si tarda fuerit eorum copia, cum prima adfuerit occasio, dignamini eis gratulationem debitam et meritam benedictionem operis sui mittere, ut sciant et intellegant quam acceptum deo sacrificium dederint hac oboedientia fidei suae, quacum petitionem nostram in uestro interuentu exorabiles receperunt, nobis quidem gaudium praesens de sua deuotione praestantes, sed saluti suae aeternum commodum prouidentes. nam etsi debitum fecerint agnoscendo iustitiam, ut alienum reddi iuberent, tamen gratia largiter habenda digni sunt pro ipso bonae uoluntatis affectu, quo potuerunt transgredi et non sunt transgressi et maluerunt id facere, quod expediebat quam quod licebat, et quod tam absoluto et puro corde nobis parere dignati sunt, ut de beneficio eorum disputari non posset, quandoquidem domum suam sancto presbytero, etiamsi propriam non probaret, restitui tamen sine difficultate iusserunt, ut eam, si de suo iure non posset, de illorum tamen munere possideret. neque perdiderunt huius tam sanctae liberalitatis gratiam; nam uir ipse sanctissimus, cui dominus iuxta meritum uos interuentores prouidit, ita gratulatur et praedicat, tamquam indebitum munus acceperit. sed ipsis fratribus nostris modo respondere distulimus, quia per ipsorum homines saepius de Campania commeantes oportuniores occasiones non deerunt, quae statim ad ipsos, ubicumque sunt, dirigant.

15] (Eccli. 31, 10).

1 rogati (t r *m. 2*) *M*, rogare *O* 2 petimus uestram *U* 3 solutum *U* 3 burdegalam *L²M* 4 de] dō *O* 6 affuerit *PU*, fuerit *F* 6 eius *U* 7 sui mittere] submittere *LM* 9 quacum *scripsi*, quaqua *O*, cum qua *FLMU*, qua *Pv* in *om.* *LM* 11 salutis *FPU* 12 fecerunt *LM* 15 maluere *FU* 17 sunt *om.* *FU* 18 possit *LM* 22 liberalitatis *v*, libertatis *ω* 27 opportuniores *PU* 28 dirigantur *LM*

4. De Cardamate ipso non modicam nos unanimitati tuae gratiam debere profitemur, quem non solum ministerio prouectum sed et spiritu proficientem recepimus. nam cum in diebus Quadragesimae aduenisset et eum ut clericum fraterno excepissemus affectu, cotidiana ieiunia non refugit et pauperem mensulam uespertinus conuiua non horruit et, quod magis mirum est, calicibus nostris contentus fuit, ut intellegeremus illum apud sanctitatem uestram emendatum, sicut est, apostolo erudiri nec iam modio sed modico uino, quo non uenter distenditur, sed cor laetificatur, inebriari ad sobrietatem, spiritali crapula ructantem deo hymnum, quem non solo ore uocali, sed et tacito corde decantat, qui uoluntatem domini fideli recipit auditu, pio narrat eloquio et strenuo inplet effectu. benedictus dominus, qui facit mirabilia, qui conuertit rupem in aquas, Cardamatem et clericum fecit, ut uidimus, et sobrium, ut credidimus. nam ut sollemnitas paschalis reuocauit dies prandiorum, incipiebat nobis circa meridiem murmurare dicens: exaruit sicut testum guttur meum, et lingua mea adhaesit faucibus meis. defecit anima mea et uenter meus, et a fame et siti adhaeserunt ossa mea carni meae. respondebatur illi quidem: fili, in humilitate sustine, et concupiscentiae uentris non adprehendant te, quia non in pane solo uiuit homo sed in omni uerbo dei. ille autem sicut surdus non audiebat, et sicut aspides surdae obturabat nobis aures suas, sed frustra. ad prandium cupiebat inplere uentrem suum, et nemo

8] (I Tim. 5, 23). 14] Ps. 71, 18. Ps. 113, 8. 18] Ps. 21, 16. 20] Ps. 101, 6. 21] Eccli. 2, 4 et 23, 6. 23] Deut. 8, 3; Matth. 4, 4; Luc. 4, 4. 24] Ps. 57, 5. 26] (Luc. 15, 16).

1 nos *om.* *FPU* unianimitati *O* 2 ${}^{de}$habere *O* 3 et *om.* *LM* recipimus *OPU* 4 quadraginsimae *O* 5 excepissimus *O* 6 conuiuia *L* a${}^{h}$borruit *L*, abhorruit *M* 8 emendato *O*, e mandato *v* est *Ov*, ex *cet.* apostoli *v* medio *U* 10 inebria *O* 11 dnõ *LM* uocali *LM*, uocalis *cet.* 12 quo *O* 13 affectu *FU* 15 facit *O* uidemus *LM* 16 credidimus *O*, credimus *cet.* 17 reuocabat *LM* 18 testa (s *in ras.* *L*) *LMv* 20 et a] a *M* 21 equidem *LM* 22 concupiscentia *v* adprehendat *O*, appraehendat *v* 23 solo pane *FPU*

illi uel siliquam dabat, donec ad uesperum declinaret dies et hymno dicto quamlibet tristis de fame prandii placaretur nobis de refectione cenandi. sed ne diutius iocando uideamur iniuriam facere grauitati eius, quae iam stillicidiis poculorum magis laetatur quam in ebrietate riuorum, de commodis eius serio loquar: mulierem suam debilem et ideo inutilem sibi adserit. quod si ita est, peto ut ei aliquod mancipiolum praestetur.

## XVI.

### Iovio fratri Pavlinvs salvtem.

1. Filiis nostris Posthumiano et Theridio patriam de Campania, quam nostri gratia accessere, petentibus non scribere unanimitati tuae contra officium et affectum putaui, non ab eo tantum praecauens, ne uiderer communis obseruantiae studium insolita a te mihi neglegentia praeterire, sed multo etiam illud magis, ne de tua in deum mente secus crederer iudicare, si omnium scribendi tibi occasionem diligens per uiros religionis insalutatum te tamquam a sanctis hominibus abhorrentem praetermitterem, cum certe studiosus Christiani nominis conprobatorque propositi etiam nostri amore docearis. suscipe igitur libens non illos ex meis litteris, sed litteras meas de illis probans, qui summa id ipsum sanctitate curarunt, ut religioni haberent uel patriam te non adeundo reuisere uel te sine

1 silicam *L*, siliquum *FPU* 4 iam] iam in *LM* 7 praestetur] uale *add.* *FP*$^2$ — finit ad amandum VI. *O*

*FLMOPU*. — incipit ad Iouium philosophum ·XLIII· *M*, epistola sci paulini ad iouium philosophum ·XXXVII· *L*, incipit ad iouium clarissimum *O*, epistola sancti paulini ad iouium clarum oratorem et philosophum maximum aduersus eos: qui dicunt non esse diuinam prouidentiam in rebus humanis aut electibus: sed omnia fortune et casibus deputant *U* 10 Iouio] claro *add.* *FP*$^2$*U* 11 posthumiano *O*, postumino *cet.* teridio *M*$^1$, theridiano *O* 12 ad quam *LM* repetentibus *LM* 14 studio$^u$ *M* 15 illo *M* 17 omnino *LM*, omnem *v* dirigens *LM* 18 insalutantium *F* aborrentem *O* 19 cōprobatorque *v*, conprobaturque *O*, comprobatusque *cet.* amator esse *M* 22 $^{ita}$ ut *M* relligioni *U*, irreligiosum *M* 23 haberent] ducerent *M*

meis scriptis adire. apte autem mihi uisa est ad id quoque huiusmodi tabellariorum persona congruere, ut aliquid de pristina illa epistola responderem tibi, quam tu ad illas mihi litteras, quibus manifestum diuinae potestatis in elementis et curae circa nos beneficium praedicaueram, retulisti. nam profecto retines me de tuis scriptis id, de quo tunc gratulans responderam, conperisse; unde suaseram, ne casibus dei munus adscriberes et forte magis quam numine arbitrareris argentum illud sancti conmercii inter hibernos turbines et nautas auaros amisso custode seruatum, in illud potissimum litus eiecta naui, in quo familiare nobis oppidum, tibi patrimonium tutissimis rem nostram sinibus exceperat.

2. Sed tu iterum mihi de tempestatis iniuria magis querulus quam de clementia dei gratus omnes motus elementorum, inter quos diuina tantum manus humanam salutem tueri ualet, actusque nostros, quos summi domini potestas regit et pro nostris meritis uertit aut dirigit, uacuis fatorum fortunaeque nominibus tamquam aemulis deo potestatibus subdidisti. in quo ne te existimes deo detulisse, cum iniuriose potius, ut erat, dei beneficium esse nolueris, dicens ideo haec a diuina potestate secerni oportere, quia casum magis quam deum deceant mala, id autem sine dubio malum esse, quo periculum saepe homines aut damnum capessant. in quorum malorum, ut uideo, numero tempestates locas, quibus aut in terra agrorum saepe uastitas aut in naui naufragorum aerumna capiatur. sed hanc sententiam uideo de illis obortam magistris, qui

1 apta *U* quoque] quod *F* 2 tabellariorum huiusmodi *U* 3 illa pristina *FPU* 4 elementa *M*[1] 5 cura *M*[1] 7 comperiisse *F*[2] suaseram, ne] suas aerumnae *F*, suas erumne *PU* 8 asscriberes *F*, ascriberes *MPU* et] te *F* fortuna *LM* numine] minime *FPU* arbitreris *FOU* 9 iter *U* nautos *O* 10 litus] luctus *U* 13 magisque rudus quam *O* 14 omnis *OPU* elimentorum *O*, clementorum *U* 16 domini *om.* *U* 17 uacuus *U*, uacui *O* fatuorum *O* 18 nominibus *coni.* *Sacch.*, numinibus *Ov*, omnibus *FLPU*, ominibus (l demonibus) *M* 19 nec *FPU*, nolo *M* 20 uolueris *U* 21 deum *om.* *FPU* 23 capessunt *O* 24 potestates *O* quia *FPU* 25 uastatas *F*[1] naui] mari *coni.* *Lebrun* naufragiorum *M* 26 abortam *U* de illis obortam uideo *M* magristris *O*

sapientia sua superbi sapientiam dei quaerere dedignati a finibus ueritatis exules agunt, adsertores opinionum suarum, qui missis per inane magnum mentibus euanuerunt, sicut scriptum est et probatur, in cogitationibus suis, et pro suis arbitriis opera dei et consilia finxerunt; illisque mare uel caelum casu regi commouerique uideatur, qui mundum istum aut sine rectore uacuum aut otiante neglectum deo fortuitis lapsibus uolui disputant aut nullo auctore conpositum ut principii, ita finis expertem, quod corporea, qua mundus iste, cuius singuli portio sumus, natura non obtinet, quia omnis conpago resolubilis, aut, quod stultius est, ex semet ipso creatum uolunt, tamquam ulla res ipsa sibi possit esse causa nascendi, ut sit eadem creator pariter et creatura id est opifex et opus, quae ut nomine, ita et genere ac statu discrepare perspicuum est. quis enim non uidet mundum istum corporeum ui incorporea gubernari totamque molem infusa atque permixta magno uniuersitatis corpori diuini spiritus mente, qua facta est, agitari ad uitam, temperari ad usum, contineri ad statum, ordinari ad diuturnitatem?

3. Cum ergo constet quod cernitur aut sentitur alienae opis, ut consistat et maneat, indigere, non potest ambigi aliunde etiam ut crearetur eguisse. quod cum ita sit, omnia ex deo orta fateamur necesse est, quia nisi profanis in dubium uenire non potest mundum deo auctore confectum, proinde uentos et omnia, quae intra mundum partes molis eiusdem et quasi uiscera corporis sint, non ad alterius regimen esse referenda, quia neque regi continerique paterentur diuinorum operum uirtutes hoc est substantiae naturarum omnium in tanta dis-

4] Rom. 1, 21.

5 fixerunt *M*[1] illisque *scripsi*, illis quod *O*, illis ergo *M*, illis *cet.* 6 mouerique *FPU* 7 sociante *U* deo neglectum *LMv* 8 lapsis *FP* nullo *om. L* cõpositũ aut (sitũ *in ras.*) *M* ut *O*, aut ut *cet. nisi quod* aut *in ras. M* 9 quo *FPU* qua] quia *O* iste] constat *addendum cens. Sacch.* 12 illa *FPU* 13 eadem] res *add. U* 14 et *om. FP* ac] et *M* 16 infusam *O* permista *U*, permixtam *O* 19 diurnitatem *O* 20 opus *O* 22 crearetur *ex* creature *O m. 2* 25 mundum *F s. l. m. 2* 26 sunt *LM*

cordia sui nisi ab ea tantum natura atque uirtute hoc est deo, uno omnium conditore, a quo uno fieri ordinarique potuerunt et cuius leges nisi seruarent, statum suum non obtinerent. multo autem ineptius est ullam culpare naturam et malam dicere, quoniam, si a deo omnia et deus bonus est, omnia profecto quae fecit deus bona. si qua autem sunt in arcanis statutorum eius altiora sensibus et cogitationibus nostris, etiamsi rationem eorum consequi et colligere non possumus, tutius tamen nobis est magis occultas esse rationes quam nullas credere, quia non ambigendum omnia dei, etsi nobis non sint perspicua, tamen esse consulta.

4. Itaque si totum mundum deus, qui condidit, et gubernat, quo in loco uel cui creaturae casus et fatum aut fortuna dominabitur? si de motibus uel ordinibus astrorum, ut quidam uolunt, pendent, de igniculis non solum deo sed et mundo ipso minoribus, immo etiam mundi ipsius tertiam partem ministerio famulae lucis ornantibus, istam, quam deo aemulam facis, potestatem trahunt. nam certe diuinae potestatis est elementa turbare uentorumque uiolentiam uel excitare sopitam uel incitatam refrenare et furoribus tempestatum uel dedere uel eripere mortales. qua potestate cum omnis creatura pareat uni omnium creatori subdita, quomodo his diuina uis et potestas datur, quae non solum nomine creatoris sed etiam creaturae specie carent, uacua non spirituum neque corporum nomina gerendis uel significandis rebus aptata, si quidem et fors uerbum dubitantis sit et fatum profantis expressio et casus significatio cadentium uel accidentium? tamen ab usu erroris antiqui ob ignorantiam dei rationis inopes cassa

18] (Verg. Aen. I 52).

2 omnium—uno *om. L*   3 et *ex* ut *F*   4 illam *FPU*   5 bona] sunt *add. U*   7 archanis *ω*   8 colligere et consequi *FPU*   9 tamen *om. M*   est nobis *U*   10 etsi] esse etsi *O*   11 occulta *F*   13 et] aut *U*   statum *FP,* statuitur *U*   14 si de] fide *FPU*   15 geniculis *FPU*   et] etiam *M*   16 etiam *om. M*   ipsius mundi *M*   20 sopitam] positam *Ov*   excitatam *FPU*   21 qua] sub qua *fort.*   22 pereat *O,* careat *coni. Sacch.*   23 et *om. U*   qui *O*   numine *coni. Lebrun*   25 si quidem] cum *M*   26 fatum *LMO*², statum *FPU,* fanum *O*¹   prosantis *F,* pro sanctis *U*   27 accedentium *FPU*

nomina, tamquam ideo numina quoque sint, in speciem corporatam stultis cogitationibus fingunt stultiusque, quam finxerint, donant honore diuino, unde et Spes et Nemesis et Amor atque etiam Furor in simulacris coluntur et occipiti caluo sacratur Occasio et tua ista Fortuna lubrico male nixa globo fingitur. nec minore mendacio Fata simulantur uitas hominum nere de calathis aut trutinare de lancibus. quod deliramentum ne uulgo inputemus aut nimium philosophos admiremur, Platone etiam delirante narratur, qui in gremio anus pensum Necessitatis exponit et tres ei filias addit concinentes et uersantes fusum et per fila ludentes, hoc scilicet lanificio autumans eas conficere res hominum et tempora cuique signata detexere. tantum abusus est humanis auribus adrogantia inanis facundiae, ut ridiculam anilis fabulae cantilenam non erubesceret scriptis suis, quibus de diuina etiam natura quasi conscius disputare audebat, inserere. sed nobis in illo sermonis tantum Attici comitas, non inanis fabulae spectanda concinnitas; quae demulcendis tantum auribus edita sunt, non debent sensuum fundamenta conuellere.

5. Quin potius, ut ratio et ueritas docet, omnia operum dei, in quibus consistimus et quorum pars sumus, omniaque munerum eius, quibus inter uitae istius fragilis et caducae incerta regimur atque seruamur, ad ipsum referamus, nihilque ab illius potestate nostro remoueamus errore, quia, uelimus nolimus, ipse nostri ut omnium et creator et deus est. et quia, quantum est bonitas et sapientia et origo rationis est, nihil

8] (Platon. de rep. X p. 617 B). 21] (Vergil. Aen. II 6).

1 ideo] in dõ *Mv* numina *U Rosw.*, numima *FP*, nomina *LMOv* quoque *Rosw.*, quaeque *MLOv*, queque *FP*, q̃q; *U* 2 finxerunt *F*[1], infinxerint *L* 3 et Spes] spes *FPU* 5 figuratur *FPU* 7 nere de] ne crede *FPU* chalatis *PU*, chalatus *F* 10 concinentes (l continentes) *M* 11 filia *O* autumans eas hoc scilicet lanificio *M* 12 signate *Rosw.* dextere *P*[1] 13 auribus *ex* rebus *O* facumdia *U* 16 illa *O* 17 inanis est *LM* 20 ueritas et ratio *M* opera *FPU* 21 et—sumus *om.* *FPU* 26 quantum *ω*, quantus *Rosw.*, quantus quantus *Schot.* in quantum et bonitas *fort.* quia quantus quantus est, bonitas et *Lebrun distinguit*

nisi ratione constituit et ad materiam suae bonitatis creauit, ipsi omne quod sumus inpendamus et quae illi placita sunt studeamus discere et facere curemus. tunc defaecata mente purius intuentes uidebimus hanc esse ueritatem, ut a deo sint cuncta quae sunt, et hanc esse consequentiam, ut omnia dei facta pulcherrima sint et non sit malum quod bonum habeat auctorem, qui cuncta per mundum nostris usibus praeparauit et nostris utilitatibus agit et ita istius uniuersitatis opus condidit, ut alia ad seruiendum, alia ad exercendum, alia ad dominandum creauerit. itaque corporeis animalibusque naturis homines ratione dominamur. sed ne ipsa potestatis nostrae licentia resoluamur, utiliter exercemur aduersis aut spiritibus daemonum aut difficultatibus negotiorum aut ipsorum saepe elementorum motibus, uidelicet ut exagitati curis prudentiae et metui diuinitatis acuamur. a quo nos quae deberet magis gratificos domino aeterno facere securitas neglegentes facit. unde et magister gentium apostolus ait arcano diuinae pietatis consilio et magno humanae salutis emolumento opponi quosdam obices cursibus nostris et aduersis secunda mutari, ut morbos damna discrimina, quia tribulatio patientiae robur operetur, patientia probationem fidei pariat et praemium gloriae conferat. quod certe uirtus capere nisi uictrix non potest, non habitura uictoriae facultatem, nisi cum aliqua prius difficultate certauerit.

6. Quod cum prudentiae tuae, quam et ingenitam et eruditam habes, litteris quoque ipsis, quas utinam iam ut iudicio ita et studio sacris litteris posthaberes, potuerit intimari, quibus egregie clarorum in ducibus aut philosophis uirorum uir-

21] (Rom. 5, 3).

1 materiam] naturam *fort.*, memoriam *coni. Latin.* bonitatis] rationis *M* 4 purius *Ov*, prius *cet.* 8 ita] ista *PU* istius *om. M* 12 resoluatur *FPU* 13 demonium *P* saepe] etiam *U* 14 prudentiae *Ov*, prudentia *cet.* 15 metui (tui *m. 2 add.*) *O*, metu *cet. v* nosque *F*, nos quoque *O* 17 archano *ω* 21 operatur *FOPU* 22 conferat] pariat *U* 25 ingentem *U* 26 ipsius *FOPU* ut *om. O* 27 imitari *F* 28 aegregiae *O*, egregię uirtutes *M* in ducibus] indicibus *O* iudiciis aut philosophia *uel* in dictis aut factis *coni. Sacch.*

tutes ad nobilem famam non nisi per labores et pericula emicuisse memorantur, admodum miror, cur in ueritate perspicua diuini muneris ita uolueris caligare, ut mirabilem illam nauis iactatae salutem et euidentibus signis procuratam nostrae rei diuinitus terra marique custodiam fortuitis euentibus dederis tantamque occasionem diuinae praedicationis effuderis. erige in summam sapientiae mentem tuam et ipsum ueri luminis fomitem Christum pete, qui fideles animas inluminat et pectora casta perlabitur. quod et te ita sentire docuisti, licet pro excusatione praetenderis inparem te adhuc et ideo non capacem dei, quia terrenis rebus et curis obsessus ab altiore suspectu caelestium quasi nubibus interpositis arcearis. sed utinam ista tam uere possis obtendere, quam facunde potes. arguit enim ipsa facundiae tuae doctrinaeque fecunditas uoluntatem tibi potius in sacris litteris parem quam aut uacationem aut facultatem abesse. non enim, opinor, dormiens aut aliud agens tantas oris aut pectoris diuitias coegisti. omnium poetarum floribus spiras, omnium oratorum fluminibus exundas, philosophiae quoque fontibus inrigaris, peregrinis etiam diues litteris Romanum os Atticis fauis inples. quaeso te, ubi tunc tributa sunt, cum Tullium et Demosthenem perlegis? uel iam usitatiorum de saturitate fastidiens lectionum Xenophontem, Platonem, Catonem Varronemque perlectos reuoluis multosque praeterea, quorum nos forte nec nomina, tu etiam uolumina tenes? ut istis occuperis, inmunis et liber, ut Christum hoc est sapientiam dei discas, tributarius et occupatus es. uacat tibi ut et philosophus sis, non uacat ut Christianus sis. uerte

25] (I Cor. 1, 24).

1 ad *O*, sed *FLPU*, *om.* *M* emicuisse *Ov*, miscuisse *cet.* 4 nostrae *F s. l. m. 2* regi *O* 5 diuinitus *om.* *M* seuentibus *in* fluctibus seuientibus *L corr. m. 2* 7 summa *M* diuine sapientiae tuam mentem *U* 9 et] de *FPU* sentisse *O* 10 in partem *FPU* non ea pacem *O* (ea *m. 2*), incapacem *cet.* 12 arceare *FPU* ita *FU* 14 facumdia tua doctrineque tue *U* 15 potius *om.* *FPU* 16 ut opinor *LM* 21 demostenem ω perleges *FPU* iam *ex* etiam *O* 22 xenofontem *FLOU* 23 perlector *FPU* 24 tu] tu uero *M* 25 hoc] id *M* 26 et *om.* *FPU* 27 et *om.* $F^1$*LM* *pr.* sis *om.* *FMPU*

potius sententiam, uerte facundiam. nam animi philosophiam non deponas licet, dum eam fide condias et religione; conserta utare sapientius, ut sis dei philosophus et dei uates, non quaerendo sed imitando deum sapiens, ut non lingua quam uita eruditus tam disseras magna quam facias.

7. Esto Peripateticus deo, Pythagoreus mundo. uerae in Christo sapientiae praedicator et tandem tacitus uanitati, perniciosam istam inanium dulcedinem litterarum quasi illos patriae oblitteratores de baccarum suauitate Lotophagos, ut Sirenarum carmina blandimentorum nocentium cantus euita. et quia licet quaedam plerumque de inanibus fabulis ,ut de uulgaribus aliqua prouerbiis in usum ueri ac serii sermonis adsumere, dicam non litteras tantum, sed et omnes rerum temporalium species nobis esse Lotophagos uel Sirenas. nam et uoluptatum pestifera dulcedo patriae nobis obliuionem facit, cum homini deum, qui est patria omnium communis, oblitterat, et inlecebrae cupiditatum illam Sirenarum fabulam ueritate cladis imitantur. nam quod illae Sirenae fuisse finguntur, id uere sunt inlecebrae cupiditatum et blandimenta uitiorum; habent enim in specie lenocinium, in gustu uenemum, quorum usus in crimine, pretium in morte numeratur. has oportet ultra Vlixis astutiam cauti non auribus tantum sed et oculis obseratis et animo quasi nauigio praeteruolante fugiamus, ne sollicitati de-

2 depones *FMPU* licet *om. M* dum] si *M* condies *FPU* condias fide *M* religioñ *O* consertis *L* conserta—ut sis *om. M* 3 uitare *FPU* sapientius *Ov*, sapientium *cet.* *pr.* dei] esto dei *M* uatis *O* 4 non] non tam *Mv* 5 eruditus plus facias magna quàm disseras *M* dixeras *U* 6 phytagoreus *O*, pictagoreus *U*, pitagoreus *LM*, pytagoreus *P* uere *ω* 7 tandem *om. M* 9 oblitteratores *v*, obliteratores *ω* bacharum *FLMOP* lothophagos *M*, lotofagos *FLOP*, letofagos *U; et sic codd. l. 14* ut] et *Rosw.* 10 cardina *FPU* cantus *P* 11 manibus *FPU* fabule *FPU* 12 in usum] uisunt *ex* insunt *F* ueri *ex* seri *O* 14 uel *v*, ut *ω* 16 deum] domini *FPU* communis omnium *M* 17 cupidatum *L*, uoluptatum *FPU* illam—*l. 19* cupiditatam *om. L* claudis *O* 18 sirenes *FO*, syrenes *PU* 19 uoluptatum *F* habent enim *LMOv*, habentem *FPU*, habentia *Lebrun ex Vatic.* 20 in uenenum *L* 22 sed et *LOv*, sed *cet.* obseruatio *O* 23 praeteruolante quasi nauigio *FPU* sollicitati *F*

lectatione letifera in criminum saxa rapiamur et scopulo mortis adfixi naufragium salutis obeamus.

8. Atque utinam uel nudis nobis ex istius mundi salo liceat euadere, si in tempore isto, quo in fragilitate corporea et possessionum lubrico tamquam in nauigii fatiscentis infida conpage fluitamus, exuere nos ad enatandum inpedimentis angentibus quasi uestibus madidis et fidem salutarem, qua in uirtute Christi dei uexillo crucis nitimur, quasi tabulam perfugii meminerimus inuadere, ut de rebus fluentibus spem solidam conparemus et de noxia cupiditatum materia aliquid ad innocentiam salutemque rapiamus, quo uidelicet ut deo seruientes cupiditatibus inperantes necessitatis modo desideria terminemus et necessarios habentes habitus non quaeramus superfluos apparatus, quia recordari admonemur nihil intulisse in hunc mundum neque auferre posse. quae ueritas in tantum ualet, ut de gentilibus quoque philosophorum, qui uel extremae ueritatis lineas celsioribus ingeniis attigerunt, inquirendae tantum, nedum sequendae sapientiae uacari non posse senserint, nisi pecuniarum onera quasi stercorum etiam in mare quidam proicerent.

9. Sed tu diuisionem cum deo facito et quasi mutuo beneficio redde summo patri gratiam, qui tamen de his, quaecumque tibi donauit ingenita aut adiecit extrinsecus, te tantum a te reposcit. habeas licet tibi et tuis cuncta quae possides, tantum id curans, ut horum quoque largitorem deum esse fatearis. nihil enim habemus quod non acceperimus, qui in hunc, ut dixi, mundum nudi uenimus. ingenii autem tui facultates et omnes mentis ac linguae opes deo dedica immolans ei,

14] (I Tim. 6, 7). 26] (I Cor. 4, 7). 27] (Iob 1, 21).

2 adfixi *v*, adfigi *O*, affixi *cet.* 4 si] et *M* corporeae *O* 5 lubrica *O* infidę *O* 7 qua] quia *O* 8 uexillo *ex* uello *M m. 2* profugii *U* 9 ut] et *U* coparemus *M* 11 quod *FOPUv* ut *om. M* 14 nihil *ω*, nos nihil *v* 16 gentibus *OU* philosophis *U* extremae *LMv*, extreme *cet.*, extremas *coni. Sacch.* 18 consequendae *M* uacare *FPU* 19 quidam *ut ex margine inlatum fort. delendum* 27 facultates *LM*, facultas *cet. v* 28 ei *ex* dō *M m. 2*

sicut scriptum est, sacrificium laudis ore facundo et corde deuoto. ilico ut ad superna penetralia aciem mentis intenderis, aperiet ad te faciem suam ueritas teque ipsum reserabit tibi. nam diuinae ueritatis agnitu, id quoque, ut nosmet ipsos nouerimus, adsequimur. unde enim putas tantam miseris mortalibus uel superbiae uel ignauiae peruersitatem inoleuisse, ut non colentes deum daemoniis aut elementis subditis sibi seruiant, aquas ignem sidera arbores et simulacra uenerantes cum impiissima diuinae maiestatis iniuria? cuius nomine siue daemones siue creaturas colant, seruos honorant, pro quo his tenebris caecari merentur, ut quia deum uerum intellegere nolunt, etiam sui ignoratione feriantur; qua liberatur homo inluminatus fide, ut ordinem atque mensuram sui generis intellegens deo tantum, cuius unitas ineffabili trinitate censetur, se esse subiectum, ceteris uero omnibus creaturis, si rationabiles sunt, parem, sin uero corporeae, superiorem esse cognoscat.

10. Qua mediocritate homo temperatus neque a salutis sorte delabitur neque a dignitate naturae fitque conscius ueritatis, conpos sapientiae, seruus iustitiae, liber erroris dominusque uitiorum, quibus anima non deo seruiens seruire damnatur, quae deinde ut proprii status exul per omnes cogitationum suarum aut alienarum opinionum deuias uias spargitur, per philosophos uaga ac per ariolos curiosa, superstitioni religiosa, religioni profana, spem inter ac metum semper ambiguis affectionibus pendens. hinc omni uento cuiuslibet doctrinae circumlata, quia diuini timoris uacua, sapientiae caput

1] (Ps. 49, 14). 26] (Eph. 4, 14).

1 sacrificium laudis sicut scriptum est *M* 2 ilico autem ut *M* 3 ueritas faciem *U* suam *om.* *U* 4 ambitu agnitu *U* 5 agnouerimus *U* 9 siue—seu *FLU* 10 demonas *MO* colant (u *supra*) *M* 11 caecare *U* 12 uolunt *U* ignorantia *M*, ignorantiae *L* 14 deum *O* 16 sin uero *Ov*, si *L*[2]*M*, sin *FMPU*, sui *L*[1] 19 ueritatis conscius *FPU* 21 damnatus *O* 22 ut] in *FPU* 23 spergitur *F* 24 ac *O*, *om.* *M*, aut *cet.* *v* 25 inter spem *LU* 26 factionibus *M* omni *om.* *FPU* 27 sapientię (1 ẽ *supra*) *M*, sapientia *FPU*, sapientiam *L*

non habet quasi truncis sensibus, unde intellectum rerum trahat, ubi sententiam statuat ignara; cum se frustra omnibus caelo terraque regionibus peruagata cogitatione distraxerit, in creaturis conspicuis et in nominibus uacuis casuum atque fatorum uim uniuersam, qua mundus agitur, constituit, tam falsi prauique tenax quam nescia ueri.

11. Tua uero mens, quae ignita de caelesti semine diuinum iam spirat ardorem, in ipsam arcem sapientiae Christum fide praeuia dirigatur. potior est copia tibi in nostris quoque studiis possidendae philosophorum facundiae, dum aduersam ueris desinas amare sapientiam. melius enim tenere te potius diuina quaerentem quam quaerere disputantem. mitte illos semper in tenebris ignorantiae uolutatos, in contentionibus eruditae loquacitatis absumptos et altercatione uesana cum suis phantasmatis famulatos, semper quaerentes sapientiam et numquam inuenientes, quia quem nolunt credere deum intellegere non merentur. tibi satis sit ab illis linguae copiam et oris ornatum quasi quaedam de hostilibus armis spolia cepisse, ut eorum nudus erroribus et uestitus eloquiis fucum illum facundiae, quo decipit uana sapientia, plenis rebus accommodes, ne uacuum figmentorum sed medullatum ueritatis corpus exor-

5] Verg. Aen. IIII 188. 15] (II Tim. 3, 7).

1 et quasi *M* truncis] carens *FU et in uacuo spat. P*[2] rerum intellectum *U* 3 dixtrasserat *U* 4 et *om. U* nominibus *Rosw.*, ominibus *LM,* hominibus *FPU,* omnibus *Ov* ominibus—atque *in ras. M* 5 constituens *M* 6 praui quae *O,* paruique *F* 7 diuina *P* 8 artem *F* 9 dirigatur preuia *FPU* potior est *scripsi,* paciscor ex *M,* patior ex *cet.* patior esse copiam *coni. Clauerius,* facio et copiam *uel* potior: est copia *coni. Sacch.* studiis *om. FPU* 10 possidendam *LM* facumdie *PU,* facundiam *LM* ueris aduersam *U* 11 melius] est *add. LM* potius *om. M* 12 dispitantem *F*[1] omitte *LM* 13 uoluptatus *O* 14 absumtos *Rosw.,* adsumptos *LOv,* assumtos *FPU,* assuefactos *M* fantasmatibus *LU,* phantasmatibus *M* 15 fabulantes *M* 16 qui *U* deum credere nolunt *U* non non *U* 18 cepisse] reportasse *M* 20 quod *FPU* quo decipit uana *om. LM* decepit *O* uana] ima *F,* yma *PU* plenis *Ov,* plenus *cet.* accommode *F* *post* acomodes *add. M:* quod tunc ueraciter fiet cum ad uerae pietatis cultum postpositis erroribus uniuersis tota mentis intentione conuersus ne] non *M*

nans, non solis placitura auribus sed et mentibus hominum profutura mediteris.

## XVII.

### Pavlinvs Severo.

1. Et inuitando te et expectando defessi sumus, neque nobis aut uota iam aut uerba supersunt, quae totiens precibus ac litteris frustra effusis adiciamus. quod unum amicitiae communis spe praesentiae inuicem nostrae amputata reliquisti, uerba uerbis rependimus et his saltem solaciis, quae fructum non habent, refoueri optamus, quamquam in his quoque parcus esse coeperis, iam occasionibus nos requirens, toto prope nos biennio suspensos cotidiana conspectus tui expectatione cruciasti. nam et illam aestatem, quae puerorum nostrorum ad te reditum consecuta est, ita clausimus, donec hiems intercluderet, ut omnem diem ad aduentum nobis tuum inlucescere putaremus; sed quoniam nec indices tuae dilationis aduenerant, ea reputatione nos consolabamur, ut te neminem idcirco misisse, quia ipse uel sero adfuturus esses, confirmaremus. interea et hac aestate labente, spe tamen ea nos uel opinione palpante, Romam ad uenerabilem sollemnitatis apostolicae diem profecti sumus, concursum nobis illic tuum debita quidem sed tamen festiua meditatione promittentes, cum decocta praesumptae spei gratia, quod ipse non aderas, non tamen omnino nulla conpotimur, sumentes litteras tuas per hominem carissimi nobis uiri, fratris nostri Sabini. quem quidem primo minime monachali caliga et ueste mirati, cum praeterea facie non minus quam armilausa ruberet, parum spiritalibus buccis, tunc demum esse non nostrum sciuimus, cum per ipsum tabellarii dominum litteras a nobis reposcentem necessitudine uos

2 mediteris] ędideris $LMP^1$, edideris Vale $FP^2U$. — finit ad ionium prosa *O*

*O*. — 6 uota *ex* tota *O*, uita *v* supsunt *v*, semper sunt *O* 7 unam *O* 9 saltim *O* 11 cooperis *O* et toto *fort.* 13 illã ęstatẽ *v*, illamaiestatem *O* 14 reditum *v*, creditum *O* 17 ut *v*, *om.* *O* 19 haęc *O* spe tamen *v*, spectamen *O* 27 armilausa *v*, armis lausa *O*

proxima copulatos esse conperimus. unde et illum ante amicum cumulato nunc amore conplectimur.

2. Rescribendi tamen ex urbe facultas non fuit, quam uix decem dies uidimus non uidentes et ipsum temporis ante meridiem in uotis nostris, quorum cura ueneramus, per apostolorum et martyrum sacras memorias consumentes. deinde ut ad hospitium redissemus, innumeris frequentationibus occupati, quorum partim amicitia, partim religio contrahebat, uix ut uespera solueret coetus nosque laxaret, necessario distulimus officium inopia uacationis. deinde regressis domum aliam moram accidua carnaliter aegritudo obtulit nec paucis diebus haud leuiter nos examinauit. sed, qui uita nostra et resurrectio est, uisitauit in bono humilitatem nostram et cum castigans castigasset nos, morti non tradidit. multa enim flagella peccatoris, sed sperantes in dominum misericordia circumdabit. atque ideo uerberati sumus ut peccatores, liberati ut sperantes in misericordia eius, qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum.

3. Haec igitur iam in uirtute et misericordia domini reualescentes per carissimum in domino fratrem Amachium, domni et patris nostri Delphini subdiaconum, quia ipsius occasio praesto erat, scripsimus, simul, quia se notissimum tibi esse adserebat, oportunissimum credidimus cui litteras ad te nostras crederemus. salutamus te tantum quantum diligimus in domino et adhuc desideramus; nam reuellere de animis nostris spem istam necdum possumus, qua praesumimus te uidendum amplectendumque nobis dono domini in sede ac sinu domni mei, communis patroni Felicis, cui uota tua totiens contestatus sum et promissa recitaui, quotiens a te mihi cauta reminisceris. si fefellimus martyrem ueritatis, non opinor me solum statuendum huius culpae reum, uerum qui spopondi quod credidi; tu, quaeso, mi frater unanime et di-

12] (Ioh. 11, 25). 13] Ps. 117, 18. 14] Ps. 31, 10. 17] Ps. 144, 3.

3 quam *Rosw.*, quem *Ov* 4 decim *O* 6 sacras *v*, sacra *O* 11 accidua *v*, acciduo *O* 21 domini *v* delfini *O* 31 opiner *v* uerum *om. v* 32 spopondi *v*, spopondit *O*

lectissime, dum tempus est, uideas, ne tanto confessori, tam potentis gratiae apud Christum sancto isse uidearis infitias.

4. Causari infirmitatem magis quam pigritiam uel exceptionem personarum qui possis, nescio, cum intra annum eadem opera ad nos potueris peruenire ac recurrere, qua Gallicanas peregrinationes tot annis frequentas et iteratis saepe intra unam aestatem excursibus Turonos et remotiora uisitas. non inuideo, praedico magis deuotionem tuam in domino, quam in seruis suis admiraris et honoras. iuste fateor et merito Martinum frequentari; sed dico iniuste pernicioseque Felicem ab eodem, qui illum honoret, promissis inanibus ludi uel secura promissi iam ut aboliti dissimulatione contemni. qua fide speras Christi gratiam in honore Martini, eadem Christi offensam time in offensione Felicis; et tibi forsitan mens fortior et anima robustior aut potens conscientia perfectae in Christo dilectionis tantam ministret fiduciam, ut magnorum fidei et operationis tuae meritorum conpensatione delictum hoc, quo dominum meum Felicem, quod absit, laeseris, diluendum putes. quamquam de ipsius etiam tibi bonitate, quam de ipso, cuius spiritus est, deo Christo largissimam habet, ueniam tibi polliceris et fideliter facis: uerum ego uel tam timidum me uitio infirmitatis meae uel tam nimium amoris tui fateor, ut pro te etiam tuta timeam, et dum in omni sancto abundare tibi gratiam Christi cupio, nolim te in eo potissimum, in quo dei caritas est insignis et eminens, lapidem offensionis incurrere. scio quidem secundum diuitias bonitatis dei et in domino meo Felice uiscera pietatis adfluere; sed tu, quaeso, hoc eum magis diligas et timeas, quo melior est et indulgentior. magnam tibi talis formido mercedem pariet, ut hinc sollicitior sis, unde potes esse securior, id est ut tanto magis carissimum dei metuas offendere, quanto promptius dignatur ignoscere, quia maiore inpietate laeditur qui nescit offendi et grauius

7] (cf. Verg. Ecl. I 11).

6 frequentas *Rosw.*, frequentatas *Ov* 19 quamquam *scripsi*, quam tam *Ov* 24 *pr.* in *om.* *O* potissimum *v*, potii nram *O* 31 quanto *v*, quanam *O*

uindicatur a domino qui non expetit uindicari. conice, quaeso te, causam istam mutuae affectu fidei et uide si debeas aut ualidus excusare aut infirmus diffidere. dominus enim noster proximus ubique nobis est, qui dicit: in omni loco, dum adhuc loqueris, ecce adsum, et ait: omnia possibilia credenti.

## XVIII.

Beatissimo semper et venerabili patri Victricio Pavlinvs.

1. Quod optantibus aliquamdiu non contigerat, id repente insperantibus domino donante prouenit, ut occasio nobis ad uenerandam sanctitatem tuam scribendi per domesticum fidei et eum potissimum fratrem, qui in domino tuus pariter ac noster esset, daretur. accidit enim Romae nobis ad celeberrimum natalis apostolici diem concurrere benedictum diaconum fratrem nostrum Paschasium, quem praeter gratiam fraterni in sacro ministerio contubernii hoc uenerabilius amabiliusque suscepimus, quod de sanctitatis tuae clero et corpore et spiritu esse cognouimus. sed fatemur uiolentiam nostram, qua illum de urbe ad sanctitatem tuam redire cupientem, quamuis festinationem piam iustissimi desiderii probaremus, tamen in tuo amore conplexi Nolam perduximus, ut et hospitium illic humilitatis nostrae quaedam per illius ingressum tui spi-

3] (Luc. 10, 36). 4] Es. 58, 9 sec. LXX. 5] Marc. 9, 22.

2 mutuae *v*, metuae *O* — finit ad seuerum *O* *FLMOPU.* — item eiusdem ad eundem XXVIII· *L*, ad eundem uictricium ·XXXVI· *M*, incipit ad eundem secunda *O*, epistola sancti paulini episcopi ad uictritium episopum ubi dilectione permaxima qua ferebatur ad ipsum primo proposita quomodo ad episcopalem cathedram deo duce miraculose peruenerit: residuum autem epistole: in laudibus ipsius ad finem usque concludit *U*. — 7 beatissimo semper et] sancto et merito *LM* patri] ac dilectissimo fr̄i *LM* uicturio *F*, uictritio *U* Paulinus] epła XXIIII *add. F* beatissimo—Paulinus *om. O*, *add.* $P^2$ 8 contingerat *L* 10 domesticam $O^1$ 12 esset *v*, est *LM*, esse *cet.* accedit *O* 14 pascasium *LU* 15 in *OM*, ut in *cet.* ministerio *O*, mysterio *M*, misterio *cet.* conturbernii *O* hoc] eo *LM* 16 quod *FOU*, quo *cet.* 17 quia *LM* 19 desideri *O* 20 in] ut in *L* et ut *M* 21 illic *om. M*

ritus aura benediceret et diutius quasi quadam tuae gratiae portione frueremur, uidentes et tenentes eum, quem et institutionis tuae discipulum et uiae comitem modestia morum cordis humilitas mansuetudo spiritus fides ueritatis et sermo in omnibus sale conditus probabat. itaque da ueniam fratri nostro in nobis uel nobis in illo, quia siue illius tarditas arguatur siue praesumptio nostra culpetur, utrumque delictum caritas domini excusabit tibi, qua uel ille nobis parere conpulsus est uel nos eum non timuimus inuadere et pro nostro iure retinere, non adrogantia peruicaci sed corde puro et fide non ficta nostrum credentes esse quod tuum est teque ita uicissim reputaturum non ambigentes, ut illum non afuisse tibi duceres eo tempore, quo nobiscum fuisse cognosceres. nam etsi regionum interuallis corporaliter disparemur, spiritu tamen domini, in quo uiuimus et manemus, ubique effuso coniuncti sumus, ut unius corporis membra et cor unum et unam animam habentes in uno deo.

2. Quamobrem spiritali speculo mentem erga nos tuam considerantes nosque conexos inuicem tibi de affectione nostri pectoris uindicauimus nobis ut unanimem animum tuum in fratre retinendo, gratia domini, quae tibi largiter data est, id ipsum operante, ut in corporis etiam tui membris et in uestimenti tui fimbriis diligaris, quamuis multos morarum illius dies perdiderimus, dum corripiente nos in sua misericordia domino ad emendationem spiritalem carnali aegritudine uerberamur. sed qui consolatur humiles et sanat contritos corde consolatus est nos in praesentia fratris nostri bene-

10] I Tim. 1, 5. 16] (Act. 4, 32). 24] (Ps. 140, 5). 26] II Cor. 7, 6. Ps. 146, 3.

1 quedam *F* gratie *ex* gratione *F* gratiae tuae *M* 2 instrueremur *FPU* *post.* et *om.* *FPU* 3 uiae *O*, uie tue *PU*, uitae tuae *F*, uitae *LM* 5 probat *LM* 6 siue *ex* sine *O* 7 nostra praesumptio *M* 8 excussabit *O* nobis *om.* *M* pulsus *U* 10 sed] se *U* 12 [illegible]ita *L* deputaturum *M*, te putaturum *L* noua fuisse *O*, non defuisse *cet.*, non abfuisse *v* 13 diceres *U* quod *FPU* cognosceris *O* 14 disparemus *F*, disparamur *v* 15 manemus] mouemur *U* 17 uno deo] domino *FPU* 20 unanime *FPU*, unanimae *O* 21 qua et ibi *L*, quia et tibi *FPU* 24 sua *om.* *M* 25 uerberabamur *v*, emendamur *FPU*

dicti Paschasii, de qua dum refrigeramur in spiritu, etiam corpore reficiebamur; amicus enim bonus medicina cordis est, et bene duobus in unum coactis Christus interstat.

3. Neque uero in infirmitate tantum nostra contribulatus et conpassus est, sed in nostri carissimi filii Vrsi, quem comitem indiuulsum peregrinationis suae habuerat, grauissimo languore diu confectus est. in quo et fidem eius et caritatem in domino plenam perspeximus. nam quantum ille laborabat in corpore, tantum hic in spiritu macerabatur. et ideo respexit illum dominus in huius humilitate, cumulans et hoc beneficium, usque ad mortem infirmatum fide tamen et labore Paschasii, in quem dominus experiri uoluit potentiam apud se sancti sui confessoris dilectissimi Felicis dominaedii nostri, de periculo inuenire salutem. per huius enim ipsius manus genitus, in lectulo baptizatus redit. praestabit idem dominus, qui illum orationibus sancti fratri nostro Paschasio et sollicitudini cum eo nostrae et inprimis ecclesiae tuae, te procul dubio semper in tuis ubilibet positis respiciens, redonauit: perducat in conspectum tuum incolumem et saluum et liberum peccato seruumque iustitiae. non ambigimus et ipsum, si ad te meruerit peruenire, magna fidei incrementa facturum pare Paschasio et te amborum magistro.

4. Notum enim nobis fecit Tychicus tuus, carissimus frater et fidelis minister in domino, non quidem te magis quam in

3] (Matth. 18, 20). 9] (Luc. 1, 48). 19] (Rom. 6, 18).

1 pascasii *MO* et de *M* dum *OP*, iam *cet.* refrigerabamur *v* etiam *om. FPU* 4 uero] enim *U* in *om. O* 5 in *om. U* 6 indiuulsus *O* suae peregrinationis *M* langore $FLMO^1P^2$, labore $P^1$ diu confectus est languore *U* 8 laborat $FL^1PU$ 9 macerabatur in spiritu *FPU* 10 usque] ut usque *M*, qui *L* 11 infirmatum *scripsi*, infirmatus *ω* fidem *O* Paschasii in *scripsi*, paschasim *O*, paschasi *F*, paschasii *cet.* 12 potentia *LM* 13 domine dii *LOU*, domine dei (dei *ex* di *F*) *FP* dn̄s̄dii nostri felicis (dn̄s̄dii *m. 2*) *M* inuenire *O*, inueniret *cet.* 15 rediit *FMU* 16 sancti *LM*, sancto *cet.* fratris nostri paschasii *LM* 17 te *Lebrun*, et *ω* 18 ut perducat *M* 19 incolumen *O* 20 ambigemus *FOPU* 21 pascasio *OU* 23 tichicus *F*, thiticus *U*, tyticus *O*, Tytius *v* 24 in domino minister *U*



te deum praedicans, quanta dominus per te lumina in obscuris ante regionibus accendisset, qui educens nubes ab extremo terrae, te quoque in lucem populi sui de extimo orbis eduxit et clarum fulgur in pluuiam uberem fecit. sicut terra Zabulon quondam et Nephthalim, uia maris trans Iordanen Galilaeae, qui sedebant in regione umbrae mortis, lucem uiderunt magnam: ita et nunc terra Morinorum situ orbis extrema, quam barbaris fluctibus fremens tundit oceanus, gentium populus remotarum, qui sedebat in latebris uia maris harenosa extra Iordanem, antequam pinguescerent fines deserti in ea, orta sibi per tuam sanctitatem a domino luce gaudentes corda aspera Christo intrante posuerunt. ubi quondam deserta siluarum ac littorum pariter intuta aduenae barbari aut latrones incolae frequentabant, nunc uenerabiles et angelici sanctorum chori urbes oppida insulas siluas ecclesiis et monasteriis plebe numerosis, pace consonis celebrant. quod quamquam in totius Galliae populis ut ubique gentium Christus operetur, qui totum orbem circuit quaerens dignos se et per nationes in animas sanctas se transfert et in uiis directionis ostendit se hilariter et omni prouidentia occurrit amatoribus suis, tamen in remotissimo Neruici littoris tractu, quem tenui antehac spiritu fides ueritatis adflauerat et potissimum in uas electionis excerpsit, in te prima refulsit clarius, incaluit ardentius et propius adparuit, et in quo sanctificaret illic nomen suum et per

2] Ps. 134, 7. 5] Es. 9, 1; Matth. 14, 15. 11] (Ps. 64, 13). 18] Sap. 7, 27. 19] Sap. 6, 17.

3 extremo *F* urbis *O* 5 neptalin *O,* neptalim *cet.* 6 iordanem *FPU* galileae *LMO,* galilee *FP* qui] et qui *LMv* regionem *FPU* 7 terra] in terra *v* murinorum *ω* 8 situ] sicut *FU* fructibus $U^1$ 9 populi *v,* populis *L* sedebant *v* 10 arenosa *LMU* pinguesceret *FLMPU* 11 fines *O,* fides *cet.* orta] orata *O* a] in *F* 12 corde *O* 13 litterum *O* in tota *O,* intuita *U* 14 barbaria *O* 15 uenerabilis *O* 16 consones *O,* consona *v* 17 in *O, om. cet.* galilę $O^1$ ut] et *v* 19 digno *O* sc̄atasse *O* 20 in *om. U* 21 prudentia *F* 22 litoris *LO* tenui] fides *add. L* 23 et] in te *M,* te *coni. Latin.* in *om. LM* et in te potissimum ut uas *fort.* excerpsit *Ov, om. cet.* 24 primo *FLM,* pimo *U*

cuius nomen etiam solis ab occasu in omnem terram sonus eius exiret adsumpsit.

5. Denique nunc Rotomagum et uicinis ante regionibus tenui nomine peruulgatum in longinquis etiam prouinciis nominari uenerabiliter audimus et inter urbes sacratis locis nobiles cum diuina laude numerari. haud inmerito, cum totam illic, qualis in Oriente memoratur, Hierusales faciem apostolorum quoque praesentia meritum tuae sanctitatis adduxerit, qui peregrinam memoriis suis urbem adfectu sanctorum spirituum et effectu operum diuinorum sedibus suis conparant, qui in te ipsum aptissimum sibi diuersorium reppererunt. iuuat uidelicet amicos dei et principes populi ueri Israel id est populi adpropinquantis sibi in ea urbe remorari et cooperari tibi, in qua cum angelis sanctis continua diebus ac noctibus Christi domini praedicatione mulcentur, in qua illis per deuotissima fidelium corda famulorum plurimae uirtutes amicae gratam requiem et familiare metantur hospitium, ubi cotidiano sapienter psallentium per frequentes ecclesias et monasteria secreta concentu castissimis ouium tuarum et cordibus delectantur et uocibus. et nunc illos intemerata uirginitas in sacri corporis templo tenet, ut in uisceribus pudicis requiescenti Christo hospites faciat. nec minore eosdem uoluptate sanctis operibus et pio ministratu inexpugnata noctu diuque famulantium uiduarum pascit integritas uel subiugatorum deo coniugum arcana

1] (Ps. 18, 5). 12] (Ps. 148, 14). 17] (Ps. 46, 8).

1 solis ab *O*, a solis *FMPU*, solis *L* 3 rotomagum] grato magnum *FPU*, rato magum *O* et uicinis ante] uicinis etiam quoq; *M*, prouintiis ante *O* tenui] prius *add. M* 5 audiuimus *FL* loci nobilis *O* 6 haud *O*, nec *cet.* merito *P*[1] 7 hierusales *OP*[1], ierusalem *FMP*[2], hierusalem *LU* 8 praesentia *FOP*, praesentiam *LMU* qui] cui *O* 10 affectu *U* diuinorum operum *M* qui *O*, quia *cet.* in te] ante *O* 11 repperierunt *FPU* 12 uiri *O* hisrahel *O* adpropinquantes *O* 13 remoratri *O*, morari *FPU* 14 angeli *O* 15 deuotissimas *O* 16 famulorum corda *U* uirtutis *O* 18 psallentis sapienter *LM* per *om. FPU* monesteria (a) *L*, per monasteria *M* secreto *LM* 21 requiescente *O* 22 uoluntate *O* 23 in expugnatu *U* die noctuque *U*, noctu dieque (die *ex* diu) *L*, nocte dieque *M*

germanitas, quae orationibus sedulis laetum in operibus suis Christum ad uisitationem non iam maritalis tori sed fraterni cubilis inuitat, cum ipso sanctisque eius uicissim mixta concubitu castitatis spiritibus uisitantium inmaculato amore confunditur. nunc uero per misericordiae uiscera reficiuntur et in filiis pietatis atque iustitiae conquiescunt, te in omnibus eruditionis tuae filiis diligentes et in te Christum amantes ac per hoc uirtutes dei id est potentiam in Christo suam in tua potissimum ciuitate, ut consortem te suum testentur, operantes.

6. Gratia illi et gloria, qui opera manuum suarum non omittens omnem hominem uult saluum fieri et in agnitionem ueritatis uenire et pedibus euangelii toto orbe discurrens te quoque speciosum uerbi sui pedem facere, in quo exultaret ut gigans ad currendam uiam, et in praeparationem euangelicam pacis suae uestigio calciare dignatus est, ut per te quoque super aspidem et basiliscum ambularet et conculcaret leonem et draconem. ac ne tam inlustris lucerna sub modio taciturnitatis obscura latitaret, sic te apostolicae sedis euectu quasi super candelabrum sublime constituit, ut tota domo multorum inluminatione luceres.

7. Sed quibus te itineribus ad uiam suae ueritatis adduxit? carnalibus muniis ad spiritalia suae uirtutis instituens creauit initio militem, quem postea elegit antistitem, et passus est militare te Caesari, ut deo disceres militare, ut dum labore castrensi corporis robur exerces, spiritalibus te proeliis roborares, confessioni spiritum firmans et passioni corpus indurans. quod diuinae prouidentiae circa te fuisse consilium ingens

12] I Tim. 2, 4. 13] (Es. 52, 7; Rom. 10, 15). 15] Ps. 18, 6. 17] Ps. 90, 13. 19] (Matth. 5, 15).

1 orationis *FPU* 2 thori *ω* 3 cum—*l.* 4 confunditur *om. M* 4 castitas *L* uisitantum *Mv* confunditur *in* coniungitur *corr. L* 7 filii *U* diligenter *O* amantis *O* 9 suum esse *M* operantis *O* 12 mittens *FPU* 15 gygans *O,* gigas *cet.* 17 badaliscum *U* 20 euectum *O* 21 ut] ut in *M* illumatione *F,* inluminatio *L* 23 munus *FP,* in uiis *U* ad] ac *FP* instituens *om. FPU* 24 in initio *M* antestitem *O* 26 rubor *O* roboraris *O*

postea exitus tuus a militia et ingressus ad fidem docuit. cum primo Christi amore suscensus ordinante ipso domino quandam operis sui pompam per insignem concilio militari diem progressus in campum es, toto illo quem iam mente respueras muniminum bellicorum praecinctus ornatu cunctisque mirantibus adcuratissimos in te habitus ac terribiles apparatus repente obstupefacto conuersus exercitu ante pedes sacrilegi tribuni militiae sacramenta permutans arma sanguinis abiecisti, ut arma pacis indueres, contemnens armari ferro, qui armabaris Christo. et ilico antiqui serpentis inuidia concitato in furias tribuno districtus in uerbera et uastis fustibus fractus nec tamen uictus es, quia crucis ligno innitebaris. geminataque mox corpori poena acuto testarum fragmine laniata inmanibus plagis membra substratus es, tunc mollius fulciente Christo, cuius tibi gremium lectulus erat et dextra puluinar. unde ad maiorem hostem necdum uulneribus obductis accensa potius eorum dolore quam fracta uirtute reparatus fortior prosiluisti oblatusque comiti de potentiore inimico gloriosius triumphasti. nec ausis ultra diaboli satellitibus superata ingerere tormenta capitalemque sententiam meditantibus, ut uel fine carnalis tuae uitae uinci desinerent, d o m i n u s  n o s t e r  f o r t i s  e t  p o t e n s  e t  i n u i c t u s  i n  p r o e l i o conspicuis mirabilibus pectora quamlibet obdurata confudit. nam carnifex, qui in itinere, quo percussorem tuum sacra uictima sequebaris, ceruicem tuam insultans minaciter adtingendi temeritate uiolauerat, quasi ictus sui locum praecurrente gladium manu palpans, excussis ilico oculis caecitate percussus est. o Christi ineffabilis bonitas quantum in suos ostendit affectum! iniuriam confessoris sui non tulit inpunitam qui suis crucifixoribus rogauit

21] Ps. 23, 8. 29] (Luc. 23, 34).

2 suscensus *O*, succensus *cet.* 3 sui *ω*, suis *Rosw.* consilio *U* 5 miniminum *U* cinctisque *O* 6 ad curatissimos *O* terribilis *F* 9 contemnes *FPU* qui *LMO*, quia *cet.* 10 armaberis *U* 13 framine *F*, fracmine *L* in manibus *FLU* 14 substratus *Ov*, subtritus *cet.* 15 gremium *ex* geminum *O* 17 prosiliisti *U* 18 potentiori *U* 20 tormenta *om. F* medicantibus *U* 21 carnalis *om. FPU* 22 conspicuus *O*[1] 25 uiolauerit *U* 27 inefabilis (in *ex* m) *L*

ignosci, contumeliam martyris statim ultus est qui passionem noluit uindicari. sed ea ipsa ira pietatis est. idcirco enim unus caecatus est, ut plures inluminarentur et ipse forsitan, qui oculos carnis amiserat, lumina mentis acciperet. statim denique maiore documento qui feralis custodiae ministerium triste curabant, quas ipsi artius innodatas et ad ossa depressas uel exiguo rogantibus uobis beneficio relaxare noluerant catenas, conuersa in conspectu ipsorum prece uestra ad deum Christum sponte de manibus absolutis fluere uiderunt nec ausi renectere quod deus soluerat ad comitem pauidi cucurrerunt, ueritatem dei pro confessoribus confitentes. quod auditum religiose et creditum comes principi suo cum testimonio militum retulit, et, ut ipsius quoque repentina ad clementiam de furore conuersio inter mirabilia dei numeraretur, factus est in te praedicator Christi, in quo esse deuouerat persecutor. puto et ipsum tamquam Saulem aliquando spiritu sancto dominus inpleuerat, quia et te sicut Dauid suum diligebat, ut sicut ille rex quondam, dum ad prophetas persequendos proficiscitur, affectus est, ita et comes ille respersus gratia domini, quae de fidei tuae abundantia redundabat, qui ad puniendum confessorem uenerat, et ipse confessus abscederet. credidit enim et quos saeuiens praedamnarat ut reos laudans emisit ut sanctos et testimonium perhibuit ueritati qui testes fidei punire cupiebat.

8. Quid ergo miremur tam potentem te esse meritorum, tam diuitem gratiarum, cum hoc tibi fuerit uirtutum in Christo rudimentum, quod longorum laborum paucis consummatio est? dubitemus etiam nunc an perfectus sis, qui de perfectione coepisti? et si legitime coronandus sis agone decurso, cum

16] (I Reg. 19, 23).

1 passionem] suam *add.* *MUv* 2 est] fuit *M* 3 et] et ut *M* forsan *PU*, forsam *F* 5 docimento *O* 6 quasi *FPU* 7 nobis *F* 11 deus *in mg. add.* *L* 12 testimonii *O* 13 dementiam *FPU* 14 domini *FPU* 15 in quo] qui *M* 18 dum *om.* *FU* affectus *v*, effectus *O*, propheta effectus *cet.* 20 uouerat *FPU* 22 praedamnaret *L* testimonuit *O* 25 fuerit tibi *F* 26 rudumentum *L* longuorum *O* 28 legiptime *U* cum currere] concurrere *U*

currere coeperis a corona? quis daret nobis pennas sicut columbae? et uolaremus ad te et requiesceremus in conspectu sanctitatis tuae, coram in ore tuo Christum dominum admirantes atque uenerantes, tergeremus capillis pedes illius in tuis pedibus et lacrimis rigaremus et in illis cicatricibus tuis quasi dominicae passionis inpressa uestigia lamberemus. suauiora enim sunt uulnera amici quam oscula inimici. uae mihi misero peccatori inmunda labia habenti, cui fructus iste non contigit, cum in manu fuerit.

9. Meminisse enim credo dignaris, quia sanctitatem tuam olim Viennae apud beatum patrem nostrum Martinum uiderim, cui te dominus in aetate inpari parem fecit. ex illo igitur licet breui notitia te attigerim, tamen magna dilectione conplexus sum et quanta tunc licuit copia ueneratus sum sanctitatem tuam et me ac meos, qui te absentes, tamen quia iungente Christo unum sumus, per me uidebant, commendaui in aeternum tibi, gaudeoque nunc, quod hoc saltem mihi gloriari licet, quia faciem tuam in carne uiderim, sed lugeo neglegentiam infelicitatis meae, quod occasionem tanti boni ignarus amiserim et contenebrantibus me illo tempore non solum peccatis, quibus etiam nunc premor, sed et curis huius saeculi, quibus nunc propitio deo liber sum, sacerdotem te tantum, quod in medio erat, uiderim et, quod inerat insignius, martyrem uiuum uidere nescierim.

10. Memineris, quaeso te, nostri in illa die, qua ad te innumera meritorum tuorum cohorte comitatum ornamentisque felicibus comptum et infulis pariter atque adoreis coronatum et niueas sacratorum antistitum uittas et floridas confessorum purpuras occurrentium manus adferent angelorum teque ipsum

1] Ps. 54, 7. 5] (Luc. 7, 38). 7] Prou. 27, 6. 8] Es. 6, 5.

1 si quis *uel* columbae, ut uolaremus *expectes* 3 deum *Mv* 5 *pr.* in *om. O* 7 suauia *L,* suauis *F,* suauius *PU* sunt *om. FPU* 9 contingit *U* 11 aput *L* martynum *O* 12 te *om. O* ex] et *FU* 16 ingente *O* 17 saltim *L* 21 et] etiam *FPU* 23 erat *M* 25 in illo in illa *L*[1], in illo *FPU* ad *Rosw., om. ω* te] tibi *M* 26 coherte *O*[1] comitato *FMPU* 27 compto *M* coronato *M* 28 antestitum *O* florida *FPU,* floride *O* 29 purpura *FP*[2]*U*

ut argentum igne examinatum et aurum in fornace saeculi huius probatum ipse summus auri sui argentique purgator accipiet et ut pretiosam diademati suo margaritam rex aeternus aptabit nec tuarum tibi tantum praemia se debere uirtutum iudex iustus agnoscet, uidens innumeros circa te sanctorum utriusque sexus greges, quos illi cotidie institutis tuis generas, formula omnibus perfectae uirtutis et fidei; sicut et frater Paschasius ostendit, in cuius gratia et humanitate quasi quasdam uirtutum gratiarumque tuarum lineas uelut speculo reddente collegimus. uere tu beatus tot beatorum parens, tantae messis sator, centenum et sexagesimum ac tricesimum fructum deo fecunditate tuae terrae efferens et mensuram parem de uariis partuum tuorum fructibus recepturus. te altissimus inter regni sui maximos nominauit, cui concessit facto aequare sermonem, ut et doctrina tibi uitae tuae sit et uita doctrinae. quo fit, ut nemo se audeat excusare discipulus uelut difficultatis imperio, cum prius adstringatur uirtutis exemplo.

## XVIIII.

Beatissimo et pecvliariter domino semper in deo Christo nobis patri Delphino Pavlinvs.

1. Expectabamus ut area sitiens refrigeria litterarum tuarum, et anima nostra sicut terra sine aqua sitientibus

1] Ps. 11, 7. 2] Sap. 3, 6. 12] (Matth. 13, 8). 22] Ioel. 1, 20. 23] Ps. 142, 6.

1 exinanitum $P^1$ in *om.* *LM* 2 huius seculi *FPU* sui *om.* *U* 3 diademate *O* 4 aptauit *O* 5 agnoscet// *L* 6 utriusque sexus sanctorum *U* 7 formulam *O* 8 et *om.* *FPU* pascasius *LO* humanitate *O*, unanimitate *cet.* 10 collegimus *O*, colligimus *cet.* 11 tantę *FO*, tante *cet.* centesimum *Fv*, centeximum *U* trigeximum *U*, tricentesimum *FP* 12 t̃rę *ex* ñrę *L* efferens *O*, afferens *cet.*, referens *coni. Latin.* 13 patruum *FU*, pastuum *L* 15 et *om.* *FPU* tuae] suae *U* 16 excussare *O* 18 exemplo uale $FP^2$. — finit ad uictricium · II · *O*
*FLMOPU.* — ad eundem XVIIII · (*in mg.:* haec prima est in ordine ad delfinum) *M*, item epistola eiusdem ad eundem · XI · *L*, incipit ad eundem · III · *O*, epistola sancti paulini episcopi ad delphinum episcopum in qua gratulatur ei et gratias agit promissis ex insperato epistolis: ubi

in tua uerba praecordiis anhelabat; iam enim prope biennium defluebat, ex quo nobis per confamulum Cardamatem modica licet dulcissima tamen oris tui stillicidia roraueras, nec iam interim sperabamus uel guttula tui sermonis aspergi, quia per totam aestatem inrita non uenientis Vrani expectatione suspensi, multo magis tempus hibernum in tuo nobis silentio transigendum putabamus. et ecce misericors et miserator dominus, qui dat escam esurientibus et consolatur humiles et potens est supra quam speramus dare nobis quae desideramus, insperantibus quidem sed optantibus repentino iterum Cardamatem nostrum superuentu intulit nobis, et ut facta est per eum uox salutationis tuae in auribus nostris, exultauit gaudio cor nostrum, et omnia ossa nostra dixerunt: domine, quis similis tibi? quid est humilitas nostra quod memor es eius et uisitas eam? benedixisti, domine, terram nostram et torrente uoluptatis tuae potasti nos. ructabunt labia nostra hymnum uespere mane et meridie. cantabimus et psallemus domino, qui bona tribuit nobis. misit enim nuntium bonum de terra longinqua, quo dulcissimi et carissimi patris et sospitatem agnouimus et sermonem accepimus. unde conuersum est cor nostrum a tristitia sollicitudinis et in gaudium securitatis, et uersa in melius anxiae affectionis uice in illo die nobis per litteras tuas festo delectati sumus

7] Ps. 110, 4. 8] II Cor. 7, 6. 9] Eph. 3, 20. 12] Luc. 1, 44. 14] Ps. 34, 10. 15] Ps. 8, 5. 16] Ps. 84, 2. Ps. 35, 9. 17] Ps. 118, 171. 18] Ps. 20, 14 et 12, 6. 20] Prou. 25, 25. 24] Ps. 89, 15.

etiam ipsum instanter deprecatur: ut dominum oret pro se, ut in sinceritate fidei et bonorum operum perseueret: tamquam bonus filius spiritualis a quo sacrum baptisma suscepisse se dicit *U* 21 patri *om. U* delfino *LMO*, dalphino *FPU*

1 anhelebat $O^1$ 3 temen $O^1$ stillidia *L* nec] hec *F* 4 qua *FPU* 5 ueniente *O* surani *O*, uestra *FLPU*, *om. M* 10 inspirantibus *FPU* 11 cardamantem *F* 12 uox per eum *LM* 13 exultabit $O^1$ 15 quis est *F* 16 eum *FU* tuam *FPU* torrentem $O^1$ 17 uoluntatis *FPU* 18 mane uespere *FPU* *pr.* et *om. LM* cantauimus $F^2PU$ 19 psallimus *FPU* 21 *pr.* et *om. O* sermonem] litteras *LM* 22 inde *FPU* a] et *U* 23 et in] in *LMv*

pro diebus quibus nos humiliauerat diuturnitas taciturnitatis tuae.

2. Confiteamur itaque domino misericordias eius et inmolemus ei hostiam laudis, quia saturauit animam inanem, non quidem, quod propitio ipso dicimus, gratiae eius uacuam sed desiderii nostri fructu ieiunam, cum solatia litterarum tuarum diu esuriret, quae iam, ut dixi, nobis pene biennio negabantur. non statuat illis dominus in peccatum praeuaricationem suam, quorum iniquitas mentita est sibi et longa ab oris tui panibus fame tabefecit animam nostram. remaneant ubi uolunt, quia nolunt ubi malle debuerant. faciant quod eis licet, quia non faciunt quod expedit. nobis accessio talium ut nihil conferre potuisset boni, ita nihil detrahere poterit. utinam peccatis nostris ita nullum nobis fieret detrimentum, si et ipsa cum talibus proximis elongarentur a nobis per multitudinem miserationum eius, qui non secundum peccata nostra retribuit nobis, sed sicut miseretur pater filii sui, ita miseratur timentes nomen suum et sperantes in misericordia eius; quorum participes sumus, quia aduentum eius et diligimus miseri spe misericordiae eius et horrescimus peccatores timore iustitiae eius. sed orationibus tuis propitiatus filiis tuis non intret in iudicium cum malis seruis suis, quorum primi nos ita ut bonorum ultimi sumus. qui et hanc ipsam gloriam, qua te in Christo et a Christo patrem regenerationis accepimus, in cumulum damnationis conuertimus, quia nihil te patre dignum domino altissimo serui

3] Ps. 106, 8. 4] Ps. 49, 14. 9] Ps. 26, 12. 16] Ps. 102, 10. 22] (Ps. 142, 2). 26] (Luc. 17, 10).

1 taceturnitatis *O* 4 ei *om. FPU* 5 dicemus *O* 6 fructu *om. FPU* 7 nobis *om. M* 8 quorum praeuaricatione mentita est iniquitas sibi *M*, quorum praeuaricationem suam iniquitas mentita est sibi *L* 10 panibus fame] pane *F* tabescit *M* anima nostra *M* 11 remeent (en *ex* an) *L* nolunt] uolunt *U* male *FPU* 14 utinam] de *add. FP²U*, ut *add. LM*, ad *add. OP¹*, a *add. v* 15 cum talibus] cuncta libet *U* elongaretur *FPU* 18 misereatur *P¹*, miseretur *FLP²U* timentibus *LM*, timentis (is *ex* es) *O* 19 sperantibus *LM*, sperantis (is *ex* es) *O* eius *O*, sua *cet.* 20 diligemus *FPU* 21 horrescemus *FPU* 22 cum *om. FOU* 23 ita *om. FPU* 24 qui *MO*, quia *cet.*

inutiles et filii degeneres exhibemus, qui etiam nunc infelicem naturalis oleastri duritiam spinoso in corde seruamus, cum iamdudum bonitate domini a cognationis nostrae radice diuulsi in arborem tuam uideamur inserti, de qua pinguedinis tuae sucum medullis animae duceremus et spiritu mansuetudinis in uia pacis radicati bonae oliuae germina esse generosis fructibus agnosceremur.

3. Nunc uero per abundantiam uitiorum nostrorum inopes paternorum bonorum quomodo disponemus sermones nostros in die recognitionis, non adsecuti uirtutes tuas et nullam de tua in nobis stirpe similitudinem praeferentes, qua recognoscamur tui? quis nos eripiet ab ira uentura? quis nos a nobis ipsis eruet, ut emundati a sensibus nostris ab irae caelestis materia fide purgante uacuemur? in nobis enim inesse sentimus causas poenarum aeternarum uiuentibus in corde nostro radicibus spinarum atque tribulorum. nam prior uetustatis nostrae propago ut uinea Sodomorum fellis uuam acerbis carnalis uitae fructibus praeferebat et iram aspidum uenenis malitiae ebria mens uomebat; sed fecit nobis magna qui potens est; misit de caelo et liberauit nos; misit per te misericordiam suam et renouauit faciem terrae nostrae et fecit plantationem tuam esse nos sibi in uinea sua. propterea, pater benedicte et uenerandissime, perpeti cura et adsidua prece dicere te oportet domino, ut respiciat e caelo et uisitet uites istas quas plantauit dextera tua, ut adfixi in uera uite uiuamus non ad ignem amputanda sed ad fructum putanda sarmenta. dirigat nos ipse, qui uitis et uita est, in omnem

4] (Rom. 11, 17). 12] (Matth. 3, 7). 17] (Deut. 32, 32). 19] Luc. 1, 49. 20] Ps. 56, 4. 21] Ps. 103, 30. 25] (Ps. 79, 15). 27] Ioh. 14, 6 et 15, 1.

1 filii] serui *FPU* 3 iam (dudum *om.*) *LM* a] ad *OU* cognitionis *FPU* 6 esse] ex *coni. Sacch.* 9 paternarum $O^1$ nostros *om. L* 10 cognitionis *FPU* 11 in *om. O* quare cognoscamur *FPU* 12 qui *O* eripiat *FPU* 13 seruet *FPU* sensibus (*sed s. l. al* sentibus) *M* 14 esse *FPU* 17 propago ut *LMv*, propagetur *cet.* sogdomorum *U* fellis *F* aceruis *FOPU* 21 tuam *U* renouabit *PU* 22 suam *F* 24 e] ae *L*, de *M*, *om. v* 26 amputandam *FPU* 27 nos *om. LM*

disciplinae suae regulam ueritatis, rigans nos de superioribus suis per eloquia tua casta et pia et tam ignita quam dulcia. sermones enim tui guttae sunt illius pluuiae uoluntariae, quam segregauit deus hereditati suae, qui descendit in uellus, tacito scilicet in uirginem fusus adlapsu. ipse est in cuius stillicidiis laetamur, cum exoritur in nobis et animam renascentem primo notitiae suae rore distillat, ut sanet omnes languores nostros. ros enim qui ab illo est sanitas est nobis, quia ipse est fons uitae qui misit uerbum suum et sanauit nos. hoc dei uerbum, de quo pluuia uoluntaria est, quia non necessitate subiecti sed dei aequalis adsensu et pietatis officio oboediens patri filius humiliauit se usque ad mortem crucis, sicut dixerat per prophetam: uoluntarie sacrificabo tibi, quia idem dominus sacerdos et uictima semet ipsum pro nobis obtulit et propria potestate animam suam et deposuit et resumpsit. et ideo pluuia haec uoluntaria, quae se sponte profudit arentibus terris, ut poneret desertum in flumina. quomodo autem infirmata sit, docet ille qui dicit: crucifixus est enim ex infirmitate; et quomodo confirmata et posita sit, in eodem habes, quoniam, inquit, uiuit ex uirtute dei.

4. Hunc tu dominum ora, donec exores, ut uellera nostra, quae in aqua refectionis manibus tuis lauit, non patiatur iterum peccatis nostris maculata sordescere et rursus in phoenicium uitiis tinguentibus infecta conuerti; sed custodiat excubiis orationum tuarum gratiae suae munus in nobis et operationem manuum tuarum non omittat in nobis, donec maturet et per-

1] Ps. 103, 13. 3] Ps. 67, 10. 5] (Ps. 64, 11; Ps. 71, 6). 7] Es. 53, 4 et 5; Ps. 102, 3. 9] Ps. 35, 10; 106, 20. 12] Phil. 2, 8. 13] Ps. 53, 8. 16] (Ioh. 10, 18). 17] (Ps. 106, 35). 19 et 20] II Cor 13, 4.

1 disciplinam *uel* disciplina sua regulam *coni. Sacch.* regula *U* 4 quae *O* 6 exuritur *O* 7 sanat *F* 8 langores *FLP* 16 *pr.* et *om. M* uolumptaria *U* 17 sponse *O*[1] 18 firmata *F* dicit] dit *M*, ait *L* 20 posita] perfecta *coni. Sacch.* uiuit inquit *M* 22 ad ora *F* 23 quae *om. U* 24 rursum *F* foenicium *O*, fenitium *FLM*, foenitium *PU* 26 et — in nobis *om. LM*

ficiat de nobis fructum et coronam tibi, ut in illa die ueniens in exultatione et repleto sinu portans manipulos tuos possis etiam de nobis in tua prole et messe numeratis dicere: ecce ego, domine, et pueri quos dedisti mihi. sed iam admonet metus fatigationis tuae, non solum autem sed et metus peccati, quod de multiloquio non effugitur, ut inponamus frenum ori nostro et ostium uerbi licet tardo epistolae fine claudamus. sit nobis clausula commendatio Cardamatis, quem gratulamur de benedictione manus tuae ita esse renouatum, ut in eo ante ⟨dante⟩ ridiculam mimici nominis leuitatem nunc adsumpta de exorcistae nomine grauitas reuerentiam dederit. magis tamen admirati eo gauisi sumus, quod etiam pristinae conditionis ingenium religioso mutauit officio; nam adsiduus mensulae nostrae particeps ita se ad mensuram nostri gutturis artauit, ut nec holuscula nec pocula nostra uitauerit, quod poterit adtenuatione sui corporis et oris pallore testari, nisi se forte, dum remeat, per iter laboriosum retractata suorum quondam calicum familiaritate reparauerit.

## XX.

Beatissimo et merito venerabili patri Delphino Paulinus.

1. Oportebat quidem nos sapientiae doctrinam seruantes, iugum linguae nostrae et stateram uerbis inponere, ut et de

2] (Ps. 125, 6). 3] Es. 8, 18. 6] (Prou. 10, 19). 7] (Ps. 140, 3; Eccli. 28, 28). 22] (Eccli. 28, 28).

1 ut *om. FPU* uenien *U* 4 pueri mei *LM* 7 hostium *L,* os tuum *FU* 10 dante *addidi, om. ω* mimici *M,* inimici *cet. v* 11 reuerentiam *Mv,* reuerentiae *cet.* 12 eo] et eo *fort.* 15 holuscula *O,* oluscula *cet.* 16 potuit *F* 17 retracta *O* 18 familitate *F* reparauerit] et ualeas pater *add.* $P^2U$. — explicit *L,* finit III · *O.*

*FLMOPU.* — bī paulini ad delfinum · X · *L,* ad delfinum burdegalensem epm̄ XVIII · *M* (*M m. 1 in mg. postremis singularum linearum litteris abscisis:* haec epl̄a non est in o|⟨rdine⟩ prima ad delfin|⟨um ep̄m⟩ sed secunda sicut ex ti|⟨tulo⟩ eius agnoscitu|⟨r⟩ Illa uero quae mox p|⟨ost⟩ sequitur debet esse|⟨prima⟩), incipit secunda *O,* epistola sancti paulini episcopi ad delphinum episcopum de mutua caritate qua se diligebant et de gratia quam habuit in conspectu sancti anastasii pape urbis rome et

multiloquio nostro et de tua fatigatione geminandum nobis peccatum euaderemus. sed de abundantia caritatis tuae os nostrum ad te dilatatur, neque possumus affectum de praecordiis exuberantem obserato oris ostio intra pectoris taciti claustra cohibere. loquimur ergo ad uenerationem tuam et alia epistola, quia etsi una illa, qua rescripsimus, tam prolixa, ut sufficiat te saturare fastidio, tamen nobis longissimo, ut recognoscis, interuallo temporum accipientibus conloquia tua et nostra reddentibus parum est una ad te epistola loqui. damus enim hinc animae nostrae aliquod etsi tenue solatium, ut dum ad affectionem tuam litteras facimus, toto in faciem tuam corde defixi subito te obliuiscamur absentem et tamquam in praesentis alloquio demorantes longius uerba ducamus, unde flagrantem desideriorum nostrorum sitim etsi non restinguemus, quia nec expedit nobis, tamen proposita interioribus oculis conspectus atque conloquii tui imagine mitigamus. nam etsi prolongatus uideatur incolatus noster a locis habitationis tuae, tamen spiritus non est separatus a conplexu dilectionis tuae. quis enim, inquit, nos separabit a caritate Christi? si neque mors neque uita neque alia creatura, quanto minus absentia corporalis, quae non potest praesentiam spiritalem soluere? quia quanto fortior carne est spiritus, tanto potior est coniunctio animorum quam corporum et interiorum hominum praesentia melior exterioribus separatis, qui saepe sine causa iunguntur locis, si mentibus separentur. non enim, inquit,

2] (II Cor. 6, 11). 16] Ps. 119, 5. 19] Rom. 8, 35. 25] Rom. 2, 28.

de perseuerantia in catholica fide aduersus hereticos insequentes *U* 20 merito *om. LM* uenerabili] semper nobis desiderantissimo *add. LM* delfino *LMOP,* dalphino *F* paulinus salutem *F* 21 opotebat *L* seruantis *O* 22 *post.* et *in ras. P, om. FU*

1 geminam dum *F* 3 nec *F* 4 oris] nobis *U* hostio *FLPU* choibere *L* 5 loquemur *FU* et *om. F* 6 prolixa] est *add. M* 11 diffisi *U,* fixi *LM* 13 desiderium *U* 14 restringuimus *LM,* extinguimus *F* nec] non *F* expedis *U* 18 seperatus *PU* 19 nos separauit *O,* separabit nos *F,* nos seperabit *P* nec-nec-nec *F* 22 patior *L*[1] coniunctio] spiritus *U* 24 presentiam *P*[1] seperatis *PU,* inseparatis *uel* comparatis *coni. Sacch.* quia *PU* 25 si] cum *LM* seperentur *PU*

qui in aperto Iudaeus neque quae in carne est circumcisio; sed qui in occulto Iudaeus, qui spiritu non littera circumcisus, cuius gloria non ex hominibus, sed ex deo. itaque hac eadem lege, qua uerior circumcisio quae in corde quam quae in carne concisio et praesentia firmior quae spiritu quam quae corpore iungitur et cohaeret sibi, semper tecum sumus tuque nobiscum. nam etsi facie ad tempus discernimur, semper tamen corde conserti manemus in te uicissim te habitante in uisceribus nostris et ad conmoriendum et ad conuiuendum. sane, quia ad caritatis eiusdem curam et consolationem pertinet, ut actuum nostrorum inuicem conscii efficiamur, quo tolerabilius de nobis absentibus aestuemus, si non simus incerti, indicamus affectioni tuae, quam scimus de omni actu nostro sollicitissimam esse, propitio Christo, ita ut oras, ualere nos, non quidem robusta sed tamen sana corporum fragilitate, pauperes spiritu non nostro sed dei, cuius bonitate egemus, malitia nostra abundantes.

2. De quo autem Cardamas noster admonuit iussisse te adserens, ut etiam hinc quae circa nos sunt in domino nuntiaremus, sciat ueneratio tua sanctum fratrem tuum papam urbis Anastasium amantissimum esse humilitatis nostrae; nam ubi primum potestatem caritatis suae nobis offerendae habere coepit, non solum suscipere eam a nobis, sed ingerere nobis piissima affectione properauit. nam breui post ordinationem suam epistolas de nomine nostro plenas et religionis et pietatis et pacis ad episcopos Campaniae misit, quibus et suum declararet affectum et aliis benignitatis suae praeberet exemplum. deinde nos ipsos Romae, cum sollemni consuetudine ad beato-

9] II Cor. 7, 3. 16] (Matth. 5, 3).

1 *post* Iudeus *ins. LM:* sed qui spiritu non litera (littera *M*) nec *F* 4 deo *O*, deo est *cet.* haec $O^1$ 5 quam quae *Lv*, quam que *FPU*, quamq. *O*, quam *Lebrun* et *om. P* concisio] circumcisio *LM*, cõsertio *v* 7 semper *om. M* simus $U^2$ 8 consertim *O* 10 eius *F* 12 efficiamus *F* 18 cardamus $O^1$ 19 hinc *Ov*, hinc temporibus (de moribus *M*) sancti Anastasii papae fuisse *cet.* 20 urbis romae *LM* 21 anastasium *s. l. M*, anastasiam $O^1$ 22 primo *L* 24 ordinationet $O^1$ 27 benenignitatis *L*

rum apostolorum natalem uenissemus, tam blande quam honorifice excepit. postea quoque interposito tempore etiam ad natalem suum, quod consacerdotibus suis tantum deferre solet, inuitare dignatus est, nec offensus est excusatione nostra; sed officium sermonis nostri, quod uicem praesentiae reddideramus, acceptans, animo nos paterno et absentes recepit. denique si dominus commeatum donauerit, ut ad eum usitato sollemniter nobis tempore recurramus, spero me ad sanctitatem tuam ei litteras exacturum, quibus etiam tibi nos incipiat commendare.

3. Mediolanensis quoque episcopus nouus, filius uester hucusque, nunc frater, Venerius iam scripserat nobis post ordinationem suam; sed quia et hoc Cardamas iussisse te retulit, scripsimus illi per ipsum, ut sciret paratam esse oportunitatem, si uellet officium debitae pietatis agnoscere, ut beatitudini tuae scriberet et commendaret pectori tuo primordia sua. nos uero gaudemus et gloriamur in domino, quia et uisibiliter et inuisibiliter operaris salutem ⟨in⟩ domum nostram uere pater bonus et salutaris patronus, inuisibiliter nos aedificas in orationibus tuis rogans intra nosmet ipsos fieri regnum dei, uisibiliter autem nobis operaris in fabricis ecclesiarum, ut partem nobis facias cum illo, cuius domus a Christo meruit uisitari, quia de aedificatione tunc synagogae, quod nunc ecclesia est, testimonium religiosae plebis acceperat. fatemur uenerandae pietati tuae legentibus nobis illam epistolae partem, qua Alingonensi ecclesiae nouam filiam te auctore progenitam iam in nomine domini usque ad dedicationis diem creuisse signabas, ita exultasse spiritum nostrum in deo salutari nostro, ut, tamquam in praesenti dedicantium coetibus interessemus, illa de

22] (Luc. 7, 5). 28] (Luc. 1, 47).

1 apostolum *U* 3 consacerdotibus *Rosw.*, cum sacerdotibus *ω* 4 ne *FPU* 5 uice *M,* in uicem *v* 6 obsentes *O* 7 sollempniter usitato *M* 11 uester *om. L,* noster *M* 14 opportunitatem *PUv* 16 sua *om. FPU* 18 operari *FPU, om. M* in *addidi, om. ω* domum *om. LMv* 21 pater *FPU* 22 illo] centurione *add. s. l. M* 23 de] dea *O* testimonium] omnium *FPU* 24 pietatis *FPU* 25 lingonensi *LM* 29 coetibus] actibus *add. in mg. M*

psalmis prophetici gaudii uerba caneremus: exultate deo adiutori nostro; sumite psalmum et date tympanum. tollite hostias et introite in atria domini; adorate dominum in aula sancta eius, uel illud eiusdem prophetae: surge, domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae. sacerdotes tui induant salutarem, et sancti tui exultent. constituant diem suum.

4. Quod uero indicare dignatus es aliquos de parte illius, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, dentibus suis fremere et tabescere, non miramur, quia et in Hierusalem, cum reaedificaretur templum dei, inuidebant Assyrii et fabricam resurgentem conabantur hostilibus saepe incursionibus inpedire. sed quia potior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo, desiderium illorum peribit, nostrum uero confirmabitur, quia speramus in misericordia eius, qui numquam confundit sperantes in se. tantum curet sanctitas tua, sicut facit, ut et in nobis ipsis aedificetur domus a Christo et in Christo, quia nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam, et nisi supra petram, quod est Christus, fundetur haec domus, non poterit uentis spiritalium nequitiarum et torrentibus saecularium temptationum resistere.

5. Ora ueniat dominus Iesus in cor nostrum sicut in templum suum, excutiat flagellum pietatis suae, quo uerberat omnem filium quem recipit, et expellat a sensibus mentis nostrae quasi a negotiatoribus templi omne commercium atque contagium iniquitatis. expellat a nobis boues et uenditores

1] Ps. 80, 2. 3] Ps. 95, 8. 5] Ps. 131, 8. 7] Ps. 117, 27. 8] Sap. 2, 24. 9] Ps. 111, 10. 11] (I Esd. 4, 4. 5, 3). 13] I Ioh. 4, 4. 14] Ps. 111, 10. 15] Ps. 12, 6. 146, 11. 18] Ps. 126, 1. 20] (I Cor. 10, 4; Matth. 7, 24). 23] (Matth. 21, 12; Ioh. 2, 15). 24] Prou. 3, 12; Apoc. 3, 19.

5 archa *FMPU* 7 constituant diem suum *om. M* suum] festum *coni. Sacch.* 9 introiit (t *in ras.*) *LM,* introibit *O*¹ 12 assirii *FLMU* 15 confirmabatur *L*¹, consignabitur *U* sperauimus *F* 17 curet *scripsi,* ueret *O,* uigilet *cet.*, oret *v* 20 super *O*¹ quod *ω*, qui *Rosw.* 21 s̄pualium *L*

columbarum et mensas nummulariorum, ut ab omni inmunditia et cupiditate purgati castam simplicitatem fidei caritatisque teneamus, quia Christi figura seruatur unde Caesaris nummus expellitur et, ubi boues non sunt, praesepia munda sunt et fides incorrupta retinetur, ubi columba non uenditur. nisi enim nos deo tradamus, uendimus diabolo. unde et uetus homo qui se consilio malesuadi serpentis addixit, uenumdatus sub peccato dicitur. denique quasi uenditus eguit redemptore, qui nos magno emit, ne iam aut diaboli aut nostri essemus et a progenie uiperarum in genus regale et sacerdotale mutati efficeremur sanguis eius, qui nos ab originis primae generosa institutione degeneres et durante peccato uiles prius animas pretiosas sanguinis sui commercio fecit et coheredes sibi ac filios dei fieri non inuida pietate concessit. exultemus et gloriemur in eo, qui factus est refugium pauperum, ut humiliaret oculos superborum. exhibeamus illi et templum in nobis et sacrificium expurgantes nos, si possimus, ueteri fermento, ut efficiamur azymi et ipse qui pro nobis inmolatus est in nobis Christus epuletur.

6. Meminerimus nos ab utero terrae et cognationis nostrae segregatos Delphini filios esse factos, ut efficeremur illi pisces, qui perambulant semitas maris. meminerimus te non solum patrem sed et Petrum nobis esse factum, quia tu misisti hamum ad me profundis et amaris huius saeculi fluctibus extrahendum, ut captura salutis efficerer et cui uiuebam naturae morerer, ut cui mortuus eram uiuerem domino. sed si

3] (Matth. 22, 21). 4] Prou. 14, 4. 7] (Gen. 3, 6). Rom. 7, 14. 8] (I Cor. 6, 20). 10] (Matth. 3, 7; I Pet. 2, 9). 14] (Rom. 8, 17). 15] Ps. 9, 10. (Ps. 17, 28). 17] (I Cor. 5, 8). 21] Ps. 8, 9.

4 mundua *PU* 5 tenetur *M* nisi—tradamus] cum enim peccamus *LM* 6 uendimus nos *LM* diabulo *O* 7 malesuadentis *LM* serpentes *O*[1] addictus *FPU* 9 et] sed *fort.* 12 precioso *O* 17 possumus *LM* ueteri *O*, uetere *cet.* 18 azimi *ω* 20 cogitationis *FLPU* 21 delfini *LO*, dalphini *F* delfini esse filios factos *M* 22 memineribus *L* 23 tu *om. FPU* 24 amum *O* de profundis *LMv* 26 uirem *U*

piscis tuus sum, debeo ore pretiosum praeferre denarium, in quo non Caesaris figura et inscriptio sed regis aeterni uiua et uiuificans imago praefulgeat, fidem scilicet ueritatis, quae doctrinae tuae monetam et anuli tui symbolum nummo cordis mei et cerae mentis inpresserit. doctrina enim tua argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplo.

7. Donet orationibus tuis dominus, ut monetae tuae nummus, ut hami tui piscis, ut uitis tuae sarmentum, ut uteri castitatis tuae filius sim. filii enim Delphini reputabuntur in filiis Aaron, sed non cum illis, qui ignem alienum domino obtulerunt et eo, quem in suis cordibus extinxerunt, igne diuino incensi sunt. tuis filiis sit cor ardens non cupiditatum et inlecebrarum saecularium iniquis ignibus sed illo igne, quem uenit accendere in nobis dominus, de quo ait: ignem ueni mittere in terram, et quid uolo, si iam incensus est? non ergo auaritia, non concupiscentia oculorum et noxius temporalium rerum amor in nobis ardeat igne pestifero, qui ignis alienus est deo; sed deus ipse noster, qui est ignis consumens, suum ignem agnoscat in nobis, ut dicamus: dominus inluminatio et salus nostra, quem timebimus? iste ignis corda inluminat et peccata consumit, tenebras quibus mortificamur extinguit et lucem qua uiuificemur accendit. si hoc igne lucernae nostrae sint semper ardentes, confidenter

1] (Matth. 17, 26). (Matth. 22, 21; Marc. 12, 16; Luc. 20, 24). 5] Ps. 11, 7. 10] (Leu. 10, 1). 12] (Luc. 24, 32). 14] Luc. 12, 49. 18] Hebr. 12, 29. 19] Ps. 26, 1. 23] (Luc. 12, 35).

1 pretiosum *LM*, pręcioso *FOPUv* proferre ore praecioso *F* 3 fidem *FPU*, fides *LM*, fide *Ov* quam *LM* 4 monetam *M*, monita *Ov*, moneta *cet.* annuli *Fv* 5 ĩpressit *M* 6 in septuplum *LM* 8 sarmentum] palmes *M* 9 sim filius *M* delfini *LMO*, dalphini *PU*, dalfini *F* in filiis aaron reputabuntur *FPU* 10 optuler̃ *O* 11 et *om.* *FPU* in *om.* *U* exti$^{c}$uxerunt *O*, *om.* *M*; habebant *add.* *FOPU*, uel non habebant *add.* *LM* 12 incenso *F*, incensọi *U*, incessi *O*[1] inletebrarum *O*[1] 13 carnalium *F* 15 et—est *om.* *M* 16 noxium *O* 17 rerum] rex *U* quis *L* 18 a deo *F* quis *L* 19 per s. i. agnoscatur *coni. Sacch.* 20 et *Ov*, nostra et *cet.* 22 uiuificamur *LM* 23 semper sint *L*

dicemus: et si ambulem in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. hoc igne inluminati et ad sitim aquae uiuae per ignis huius ardorem accensi in desiderium domini uere dicemus: sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus. quoniam apud te fons uitae, in lumine tuo uidebimus lumen.

## XXI.

Sancto et merito venerabili ac dilectissimo fratri Amando Pavlinvs.

1. Volucrem pedibus et leuem cursu, ita ut et ceruis uel capreis aemula pernicitate contenderet, Asael illum fratrem Ioab in sacra Regnorum admiramur historia. nec non minus illum in allophylis gigantem stupemus legentes, qui ultra humani corporis modum et mensura membrorum creuerat, quem senis armatae digitis manus et totidem pollicibus articulati pedes fortiorem ceteris uelocioremque faciebant, nisi quod contra Dauid manu dei dimicantem et Christi imagine semper inuictum nulla magnorum licet hostium manus uirtusque praeualuit, qua in alienis grandibus superba diaboli exaltatio dei-

1] Ps. 22, 4. 4] Ps. 41, 2. 6] Ps. 35, 10. 13] (II Reg. 2, 18). (I Reg. 17, 4; II Reg. 21, 20).

1 n. t. m. q. t. m. e. *(sic) M* 2 per ignes *O* 3 incensi (ac *supra*) *O* 4 desiderat *om. L, s. l. add. M* 5 ita d. a. m. a. t. d. *LM* 6 te est *LM* in] et in *LMv* 7 lumen] ualeas pater *add. FP*[2]*U.* — explicit *L*, finit ad delfinum epm · II · *O.*

*FLMOPU.* — ad eundem · XXX · III · *M*, item ad eundem · XXV · *L*, incipit ad eundem · V · *O*, epistola sancti paulini episcopi ad amandum presbiterum, ubi de misterio trinitatis: et de incarnatione uerbi sermonem protrahens: gratiatias agit: pro destinatis epistolis: et portitorem earum conmendans laudibus plurimis effert *U* 10 Paulinus] epła XX. *add. F* 11 ut et] ut *Rosw.* uel] et *O* (*sed in mg. m. 1* uel), et *v* 12 asahel *LP*, asachel *MU*, asalael *O* 13 non *O, om. cet.*, nos *fort.* 14 allophilis *FMPU*, allofilis *LO* gygantem *M* 15 mensuram *LM*, mensura et numero *coni.* *Sacch.* quam *FPU* 19 licet magnorum *M* 20 qua *O*, quia *cet.* exultatio *LM*

ciebatur et in pusillis nostris humilitate praepotens salutaris dei forma uincebat.

2. Sed recurramus ad epistolae caput, quod a pedibus inchoauimus, ut cursorem dominicum Cardamatem signatis in lege diuina antiquorum uelocium laudemus exemplis. subuenit itaque nobis et de euangelio adolescentis apostoli beata uelocitas illa, qua Petrum affectu currendi parem sed maioris aeui pondere tardiorem ad sepulchrum domini praecucurrit, ut resurrectionem corporis prior inspiceret qui solus in pectore recumbebat. unde geminos in alueum cordis sui traxerat fontes, quos in orbem idem postea, reuelationis et euangelii praeco, diffudit, et illam carnalem alacritatem pedum postea speciosis uerbi pedibus toto per populos orbe discurrens spiritali uelocitate conpleuit.

3. Idem ultra omnium tempora apostolorum aetate producta postremus euangelii scriptor fuisse memoratur, ut, sicut de ipso uas electionis ait, quasi columna firmamentum adiceret fundamentis ecclesiae, priores euangelii scriptores consona auctoritate confirmans, ultimus auctor in libri tempore sed primus in capite sacramenti, quippe qui solus e quatuor fluminibus ex ipso summo diuini capitis fonte decurrens de nube sublimi tonat: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum. transcendit Moysen qui usque ad caput mundi et uisibilium creaturarum exordia scientiae terminos acie mentis extendit. iste et euangelistis ceteris uel ab humano saluatoris ortu uel a typico legis sacrificio uel a prophetico praecursoris baptistae praeconio euangelium resur-

8] (Ioh. 20, 4). 9] (Ioh. 13, 23 et 21, 20). 22] Ioh. 1, 1. 26] (Matth. 1, 1; Luc. 1, 5; Marc. 1, 2).

1 nostris pusillis *FPU*, pusilli nostri *coni. Sacch.* 3 incohauimus *U*, incoauimus ([h] *m. 2*) *M* (*et sic infra*), incoauimus *L* 6 adoloscentis *P* 7 quae *O*, que *F* 8 praecurrit *FPU* 10 geminos] genus *U* 11 predo *O* 12 difudit *P* carnalem *om. FPU* 13 uerba *U* 18 prioris euangelii scriptoris *O* auctoritate] uoce *FPU* 23 trascendit *PU* moisen *FU* 25 acie *O*, uel aciem *cet.*, aciem *v*, uel acie *Lebrun* etet *P* 26 a typico] ataspico *O* 27 batistae *U*

rectionis exorsis altius uolans penetrauit et caelos, neque in angelis stetit, sed archangelos quoque et omnes desuper creaturas uirtutes principatus dominationes thronos supergressus in ipsum se creatorem ardua mente direxit, et ab illa ineffabili generatione ordiens coaeternum et consubstantialem et coomnipotentem et coopificem patri filium nuntiauit, in spiritu sancto deo deum cernens, quia in ipso trinitas diuinitatis inpletur et una trinitatis diuinitas cernitur. spiritus enim dei sicut et uerbum dei deus, uterque in uno capite permanentes et ex uno patris fonte manantes, sed filius nascendo, spiritus procedendo, salua quisque personarum suarum proprietate distincti potius quam diuisi.

4. Iohannes igitur beatus dominici pectoris cubator, qui sensum creaturis omnibus altiorem ex ipso creatricis omnium rerum corde sapientiae biberat, inebriatus spiritu sancto, qui scrutatur etiam alta dei, ab ipso intimo et infinito omnium principiorum principio euangelii fecit exordium, quo uno omnia diaboli, quae in haereticis latrant, ora clauduntur. et prima Arrii lingua praeciditur, sed et Sabellii blasphemia uacuatur, cum eadem piscatoris nostri sententia et unitas deitatis in patre et filio et diuisio personalitatis exprimitur. eodem capitulo et Photinus, humani tantum in Christo exordii demens magister, exploditur et Marcion, qui deum legis et euangelii discernit, extinguitur et Manichaeus, ueri creatoris negator et falsi confictor, obteritur, subtexta ilico eiusdem supercaelestis euangelii uoce confusus (supercaeleste hoc euangelium dixi, quia exordium eius ab ea origine, quae super omnes caelos et

13] (Ioh. 13, 23. 21, 20). 16] I Cor. 2, 10.

1 et] ad *F* 3 trhonos *P* 4 ipsum] spiritum *U* 5 coeterum *FP* *alt.* et *om.* *v* 6 coomnipotentem *Pv*, omnipotentem *cet.* initiauit *U* 7 deo *om.* *FPU* diuinatis *U* 11 personae suae *M* 12 diuisi *M*, diuisi erant *F*[1], diuisi erunt *cet.*, diuisi sunt *coni.* *Sacch.* 13 tubator *U*, accubator *v* 14 sensus *v* creatoris *F*[1] altiores *Mv* creaticis *U* 15 scientie *FPU* 17 altiorem euangelii *M* 18 primo *LM* 19 sabelli *PU* blasfemia uacuantur *O* 20 deitatis] dei patris *M* impatre *O* 22 fotinus *ω* clemens *O* 23 martion *MU* 24 uiri creator negator *O*

ante omnia saecula est, inchoatur), quia de hoc dei uerbo deo audit: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Gnosticum uero falsae scientiae nomine gloriantem et omnem peruersae mentis intellectum in aëria quaedam phantasmata uelut spiritali corporalium rerum imaginatione uertentem ad fidem carnis in Christo cogit idem auctor, cum de eodem uerbo, quod erat apud deum deus, dicit: et uerbum caro factum est. non tamen, ut alii quidam serpentium sibilare dicuntur, ita caro factus, ut a sua natura migraret in nostram, sed ut secundum se manens quod erat propter nos inciperet esse quod non erat.

5. Nimium longe prouehor, dum unanimitatis tuae indulgentia sic abutor, ut nec multiloquio fatigare te nec insipientia errare apud te uerear. scio enim, quia cum sis sapiens, libenter tamen insipientem tuum portas per eam caritatem, quae omnia sustinet et numquam excidit. dicam tamen iam mihi, ut custodiam uias uerbi mei, ne delinquam in lingua mea, sed paucis descendam in Cardamatem id est Asael nostrum, cuius pedes tamquam cerui perfecistis, renouando sicut aquilae iuuentutem eius per abundantiam dilectionis uestrae, qua illum respectu humilitatis nostrae susceptum constituistis in atriis domus domini, ut plenius homini liber esset, cum Christi libertus esse coepisset. hac illum pietate fecistis reflorescere non solum spiritu sed et corpore, ut etiam ipse de uisceribus uestris repletus affectu, quo nos diligitis, desideria uestra nobis adferat et uicissim nostra soletur et tantis inter nos regionum interuallis prope

2] Ioh. 1, 3. 7] Ioh. 1, 14. 14] II Cor. 11, 19. 16] I Cor. 13, 7. 17] Ps. 38, 2. 19] II Reg. 2, 18. 20] (Ps. 102, 5).

1 quia de hoc — *l.* 3 nihil *add. in mg. m. 1 et p. 151, l.* 26 *ante* supercaeleste *inseri iussit M* uerbo dei *FPU* 3 nomine *om. F* 4 *post* intellectum *in mg. ins. M:* ueram dñi humanitatem 5 fantasmata *ω* 7 dixit *LM* 9 uidentur (ł dicuntur) *M* factus est *M* a *om. FU* 10 se manens] remanens *Ov,* se remanens *Lebrun* 11 non *om. U* 12 uuianimitatis *O,* humanitatis *FPU* 14 quia *om. FPU* 15 tuam *O* 16 excidet *LM*[1]*O*[2], excedit *O*[1] 18 discendam *FPU* 19 asael *FO,* asahel *cet.,* asaelem *v* 21 quia *LM* 23 plenus *L* 24 fecistis illum *F* 27 prope *om. M*

sollemniter commeans propter uerba labiorum uestrorum custodiat uias duras. credimus quidem illum de ipsis quas gerit litteris sanctitatis uestrae pennas tamquam columbae adsumere et praeterea de orationibus uestris uirtutem pedum, qua ad nos peruehatur, accipere; sed tamen ei de hac ipsa gratia congratulamur, qua positus est in tantae ministerium caritatis, ut in libertate seruiat, in senectute discurrat et requiem uacationis emeritae malit in peregrinationis labore quam in domestica sede consumere, quia pigrorum uias spinis stratas calcare declinat, ne conuertatur in aerumnam, dum ei de inertiae infructuoso otio miserae sollicitudinis spina configitur. exultat itaque inpiger ad currendam uiam, ne illi segne otium conterenti pedissequa pigrorum inopia tamquam bonus cursor occurrat. ueniens autem ad nos quanto perfundit et inplet animam nostram gaudio bonis de sospitate uestra nuntiis! inpinguat ossa nostra et fit uox laetitiae in tabernaculis nostris, cum refectis exoptata consolatione mentibus dicimus: dominus memor fuit nostri, et benedixit nos.

6. Exultemus et laetemur in eo, qui dat uotum optanti et desiderium animae nostrae tribuit nobis, quoniam praeuenit nos in benedictione dulcedinis. quae enim nobis nunc benedictio dulcior aut dulcedo suauior quam fructus et consolatio caritatis, quae a litteris uestris maxima nobis datur? in quibus pignora quaedam et oris uestri et cordis amplectimur, quia eloquia uestra partus animae uestrae sunt; ex abundantia enim cordis os loquitur. ideo Cardama-

1] Ps. 16, 4. 3] Ps. 54, 7. 9] (Prou. 15, 19). 13] (Ps. 31, 4. 18, 6; Prou. 6, 11). 16] (Prou. 15, 30). Ps. 117, 15. 18] Ps. 113, 12. 19] Ps. 117, 24. 20] Ps. 20, 3. 26] Matth. 11, 34.

4 adsumere *O*, sumere *cet.* et] eo *FL*, et eo *U* praeterea *om.* *M* 5 peruheatur *U*, prouehatur *F* ei de *v*, fide *ω* 6 ipsa *om.* *F* congratulatur *FU et in ras. P* quia *LM* ministerio *v* *post.* in] et in *FPU* 8 merite *F*, imerite *U* 11 solitudinis *FU* 12 currendum *F* 13 segni *FPU* negotium *M* pediseequa *FLM*, pedis equa *PU* pignorum *FPU* 14 bonus [l malus] *M* 16 impinguans *M* 17 uestris *U* 18 nobis *LM* 19 qui dat *ex* quidam *O* optandi *FPU* 21 benedictionibus (dulcedinis *om.*) *M* 21 aut quae *M* 23 uestris *Ov*, *om. cet.* 24 quibus] his enim *M*

tem et aduenientem in uestro sermone diligimus et nostro commendamus abeuntem; dignus est enim cuius senectus in misericordia uberi requiescat, quae pro caritatis et desideriis et officiis laborat. praeterea quod magis in eo quam ipsam in canis eius uelocitatem mirati sumus, ita de nomine exorcistae ad frugalitatem profecit, ut prope cotidianus esse nobis conuiua non fugerit, et, cum raris et minutis calicibus adspergeretur, quibus labra summa uix tingueret, nihil de uacui uentris aut sicci gutturis iniuria querebatur. prorsus per omnia Cardamus nobis tam bellus apparuit, ut clericum probabilem hominibus et exorcistam daemoniis terribilem uideremus. de cetero, frater, et ipsum et omnes nostros et nos ipsos commendamus uobis, ut per uos domino commendemur inpensis orationibus, ut et nostrorum omnium libertas domino aeterno seruiat et nostra seruitus in Christo libertatis aeternae meritum consequatur.

## XXII.

Severo fratri vnanimo Pavlinvs.

1. Epistolas, quas per nostrum illum inspiritalem monachum miseras, uere spiritalis tabellarius intercepit et pertulit, id est filius noster Sorianus, in quo duplicem gratiam dominum contulisse perspeximus, ne uel ille ad nos sermonis tui uacuus

2] Ps. 91, 11.

1 diligemus *O* 3 in *om.* *FPU* quae] qui *v* 6 exhorciste *P*, exhoraste *U* cotidianis $P^1$ esset *PU* 7 refugerit *M* 8 tingeret *FPU* 10 tam bellus] tabellus *FPU* 12 et nos ipsos *om.* *FPU* 13 commedamus *O* impressis *FU* 16 consequamur *F*; ualere te oro *add.* $FP^2U$. — finit · V · *O*
*FLMOPU.* — incipit sexta eiusdem *F*, item epistola eiusdem ad eundem · V · *L*, ad sulpitium seuerum · XIII · *M*, incipit ad eundem septima *O*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monacum ubi receptis epistolis ei plurimum gratulatur commendans sorianum uenerabilem monacum portitorem earum: ubi etiam sub compendio monasticam uitam describit *U* 19 spiritalem $FP^2U$ 20 est] es *U* 21 sorianus (ri *in ras.*) *M* dñm grãm *M*

adueniret, qui nos de tuis uisceribus inbuto affectu desiderauerat, ne uel iterum tuas nobis litteras Marracinus adferret, qui diuinitus, ut credo, inspirata sibi aut uerecundia nos uidendi aut pigritia ultra urbem itineris porrigendi Romae litteras tuas supradicto fratri dedit, gaudens optati occasione conpendii, qua sibi aduersum tua praecepta consultum putabat, ne cogeretur monachum aut in se, ut iusseras, fingere aut in me, ut necesse erat, cernere. sibi ergo ille habeat armilausam suam et suas caligas et suas buccas, quarum alia mutare, alia deducere timuit.

2. Nos adeant et reuisant conseruuli et conpallidi nostri, non uestibus pictis superbi sed horrentibus ciliciis humiles nec chlamyde curtalini sed sagulis palliati nec balteo sed reste succincti nec inproba adtonsi capitis fronte criniti sed casta informitate capillum ad cutem caesi et inaequaliter semitonsi et destituta fronte praerasi. et ornatu pudicitiae inornati et decenter inculti sint et honorabiliter despicabiles, cum ingenitam quoque speciem corporis pro interiore cultu aspernantes etiam studio deformantur, ut fiant pudenter inhonesti uultibus, dum perficiantur salutariter honesti mentibus. huiusmodi hominum et uultus et habitus et odor nauseam illis facit, quibus odor mortis est in odorem uitae, quibus dulce quod amarum et turpe quod castum et hostile quod sanctum est. propterea iustum est, ut reddamus illis uicem, ut sit nobis odor eorum tamquam odor mortis, ne desinamus esse odor Christi. quid enim nobis iure suscenseant, si uicissim nobis foeteat odor uitae eorum, quibus odor noster in mortem est? ille ieiunium

21] (II Cor. 2, 16). 22] (Es. 5, 20).

1 ueniret *M* 3 ut *om.* *FLPU* inspirata sibi *v*, inspiratam sibi *O*, inspiratus ibi *cet.* 6 quia *M* cogeremur *F* 7 iusserat *FP*, iuxerat *U* 9 alias—alias *LM* 11 reuiseant *FU*, reuisent *LO* pallidi *O* 13 chlammide *O*, clamide *cet.* 14 crinit *F* caste *U* 15 symetonsi *FP*, si me tonsi *U* 16 distituta *O* pudititiae *O* 17 despicibiles *M* 19 prudentes *L* 20 salubriter *F* 21 nausiam *FLM*, nausem *U* faciat *LM* 23 est *om.* *F* 24 illi *FPU* 25 desideramus *F* 26 in nobis *L* suscenseant *O*, succenseant *cet.* feteat *LO*, fetat *FP*, petat *U* 27 eorum *om.* *U* nostrae *v*

meum horret, ego illius crapulam ferre non possum. ille halitum monachi loquentis euitat, ego flatum Thrasonis ructantis effugio. si illis displicet gutturis nostri siccitas, et nobis gulae cruditas. si illos offendit frugalitatis ariditas, et nos uentrium offendit ingluuies. uideant ergo nos non mane ebrii sed uespere ieiuni nec hesterno inflati uino sed hodierno abstemii nec de crapula libidinis dementer instabiles sed uigiliis honestatis integre saucii et sobrie temulenti, quos parsimonia faciat, non uorago titubare.

3. Talem nos epistolae tuae portitorem excepisse laetamur, quem rogo sic accipias, quasi a te missus mihi uenerit. namque inter eos, qui uice fraternitatis tuae ad me uenerunt, debet et iste numerari, cui dominus, ut ita a te numeraretur, litteras tuas et ignorante te tradidit. puto autem quod et tu diuinae huius gratiae beneficium huic deputes, per quem et tibi praestitum est, ne litteras nobis tuas non tui corporis perlator adferret. sed tamen ipsius pace laudatum Sorianum uolo, ne me illi rursus accuses. praedicasse enim me illum magis quam uituperasse existimo eorum commemoratione, in quibus necesse est glorietur qui esse aut uideri monachus erubescit. denique meministi in Vergilio Furiam his laudari quae solent obici. uide autem ne mihi calumnieris, quod aliquid de poeta non nostri iam studii tamquam propositi uiolator adsumpserim; exempli tui auctoritate hoc me fecisse contestor; teneo enim epistolam tuam, cui clausula est:

Viuite felices, quibus est fortuna peracta,

sed et illam, in qua pro domestica sede larem familiarem Plautini memor prologi nominasti.

20] (Verg. Aen. VII, 323 sqq.) 25] Verg. Aen. III, 493. 27] (Plaut. Aul. prol. 2).

1 possem *FPU* hanelitum *M*, alitum *FOPU* 2 loquentis monachi *F* trasonis *LM*, tyhasonis *O* 3 gulae] eorum *add. v* 4 et *Ov*, *om. cet.* uentrum *F* 5 erga *L* ueniant ergo ad nos *M* 6 externo *U* abstenui *U* 7 integri *O*, integrae *F* 10 excipias *LM* missum $FU^1$ 12 et *om. LM* ita *om. LM* 13 tuas et] tuas etiam *v* put *U* tu] te *F* 15 tui] tuus $FP^2U$, tua $P^1$ 16 sorianum (i *eras. uel in lit.*) *M*, Marracinum *coni. Sacch.* 17 *post.* me *om. LM* quam istum *M* 20 in] et in *LM* uertigio *O*, uirgilio *cet.* iis *v* 27 nominasti] ualeas oro *add.* $FP^2U$. — explicit *L*, explicit epistola sexta *F*, finit ad seuerum VII. *O*

## XXIII.

### Severo fratri Pavlinvs.

1. Quid extorques, ut te plus amemus? crescere summa non recipit. si potest mare superfluere obices suos et quaecumque naturalem plenitudinem seruant incrementum temporale sentire, potest et caritas in te nostra cumulari, quam suo fine conplemus, cum te sicut nosmet ipsos diligamus. itaque ut cubitum ad staturam nostram adicere, sic amoris tui cumulum facere non possumus; desideriis tamen modum nullum ponimus. qui enim existimas satisfacere te nobis adsiduitate ista honorificentiae ac pietatis tuae, qua praesentiam tuam nobis tam frequentibus epistolis conpensare conaris, sollicitas potius gulam caritatis tantoque minus exples gratia litterarum, quanto maiorem sedulitate ipsa et humanitate sermonis tui causam suggeris te ipsum, tam unicae nobis unanimitatis in Christo frater, desiderandi. quid enim fieri diligentius in deo et proximo potest, quam quod in nobis exhibes Christo? in quo dei praeceptum utrumque conpletur, quia idem nobis et deus est maiestate naturae suae et adsumptione nostrae proximus factus est. hoc igitur in te proficiente consummatur caritas tua, quae sit in ipso infinita perfecto, quia finitur in Christo,

4] (Prou. 8, 29; Hier. 5, 22). 7] (Matth. 6, 27).

*FLMOPU*. — ad sulpitiũ seuerũ ·XI· *M*, paulini ad sulpiciũ seuer̃ ·III· *L*; incipit ·III· *O*, epistola paulini ad seuerum monacum ubi ei gratias agit pro missis epistolis *U* 2 Seuero fratri (frater *P*) paulinus epistola tertia *FP*, Paulinus seruus christi Iesu seuero kmo fri secundum communem fidem in deo patre et christo ihu salutari (salutare *L*) nostro salutem *LM* 5 tempore *O* 7 diligimus *M* 8 comulum *O* 13 gratiam *O* 14 quanto maiorem sedulitate *Ov*, maior est (*ex* maiorem *P m. 2*) sed humanitate *FPU*, maiorem (maiorẽ *L*) humilitate *LM* 15 nobis tam unicae *M* unanimitate *F*[1] 16 desiderandi *v*, desiderande *ω* dnõ *Ov* 18 praeceptum] p̃ceptum tuum *Ov*, praeceptum suum *Rosw.* utrimque *P* 19 adsumptioni *FOP*, assumptioni *U* 21 infinito *Lebrun ex cod. Vienn.* pfecto *OP*[1], profecto *FP*[2]*U*, perfectio *LM Lebrun*, perfecta *v*

cuius magnitudinis non est finis; sed nobis in eo finis sit, ut per ipsum sine fine uiuamus, quibus Christus et generale initium est, quia per ipsum omnia, et speciale fastigium, quia caput corporis, cuius membra sumus. dulcis et rectus est dominus, dulcis in te mihi et, quam ⟨multa⟩ multitudo dulcedinis eius, tu mihi; nam quantus es, qua mente, qua lingua es, totus desiderium es et mihi dulcedinem Christi sapis ut hortus mihi, ut odor agri pleni, quem in odorem unguentorum illius currendo legisti. nam et ager tu illi es, qui uicissim ager nobis est. in ipso enim serimus et ab ipso metimus. ager uero tu, non ille spinis horridus aut harenis aridus aut petrosis asper et nudus, in quo semen datum aut subfocatur aut destituitur aut uritur, sed ille, quem benedixit deus a rore caeli et ubertate terrae. unde et lingua tua uerbo dei rorat et cor tuum fertile deo semen exceptum spiritali fruge multiplicat, ut de fructibus tuis inpleat manum suam messor et sinum suum qui manipulos conligit, hoc est ipse deus, qui uerbi in nobis sui et seminator et messor est. ipse et manus qui dextera dei, quam bonis operibus inplemus; idem et ille Abraham sinus est, in quo operum mercede requiescimus.

2. Sic hic deus in tua caritate nobis abundans non solum litteris tuis nos sed et tabellariis benedicit uisitat pascit inluminat, utroque nobis aperiens thesaurum bonum cordis tui; ex abundantia enim cordis os loquitur et, omne, inquit, animal ad simile sibi congregatur. propterea bene-

1] Ps. 144, 3. 3] Rom. 11, 36. 4] (Eph. 1, 22; Col. 1, 18). 5] Ps. 24, 8 et 30, 20. 8] Gen. 27, 27. 11] (Matth. 13, 4). 13] Gen. 27, 28. 16] Ps. 128, 7. 20] (Luc. 16, 22). 24] Matth. 12, 34. 25] Eccli. 13, 20. 26] Ps. 24, 21 et 25, 5.

2 Christus] ipse *M* et] est *F* 5] est *om. F* quam multa *scripsi*, quam *FOPU*, quam magna *LM*, quanta *v* 6 quantus quantus *FPU* quam m̃te *O* 7 lingaa (·f· dic) totus *M* es *om. L* 8 ortus *FM* 9 ungentorum eius *M* ille $P^1$ 10 nobis ager *FPU* ab] in *FPU* 11 spinis *om. FPU* 17 colliget *FPU* 19 qui] et *M* 20 abrahę *P* 22 sic *O*, si *FPUv*, *om. LM* 24 utrique *U* nobis *O*, nobis munere *cet.* bonum *om. FU* 25 enim inquit *FLOPU*, *om. M*; enim *deleui*

dixit te deus, quia innocentes et recti adhaeserunt tibi, et cum inpiis non sedisti; odisti iniquitatem, diligis animam tuam, quam proiecisti in Christo, ut huic uitae perdita seruaretur aeternae, damno sui semet ipsam lucrifaciens, si per caritatem Christi uilescat sibi. quo affectu uilis tibi et pretiosae deo animae tuae suauitatem in fauis oris tui Christum spirantibus odorantes benedicimus dominum, dei uerbum deum, qui sicut in ipso illo homine, quem gessit, ita in nostris mentibus gradus quosdam corporeae aetatis exequitur: nascitur crescit roboratur senescit. sed orandus, ne in nobis diu aut iugiter paruulus et infirmus et pauper sit. in te quidem, ut gloriamur, quia bonum tuum gloria nostra est, profectus eius experientes agnoscimus bonitate grandem, malitia paruulum, sapientia senem, fide fortem et in spiritu piae humilitatis pauperem, caritate diuitem. nam prioribus erga humilitatem nostram officiis alios anteuerteras, omnibus nostris, ut saepe testati sumus, et amicis studiosior et proximis religiosior et fratribus diligentior. nunc uero ista nostrae uisitationis uice etiam temet ipsum supergressa humanitate superasti. sat enim nobis erat annuis commeatibus emereri litteras tuas et a te missos uidere, in quibus non solum uicem praesentiae tuae sed et fidei teneremus effigiem. tibi tamen satis non fuit institutam obseruantiam sollemni perfunctione celebrare. longum tibi multa dilectio fecit mora hiemis a nobis silere. concaluit cor tuum intra te, et in meditatione pietatis sanctus tibi bonae inpatientiae ignis exarsit. nec suffecit litterarum ad nos editione maturare, nisi gratiam sermonis tui etiam de sanctis comitibus tuis lecto perlatore cumulares.

2] Ps. 10, 6; Ioh. 12, 25. 14] (I Cor. 14, 20). 24] Ps. 38, 4.

2 sedisti *Ov*, sedes *cet.* 3 diligi *L* 6 et] at *M* pretios *U* suauitate *U* 7 sperantibus *O* benedicimus *O*, benediximus *cet.* 8 ipso *om. FPU* 11 aut infirmus *FP* et pauper sit *M in mg.* 13 bonitate] karitate *M* 14 et in *om. M* 16 ante uiceras *LM* 18 hunc *U* uisitationis nostrae *M* 19 superasti] uicisti *M* 24 sileri *v* 25 tuum *L in ras.*, meum *FU* 26 in patientia *FPU* nec] nec tibi *M*, hec *U* sufficit *FLPU* litterum ad nos *O*, ad nos litterarum *FPU* 27 editionem *coni. Latinius*

3. Benedictus, quem in hoc munus elegisti et adsumpsisti, quo deum feneras, quia etsi peccatores nos uera conscientiae nostrae professione, tamen tuae simplicitatis opinione falsa putans, ut ais, sanctos non iam hominis sed Christi caritate nos diligis, et idcirco mercedem prophetae accipies, quia propter nomen Christi prophetarum honore accipis etiam non prophetas. nobis uero similis gratia non debetur huius officii, quo fratrem Victorem in nomine dei tuaque persona ad nos uenientem intima affectione et magna gratulatione suscepimus. id enim tantum fecimus inutiles serui, quod facere debuimus, quoniam perspicua ueritas cogebat nos ouem puram in eo suscipere atque uenerari, quem non solum ouem pellis, uerum spiritus mansuetudinis et expressa in uerbo eius atque silentio Christi modestia reuelabat. uere recognouimus in eo sanctorum formulam beatorum Martini et Clari, quem proximo interuallo inlustris magistri sequacem te auctore cognouimus. horum se unius in regeneratione esse progeniem, alterius in uia comitem fuisse filius pacis Victor adseruit. homo uere, ut scripsisti, dei, humilis corde, non humilis gratia, uas misericordiae et mansio altissimi, quem recipit et oblectat placido animae trementis hospitio, is nobis benedictiones praeter illas, quas a uobis geminas in litteras et palliis adferebat, plures addidit de opibus mentis suae, non solum contubernio spiritali gratissimus nobis, sed et corporeo famulatu sedulus. audeo enim rem oneris nostri fateri, dum tibi nihil de eius bonis taceam, quae gaudium tuum esse certo scio, quoniam portio tua est bonum familiaris tui.

4. Seruiuit ergo mihi, seruiuit, inquam, et uae mihi misero, passus sum, seruiuit et peccatori qui non seruiebat peccato;

1] Ps. 64, 5. 5] Matth. 10, 41. 10] Luc. 17, 10. 18] Luc. 10, 6. 19] Matth. 11, 29.

1 absumpsisti *U* 4 falsa—sanctos *om. M* ait *FLU* sc̄s *L* homines *FPU* 10 suscipimus *FOPU* 12 in eo *om. FPU* 13 pellis *scripsi*, pelle *ω* uerum *Ov*, *om. LM*, sed *FPU* spiritu *FP²U* mansuetudine *v* et] sed et *LM* 14 reuelebat *O* uere] ut *FPU* 15 formula *U* 16 quem—cognouimus *bis scripsit F* 17 esse *om. FPU* 21 recepit *P* 23 suo *U*¹ 24 corpereo *L*¹ 27 pro certo *LM* 29 qui passus *FP²U*, quod passus *v* sum] suum *F* et] etiam *FPU*

et ego indignus a seruo iustitiae ministrabar. sed hinc mihi leuamen aliquod tanti ponderis spero, quod sancti fratris famulatum non superbia uindicaui, sed contristandae caritatis metu et fide capiendae benedictionis admisi. benedictio enim mihi erat sancta in nomine dei famulatio et in libertatis spiritu famula dilectio. ob hoc uoluntarium eius bonum et pro ipsius utilitate suscepi, praesumens eo potentiorem exorandi pro me futurum, quo plus meriti de religionis operibus adquisisset. aget profecto orationibus suis, ne meis oneribus adcreuerit quod etiam ex me accessit fructibus suis. dilexi enim, fateor, in eius obsequio benedictionem, timens ne repudiata elongaret a me, quia scriptum tenebam: noluit benedictionem, et elongabitur ab eo. dedi itaque me totum manibus eius atque uisceribus, quia per uiscera caritatis manus famulas et membris meis unctor et pedibus lotor adhibebat, liberalium plenus affectuum sed seruilium praereptor operum, uix ut me aquam ministrare manibus suis sineret. ex libro enim tuo istius gratiam seruitutis adamaui, ut minimam saltem guttulam de sacris Martini actibus delibarem. ipse uero cotidie non solum pedes meos lauare, sed et calciamenta, si paterer, tergere cupiebat, auarus dominationis internae et idcirco corporeae seruitutis inpiger.

5. Sed de pedibus lauandis tantum semel fateor apostolico me exemplo cessisse, quos legeram pedes suos lauandos seruienti domino praebuisse. neque enim partem in hereditate nisi famulantis obsequio recepissent, quoniam bonus dominus et salutarium magister seruiendi ministerio dominandi meritum conferebat et humilitatis humanae praebebat exemplum,

6] (Philem. 14). 12] Ps. 108, 18. 24] (Ioh. 13, 9).

1 manifestabar *U* mihi hinc *F* 3 concitandę *LM*, contestandae *v* 4 metu *scripsi*, meae causa *M*, meae *cet*. 6 ob] et ob *F* 8 pro me *om*. *F* quod *OP*[1] religionis *O*, religiosis *cet*. adquississet *O*[1] 12 elonguaret *L*, elongaretur *Mv* 14 qui *U* 15 uictor *O*[1] lutor *O* 16 preceptor *FP*[2]*U*, praereptor *uel* praecerptor *Ducaeus* 17 ut uix *LM* manibus suis sineret *om*. *F* 18 saltim *L* 19 uere *FU* 24 cessisse exemplo *U* seruienti] scribenti *U* 25 partim *O* 28 prebaebat *O*, conferebat *FPU*

quibus diuinae sublimitatis parabat consortium. unde perspecto muneris tanti mysterio et intellecta boni magnitudine qui primo ministrantis apparatu pedes offerre trepidauerant iam non pedes tantum sed totos se usque ad caput perlui rogauerunt. et ego dominum Iesum in fratre Victore ueneratus, quia omnis anima fidelis ex deo est et humilis corde cor Christi est, fateor, ad remedium infirmitatis optaui, ut oleo me uel aqua melior conseruus adtingeret. nec inritus fui praesumptae opis; nam quasi medicatum manibus piis oleum de ipsa unguenti mansuetudine mihi lenius in medullas perlapsum est, et exultauerunt ossa humiliata. benedixit anima mea dominum, et omnia interiora mea nomen sanctum eius. nam et sensibus uegetandis proderat haec pietatis magis palaestra quam corporis, qua frater bonus artus mihi fragiles manu fingente conponens, mentis quoque uigorem recreatis ossibus erigebat cooperante procul dubio manibus fide, ut dum infirmam carnem manus diligentis duceret, conpatientem animam gratia credentis elueret fieretque mihi intus oleum laetitiae quod foris erat oleum sanitatis.

6. Accipe modo aliam eiusdem in nostris sensibus seruitutem, qua non solum refectionis nostrae sed et parsimoniae curam gerens, facilem nos uictum cibo simplici capere coctis in gutta olei et aquae copia pultibus docuit; sed eas tanto gratiae sale, tanta dulcedine caritatis condiebat, ut coquos et condituras non desideraremus, quia aquae puro oleum suauitatis, quod nulla muscarum inportunitas exterminauit, simplicitas caritati iuncta miscebat. uerum spiritalis coquus interiorem hominem cibare doctior, quo destrueret escam gulae, non

6] Matth. 11, 29. 11] Ps. 50, 10. 12] Ps. 102, 1. 19] (Ps. 44, 8). 25] (Eccle. 10, 1).

1 sublitatis *U* 3 repudiauerant *FU* 4 ad *L s. l.* 7 octaui *U* 9 piis manibus *M* 10 ungenti *M,* ungentis *Rosw.* 12 nomini sancto $F^1$ 14 palestra magis *M* corpori *LM* qua $M^2P^1$, quę $OP^2$, quã *LM,* quia *FU et P s. l.* 15 tingente *fort.* conponens *om. FPU* meritis *LO* 17 duceret] mulceret *LM* 20 seruientem $P^1$ 21 qua *scripsi,* quia *LMO,* quam $P^1$, quod $FP^2U$ 24 coquus $M^1$ 25 puro *O,* purum *LM,* purae *cet.* 27 quoquus *U* 28 quod *FLPU*

siligine nobis pultes sed farina confecit aut milio. ac ne in hoc ipso delicatius nobiscum agere uideretur qui nos ad orexim monachorum parabat inbuere, fabam intriuit panicio, quo citius senatorium poneremus fastidium. sed in benedictione dulcedinis animae delicias habebamus, gratulantes quod frater etiam in carnalibus ministeriis spiritalis propheticis nos cibis pasceret. nam in contritione permixta panes illos tribulationis imitatus est, quos Ezechiel propheta de uario frugis et farris conficere sibi genere iussus est et ad expressionem Iudaicae confusionis, qui obliti deum inmutauerunt gloriam suam in similitudinem uituli manducantis fenum, in stercore boum coquere coctosque sub foetido cinere cum lacrimis captiuitatis in mensura sumere, uidelicet ut superuenturam perfidiae suae poenam corporaliter in propheta signatam prouiderent et uel ita reuerterentur ad dominum, si eos ad penitendum non solum uerbis denuntiata sed etiam corporibus prophetarum expressa offensi dei ira reuocaret.

7. Voluit ergo frater Victor, ut non solum ieiunio sed et cibo humiliare animam disceremus et recordatione peccatorum ueterum intellectuque praesentium tristes manducare panem doloris, quamuis ex parte nobis pepercerit fabam tantum milio panicioque confundens, quod tamen forsitan obliuionis magis quam moderaminis fuerit. nam homo sanctus fideli cautione metuisset aliquid nobis de scriptura sancta subtrahere, et ut totam iuxta dei uerbum confectionem prophetici panis inpleret,

8] (Ezech. 4, 5). 10] Ps. 105, 20. 20] (Ps. 126, 2).

2 ipso hoc *LM* oryxim *LMO* 3 panitio *FLMO*, panico *U* 4 senatorum *LM* imponeremus *F* fastidium *O*, fastigium *cet.* 8 hiezechiel *L* denario *FPU* 9 genere conficere sibi *M* uisus *FPU* 10 obliti sunt *F* 12 bouum *PU* coquere *ex* eaque re *P*[2] coctosque *om.* *F* captiuatis *LO* 13 mensura mensam *F*, mensam *P*[2] perfidiei *P* 14 suae] siue *U* 15 reuertentur *O* dom̃ *O* 16 denunciatam *FP*, denumptiatam *U* 17 expressam *FP*[2]*U* offensi *Mv*, offerens *cet.* dĩ *ex* dõ *O* iram *FU* 21 perceperit *P*[1] 21 panicio (panitio *P*, panico *U*) milioque *FPU* 22 confondens *FU* quid *U* 25 totum *F* profectionem *FPU*

lentem quoque et hordeum et uiciam miscuisset in crumilum, ut aestuantibus extra sui labra feruoribus dissimilium sibi fructuum quasi repugnante coctura fatiscens rimis olla crepitaret. nihilominus tamen de paucioribus frugibus testam capacem replens intulit nobis multo nidore catina fumantia totumque non solum mensulae nostrae ambitum sed et cellulae nostrae spatium olida caligine uaporauit atque, ut multiplicaret nobis benedictionem, alterius quoque prophetae prandium cenulae nostrae contulit, ut Elisaei nobis ollam inferret, in quam misit farinam; nec herbam ueneni sed condimentum salutis incoxit, in nomine domini gerens omne quod agebat. quo tuti atque securi non exclamauimus ad eum: homo dei, mors in olla, quia iam in olla nostra uita est, postquam dominus Iesus dei uerbum caro factus est et habitauit in nobis; et uasa fictilia nostri corporis uoluntariae nobis prauitatis lubrico de suis manibus elapsa et diuturnis contrita peccatis, ut in meliorem usum figulus ipse renouaret, adsumpsit in semet ipso, factus et ipse de nostri corporis limo tamquam uas, ut ait, perditum, id est in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum. et ideo dicit: Moab olla spei meae, quia non solum ex Iuda sed ex Moab, hoc est non solum de sanctorum sed etiam de peccatorum origine corpus adsumpsit. qui decocta quasi per ollam carnis nostrae cruditate sanctificauit in aeternum nobis

1] (Ezech. 4, 9). 9] (IIII Reg. 4, 41). 12] ib. 40. 14] Ioh. 1, 14. 17] (Hier. 18, 6). 18] Ps. 30, 13. 19] Rom. 8, 3. 21] Ps. 59, 10.

1 quoque] que *F* ordeum *FMPU* crubilum *O*, cumulum *v*, grumulum *coni. Lebrun*, cumerum *maluit Cauchius* 2 extuantibus *FPU* sua (l i *m. 2*) *M*, uasis *Rosw.* 5 catinam *O* famantia (u *s. a*) *O*, infumantia *v* 6 cellę *LM* 7 nostrae *om. M* 9 cęnule *FU* ītulit (con) *M* elizei (s) *F*, helisei *LMOP* 10 quam *L*, qua *cet.* 12 quo] quod *P*[1] tuti atque] utique *FP*[2]*U*, uti atque *P*[1] 15 et uasa] uasaque *M* nostrae *LM* 18 inseniet ipso *U* corporis nostri *F* 19 ut ait *Ov*, *om. cet.* in *s. l. m. 2 P* 22 etiam *om. FPU* 23 qui *O*, quos *FP*[1], quo *M*, quod *LP*[2]*U* 24 crudelitate *U* nob̄ ī ęternū cibū *M*

cibum carnem suam. caro enim eius, ut ipse ait, uere cibus uitae est. ipsa est et illa secundum Hieremiam olla urens peccata et illo igni consumens, de quo ait: ignem ueni mittere in terram, quem et in nobis optemus accendi, ut in olla dominici corporis id est ecclesia concoquamur perustisque uitiis defaecati efficiamur argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplo, ut iam non urenda sarmenta sed palmites fructuosi in eodem domino id est uera uite maneamus fiatque nobis idem dominus ad escam dulcis ille botrus, qui nobis in crucis uecte suspensus de terra repromissionis et fructum ostendit et gustum dedit, ut non iam sectemur uilia ruris inculti gramina, inter quae etiam pestiferos uiticularum siluestrium racemos carpere periclitemur. quod certe nobis accidit, cum squalente curarum saecularium spinis anima, cui cultura dei uerbum est, uitam hanc aeui breuem et boni sterilem suspirantes, inter actus superuacuos peccata noxia quasi inter agrestes herbas germina uenenata conligimus et sic in ollam corporis uel cordis nostri mortem mittimus. sed gratias deo, qui nos liberauit de corpore mortis huius per Christum Iesum dominum nostrum, quo infirmitati nostrae sui spiritus uirtutem permiscente et amaritudo malitiae nostrae et sterilitas inutilitatis infuso praecordiis uerbo dei uelut conuertente salutaris aut uiuidi salis aspergine ad dulcedinem fecunditatemque mutata est.

8. Recurramus ad fratrem Victorem, qui uas etiam farinulae nostrae ex usu usurpationis suae, quam in nomine dei faciebat, copiosum de benedictione fecit, ut aliquid etiam de

1] Ioh. 6, 58 et 48. 2] (Hier. 1, 13). 3] Luc. 12, 49. 6] Ps. 11, 7. 8] (Ioh. 15, 2). 9] (Num. 13, 24). 15] (Luc. 8, 11). 19] Rom. 7, 24 et 25.

2 uita *O* ieremiam *M* 3 igni *O*, igne *cet.* 5 conquoquamur *M*, conquocamur *F*, cumcuoquamur *U* 7 terre $P^1$, ter $FP^2U$ 8 id est *om. F* 10 botruus $O^1$ 11 $^{re}$promissionis *L* iam non *PU* 12 interque *FOU* 13 uituculärum *U* 15 spinis *s. l. m. 2,* curis *in text. M* 17 agresteas *F* 18 collegimus *M* 19 misimus *M* 22 in precordiis *F* 23 conuertende *U*, conuertentente *L* aut] et *M*

beati Eliae hydria nobis daret, qua propheta caelestis in uerbo sacro ad sufficientiam indeficientem repleta benedictam cum filiis Sareptae uiduam per triennii famem pauit. in qua uidua iam tum per prophetam Christus, ut opinor, ecclesiam suam non frumenti sed uerbi pane pascebat, de qua dicit: uiduam eius benedicens benedicam; illam scilicet uiduam, quam apostolus ait mortuo uiro quibus uolet nuptiis liberam, quia desinente lege, cui finis est Christus, ad gratiae libertatem transitum faciens ecclesia Christo quasi uidua legis innupsit. huius nunc uasis oleum gratiae et benedictionis farina non defecit in omnium foris gentium fame, quarum miseram a cibo uitae et fide trinitatis inediam congrue praefigurauit illa quondam triennii fames. sed, ut super hoc institutum concludam, ita domini gratiam farina nostra in fratris Victoris manu sensit, ut quae uix ante sufficiebat panibus nunc abundet et pultibus fraternitatemque monacham uespertini post ieiunia cibi auidam duplici ministerio fermentatis orbibus aut soluto farre distendat.

9. Verum idem Victor meus quamuis fortioribus cibis inducere stomachum nostrum studeret, tamen et hoc infirmitati nostrae frater necessarius consulebat, quod defectiones fidei nostrae in illis pultibus adsumendis adinplebat et opera manuum suarum consummabat uno pro nobis adiutore istius ferculi,

1] (III Reg. 17, 16). 5] Ps. 131, 15. 6] (Rom. 7, 3). 7] (I Cor. 7, 39). 10] (III Reg. 17, 16).

1 behati $O^1$ heliẹ *LMO*, helie *FP*, hẹlie *U* ydria *M*, hidria *L* 2 benedicta *O* cum filiis *om. FPU* 3 sarapte *FOPU* 5 se[d]ruerbi *O* 7 uoluerit *M s. l. m. 2* 8 ad gratiae] a gratia *O*, a gratia ad *v* 10 nunc] olim *sup. scr. m. 2 M* non *O*, *om. cet.* deficit *U* 11 gentium foris *LM* et fame *F* 12 illa illa *F* quodam *FU* 13 triremii *F* ut *O*, *om. cet.* 14 manu $L^2O$, manus *cet.* 15 paucis sufficiebat *LM* habundat *F* 16 monachorum *FP*, monacorum *U* uespertini *Rosw.*, uespertinis *ω* cibi *O Rosw.*, cibis *cet.* 17 ministerio] aut *add. Rosw.* fermentatis urbibus (utribus *v*) *FOPUv*, frumentationibus *uel* frumentaciis orbibus *coni. Sacch.* haut *O* 18 distaendat *O*, discendat *F* 20 hoc *om. FPU*, in hoc *LM* 21 necessario *coni. Sacch.* defensores *F* 22 adsumendis *O*, assumendis *FPU*, absumendis *LMv*

quem ex rusticanis receptum domi renutrimus aetate corporis senem, mentis infantem, quia iam senectute deficiens renatus est gratiae, in nouitatem uitae de uetustate carnis effloruit. eum fratris Victoris coquina et adsueto cibo ut ex rusticis hominem et apto ut edentulum saginauit. iste pauper clamauit, et dominus exaudiuit eum. eripuit eum de tenebris et umbra mortis; et nunc adspersus hyssopo et emundatus in uoce exultationis et confessionis epulatur et clamat: erraui sicut ouis quae perierat. benedicam dominum in omni tempore, qui mihi tribuit intellectum et eripuit me de luto faecis et inmisit in os meum canticum nouum. iuuenior fui, et senui; sed non defecerunt in uanitate dies mei, quia fecit mihi magna qui potens est. torrente uoluptatis suae potauit me, et refloruit caro mea. frumentationem mihi misit in abundantiam et saturauit animam inanem, et nunc senectus mea in misericordia pinguedinis, donec in pace dormiam et requiescam in longitudinem dierum.

10. Venio nunc ad maiorem fratris erga me Victoris operam, qua me suis manibus tondere dignatus est, quod ipsum

5] Ps. 33, 7 et 106, 14. 9] Ps. 50, 9; 118, 176 et 33, 2; 39, 3. 12] Ps. 77, 33; Luc. 1, 49; Ps. 35, 9 et 27, 7; 77, 25.

1 ruticanis *F* enutrimus *M*, remittimus *F* 2 qua *P*[1], qui *FP*[2]*U* 3 est *fort. delendum* gratia *FP*[1]*U* in] et in *M* nouitate *FPU* 4 hunc *M*, cum *FU* quoquina *L*[1] cibo et apto ut ex rusticis hominem *FU* ut ex rusticis hominem *P s. l. m. 2* ut] et *FP*, *om. U* 5 staginauit *U* 7 hysopo *LOU*, ysopo *MP*, isopo *F* 10 tribuit mihi *F* 12 iuuenior *O*, iunior *cet.* 14 est *s. l. m. 2 F* uoluntatis *OPU* tue *in* sue *corr. P*[2] 16 habundantia *Mv* animam meam *FU* 17 pinguedonis (i *s. l.*) *O*, pinguet *FPU*, pingui *LM* 18 obdormiam *LM* longitudine *FPU* dierum] explicit *add. LM*, finit liber · III · *add. Ov.* — *quae secuntur ut nouam epistolam inscribunt LMOP:* incipit eiusdem de artificio liber · IIII · fratri optimo seuero meropius paulinus *Ov*, epła eiusdem ad eundem XX. *L*, ad sulpitium seuerum XII · seuero fratri unanimo salutem *M*, eiusdem de artificio (uictoris *add. m. 2*) fratri optimo seuero meropius paulinus (continuatur cum superiore quia una est epistola *add. m. rec.*) *P*, *atque hanc epistolae partem posteriore loco L et M exhibent*

tamen beneficium tibi debere me uoluit, mandato tuo dicens se mihi artem suam prodere. propterea rogaui eum, ut quod perita manu fecit id inpensis orationibus ambo faciatis, uidelicet ut exorato precibus uestris domino peccata nostra, quibus super capillos capitis multiplicatis animam habemus inpexam, non accisione medii tondeantur, sed ad uiuum quasi nouacula radente perimantur. est autem nobis nouacula nunc salutiferae, nunc pestiferae sectionis. remedii et decoris nouacula nobis Christus deus est, qui cor nostrum circumcidit, uitia radit, animae caput leuigat et faciem mentis accurat; nosque ut illam in lege captiuam purgat et liberat horrido miserae seruitutis capillo, ut coniungendi domino, uelut illa in Israelitae uiri nuptias transitura, criminibus carnis nostrae quasi barbaris crinibus exuamur, deinde sensibus innouatis ut comis rudibus enitescamus uitamque nostram quasi Nazaraeum crinem pascentes deo in castitate et parsimonia consecremus.

11. Cauendum uero, ne illa inimica ex diuerso nouacula, quae in protoplastis noxia fraude deceptis generis humani caput rasit, in caput nostrum hoc est fidem, qua nobis caput Christus efficitur, adscendat nosque gratia spiritali tamquam illo Nazaraeo crine dispoliet, qui quanto seruantibus bono maneat et exitio decerpatur incautis, ille in Iudicum libro ab oraculis sacer heros argumento est, inuictus crine seruato, captiuus absciso et iterum fortis renato. utinamque tam prudens ad cauendam mulierem quam fortis ad strangulandum leonem! sed carnali uictus inlecebra qui gratia spiritali uicerat, cum praeualuisset forti, ab infirmitate superatus est. quod patiantur necesse est qui suam feminam id est carnem uiro suo

4] Ps. 39, 13 9] (Col. 2, 11). 13] (Deut. 2, 12). 15] (Num. 6, 5). 22] (Iudic. 16, 19). 25] (Iudic. 14, 6).

6 occisione $P^1$, accisione *in* abscisione *corr.* *L* tondeatur *U* uinum $U^1$ 7 radente—nouacula *s. l.* *L* 8 remedire (*om.* et) *U* 10 radens *M* aciem *FU* 11 nosqq; *LM* purgaret (*om.* et) $FP^2U$ 12 mesere *F* 13 israhelitae *O* 14 barbaricis *M* innouatis *O*, renouatis *cet.* 15 nazarenum *L* 16 parsimonia et castitate *F* 17 ex] e *M* 19 fide *O* 22 iudicium *L* 25 transgulandum *M* 27 preuoluisset $O^1$ quod] qui *U* 28 feminem $O^1$

hoc est spiritui in dei leges non subiugant et tamquam malesuadae coniugi molles mariti fluentibus animis adquiescunt, degeneres ab illo magistro, qui mox ut agnouit Christum, inter ipsa militiae rudimenta magni certaminis uictor non adquieuit carni et sanguini.

12. Videamus itaque omnia, quae Samso pertulerit ab infida uxore corruptus, quia eadem peccatores spiritaliter feremus, quae ille carnaliter ad nostram eruditionem expressa sustinuit. ita enim nobis uiolata Christi gratia, ut illi incisa coma, hostis inludet; auferet oculos, mittet in carcerem et uertendis molis uelut asinos deputabit. unde nos dominus, ne collum nostrum non subditum iugo Christi dignum faciamus asinaria mola, admonet per prophetam: nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. homo enim, ut alibi dicit idem propheta, non intellegens honorem suum hoc est naturae suae dignitatem, quae ceteris in terra animantibus ratione dominatur, ideo rationalis factus, ut auctorem suum intellegere nosset et colere, abutens tanto munere creatoris ad licentiam erroris sui conparatur iumentis et similis efficitur. quod in rege Babylonio uidemus euidenter inpletum, qui stoliditatis inpiae et uecordis superbiae poenam sensu hominis exutus in beluino haec corde sustinuit. etenim homo in errore positus et a iustitia relapsus, iuste ut Samso sapientiae pariter et gratiae uirtute desertus, caecitate punitur et mola, quia dignus est opere iumentario, qui semet ipsum lumine rationis orbauerit et in similitudinem beluarum corporis seruus abiecerit.

4] Gal. 1, 16. 6] (Iudic. 14, 1. 16). 12] (Matth. 11, 29; 18, 6). 13] Ps. 31, 9. 18] (Ps. 48, 13). 20] (Dan. 4, 30). 23] (Iudic. 16, 21).

1 in lege dei *F*, *om.* *M* subiungat *U* male sua de *PU*, male suadenti *LM* 2 coniuge *FU* acquiescant *U*[1] 4 ipso *F* malitiae *O*[1] 6 samso *O*, sampson *FMU*, sanson *LP* 7 peccantes *M* 8 qua *M* condicionem *L* 14 aequus *O* 16 qua *L* 17 ratioē *s. l. m. rec. (?)* *M* dominantur *F* 18 nossceret *P*, nosceret *FU*, posset (*s. l.* ł nosset *m. rec.*) *M* 21 pęna* *M*, pęna *L*, *om.* *FPU* 23 samso *O*, sampson *F*, sanson *MPU* 27 abiicerit *U*

13. Considera huiusmodi mortalium uitam, ut tota tibi species iumenti molentis occurrat. ut ille pannis oculos corporis, sic iste sordibus uitae suae oculos mentis obsutus per errores suorum sensuum quasi circa ambages molarum laboriosa miser statione uersatur, usui suo uacuus et operosus alieno; stat in uia peccatorum, conpeditus uinculis cupiditatum suarum, et ipse sibi carcer est obsessus tenebris erroris sui et conscientiae squalore concretus; in semet ipso pistrini ergastulum patitur, saxum cordis sui pertinacia iniquitatis induratum quasi molam uersat, farinam hostibus suis de corrupta animae suae fruge conficiens. quia, sicut scriptum est, peccator de anima sua currit, ita qui peccatum operatur de mola uitae suae hostile triticum molit, ut zabulum pascat, cui panis fit anima quae sibi fames est. quod si non semper uadens sed aliquando reuertens spiritus fiat, uelut coma reduci ita gratia reflorente integrabitur.

14. Sed ut totam de capillis texamus epistolam, iuuat indulgere sermoni et illum domini fortem usque ad finem suum prosequi. nam et in caecitate ipsius et in morte diuini sacramenta mysterii praelineata mirabimur, quodque scriptum est plures illum hostes strauisse morientem quam toto prius uitae suae tempore perculisset, arbitror principe loco uim dominicae passionis interpretandam, qua zabuli domus cecidit et regnum mortis solutum est. quod, uiuente semper, ut uiuit, Christo et ante carnalem aduentum suum in maiestate naturae suae apud dominum patrem deo uerbo, tamen dispositis in ordinem suum saeculis ab Adam usque ad Moysen, mortis potestas licentia bacchante regnauerat et de lege intellecto nec euitato peccato

5] (Ps. 1, 1). 11] Prou. 7, 23. 14] (Ps. 77, 39). 20] (Iudic. 16, 30). 27] (Rom. 5, 14).

1 ut *scripsi*, et *ω* 2 occurret *LM* ut] ut enim *M* 3 sordidus *F* obsut' *M sed* ob *eras.*, obsutos *O* 5 uersaturus. uisu *O* 10 hostibus suis] corporis sui *FPU* 13 zabolum *O* 14 famis *O* 15 spiritus *Ov*, cristi *F*, xp̃i *PU*, xp̃s *LM* 17 epistulam *O* 20 quodque *scripsi*, quia quod *ω* 21 prius toto *FPU* 22 perculisset *scripsi*, perculisse sed *FO*, perculisse *M*, p̣iculisse *L*, pertulisse sed *PU* 23 interpretondam *L*[1] zaboli *O* dñm *Ov*, deum *cet.* 26 dei uerbo *FU*, manente deo uerbo *M* 27 moysem *v* 28 bachante *FLMP*, baccante *U* cre*uerat (a *eras.*) *L*

creuerat, hoc regnum rex regum et dispensator temporum dei filius passione sua diuisit ac diruit, deus factus sub lege, ut subiugatos legi solueret, factus per mulierem, sed mulierem sexu, uirginem partu, ut sanctificaret utrumque sexum creator utriusque, suscipiendo uerbum, nascendo per feminam. itaque mortem ipsam moriendo destruxit, soluens, ut scriptum est, inimicitias in carne sua et faciens utrumque unum id est hominem et deum, quem in se ipso conexuit deus et homo Christus Iesus, in quo utriusque substantia naturae discordiam posuit et unificantis gratiae aeternum foedus agnouit. spoliatos nos zabuli latrocinio et uulneratos in uia praeterierat frater in leuita, frater in sacerdote, quos lex nec sacrificiis redemerat nec prophetis. sed non praeteriuit ille Samarites, qui propter nos huius etiam nominis suscepit iniuriam; non praeteriuit, quia non erat mercennarius sed uerus et bonus pastor, qui animam suam pro ouibus positurus aduenerat. hic hominem suum praetermissum a praeuiis nec curatum miseratus accessit et iumento suo hoc est uerbi incarnatione suscepit et oleo gratiae et uino passionis suae commendatum stabulario, perfecto illi magistro gentium, in duobus testamentis denarii mercede sanauit, redditurus illi et beatae uirginitatis de innumeris huius boni fructibus uberes gratias et innumerabiles coronas, quia hoc consilium praecepto adiciens de suo supererogauit.

15. Non ergo erat iste frater (et conditione dominus a seruis et natura deus a mortalibus discrepabat), sed tamen et

2] Gal. 4, 4. 6] Eph. 2, 14. 12] (Luc. 10, 31. 32). 16] (Ioh. 10, 18 et 12). 19] (Luc. 10, 34).

1 et] ac *FPU* 2 filiis *F* dirruit *FPU* 3 legis *Ov* 4 utrimque *U* 5 suscipendo *P* uerbum *O*, uirum *cet.* 7 inimititias *O* 8 in se ipse *M* 9 utramque *O* substantiam *O* 10 posuit (de *m. 2*) *M* uiuificantis *M* 11 zaboli *OPU* 12 frater in leuita *om. U* 13 samarites *v*, samaritis *ω* 14 etiam huius *M* 15 mercenarius *FP* **et (et *eras.*) *L* 17 suum] saucium *coni. Sacch.* curratum *O* 19 curatum (ł curandū ac *m. 2*) stabularis cōmendatū *M* 20 perfecto *O*, profecto *cet.* 23 hoc *Ov*, in hoc *cet.* praecepto consilium *M* 24 super errogauit *PU* 25 frater] nam *add. M*, qui *add. v* 26 tm̄ *L* et *om. LM*

homo erat ille, de quo scriptum est: et homo est, et quis cognoscet eum? neque ideo frater noster; quamquam et hoc diuina pietas pro humilitate cordis sui famulis nomen indulserit dicens: narrabo nomen tuum fratribus meis, tamen nostra adrogantia non audendus dici frater, nec quia homo fieri dignatus est, qua et ipso hominis ortu nihil habet commune nobiscum, qui citra nostrae generationis usum caro factus de spiritu sancto intemerata sacrae matris uirginitate et conceptus et natus est. et ideo sine ullo corporis nostri contagio nostrum corpus effectus, non dedit deo placationem suam, quia ipse propitiatio erat, nec pretium redemptionis animae suae sed nostrae, quia non egebat salute saluator. nos enim uenditi sub peccato egebamus pretio redemptionis et ideo propter nos homo, propter nos forma serui, propter nos filius ancillae. qui benedictus et sanctificator sanctorum pro nobis tamen et peccatum et maledictum factus est, quod non erat, ut nos, qui et ex praeuaricatione peccatum et ex damnatione maledictum eramus, ab utroque absolueret, utrumque in sua carne adfigens cruci. ideo dictum puto: frater non redimit, redimet homo, quia quos frater non redemerat hoc est propheta seu legislator, qui homo tantum erat, hic homo redemit, qui et deus erat. deus enim, inquit, erat in Christo reconcilians sibi mundum. huius enim modi homo solus praeualere potuit aduersus sententiam mortis et aculeum peccati, ut chirographum mortis aboleret et humiliaret calumniatorem, non tamen ei maiestate naturae suae sed habitu nostrae congrediens et nihil ei extorquens uiolento do-

1] Hier. 17, 9. 4] Ps. 21, 23. 10] Ps. 48, 8. 11] I Ioh. 2, 2. 12] (Rom. 7, 14). 14] (Phil. 2, 7). 15] II Cor. 5, 21; Gal. 3, 13. 19] (Col. 2, 14). Ps. 48, 8. 22] II Cor. 5, 19. 25] (Col. 2, 14). (Ps. 71, 4).

6 qua *OP*[1], quia *cet.* ipso *O,* in ipso *cet.* 11 pretio *O* 12 salutem *O* 14 in forma *M* 17 *pr.* et *om. FLM* 18 utrinque *U* 19 cruce *O*[1] 20 non redemit frater *FPU* non *s. l. O* redimit *O,* redemit *P* 22 qui et *Ov,* quia *cet.* erat inquit *M* 23 enim modi *PUv,* enim modo *O,* modi enim *FLM* 25 cyrographum *FMP,* cirographum *U* 27 nostro *F* ei *om. FPU*

minatu, sed superans eum lege iustitiae, ut, quoniam femina decepta et deiecto per feminam uiro omnem prolem primi hominis tamquam peccatricem legibus mortis malitiosa quidem nocendi cupiditate sed tamen ut aequissimo iure uictoriae uindicabat, tamdiu potestas eius ualeret, donec interficeret iustum, in quo nihil dignum morte posset ostendere, non solum quia sine de⟨lict⟩o occisus est, sed etiam quia sine libidine natus, cui subiugauerat ille quos ceperat, ut quicquid inde nasceretur tamquam suae arboris fructus praua quidem habendi cupiditate sed tamen non iniquo possidendi iure retineret. iustissime itaque cogitur dimittere credentes in eum, quem iniustissime occidit, ut et, quod temporaliter moriuntur, debitum exoluant et, quod semper uiuunt, in illo uiuant, qui pro eis quod non debebat exoluit.

16. Quamobrem puto et ipse nobis leo ille est, in cuius mortui ore cibum mellis inuenimus. quid enim dulcius dei uerbo? et quid fortius dei dextera? aut in cuius mortui ore fauus et apes nisi in cuius uerbo salutis nostrae bonum et congregatio gentium? quarum potius figuram plerique in hoc leone posuerunt, quia populus gentium qui credidit corpus feritatis erat ante, nunc Christi est, in quo apostoli uelut apes a rore caeli et diuinarum floribus gratiarum mella sapientiae condiderunt, ac, si esca ab ore edentis exierit, quia prius efferae deo nationes receptum dei uerbum fideli corde sumentes fructum salutis ediderint. qui uero Christum magis in eodem sibi leone, proponunt Samso Iudaeorum figuram, uidelicet ut illum leonem quasi Christum Iudaeus occiderit, id quoque adsignantes mysticae praeparationi, quod eo potissimum tempore, quo coniugium petebat, optatam potentis beluae egerit

1] (Gen. 3, 13). 13] (Ps. 68, 5). 15] (Iudic. 14, 8).

7 delicto *coni. Lebrun*, causa *M*, deo *cet.* 8 ceperat *Pv*, coeperat *cet.* exinde *v* 11 qui *F* 14 debeat *U* 19 plerique figuram *M* 23 condidere *FPU* si] sic *LMU* 25 ediderint *O*, ediderunt *cet.* sibi in eodem *M* 26 preponunt *F*, proponunt dicunt *M* samso *O*, samson *L*, sanso *FPU*, sanson *M*, samsonem *v* iudeorum esse *M* ut *ex* et *F m. 2* 27 leonem *om. FPU* xp̃m (m *in ras.*) *L* 29 optabam *F*[1]

caedem, quia uidelicet non posset firmari coniugium, quod in Christo et ecclesia pactum est, nisi occiso leone de tribu Iuda. idem enim dominus leo ille, qui uicit, et catulus est leonis, sua sponte sopitus et a semet ipso resuscitatus, de quo scriptum est: quis suscitabit eum? uoluntarie enim sacrificans pro nobis patri hostiam sui corporis idem summus et in aeternum sacerdos, animam suam, sicut ipse testatur, eadem resumpsit potestate qua posuit. hic leonis catulus, quia filius dei, et idem leo, quia aequalis patri. quare, ut mihi uidetur, huic aptius est leoni: de edente exiuit esca et de potente dulce, scilicet a saluatore nostro, ⟨si,⟩ cuius sermo uita est, hanc nobis escam simul et ruminauit docens et prompsit inpertiens, et, si placet aliter, ut de edente esca sic exeat, quia hic leo de tribu Iuda pro nobis uictor ex ore nos aduersi leonis eripiens ideo uenatur, ut seruet, capit, ut absoluat, frangit, ut solidet, mandit, ut integret, hoc in nobis edens quo corrumpimur. quamobrem optemus huius leonis praeda fieri, ne simus praeda leonis inimici. efficiamur esca dei, ne simus esca serpentis. edat nos Christus, ne zabulus uoret. edente enim Christo, ut dixi, in nobis consumitur quo consumimur. Christus etenim uita est, et mortale hoc non poterimus deponere, nisi absorbeamur, quia mortem nostram deuorat Christus. cibus autem Christi esse non possumus, nisi faciamus uoluntatem eius, ut uicissim et ipse nobis cibus fiat, in quo semper

2] (Eph. 5, 32). Apoc. 5, 5. 3] Gen. 49, 9. 5] Ps. 53, 8. 7] (Hebr. 7, 17). 8] (Ioh. 10, 18). 10] Iudic. 14, 14. 14] I Petr. 5, 8. 21] (Ioh. 14, 16). 22] (I Cor. 15, 54). 23] (Ioh. 4, 34). 24] (Ioh. 6, 48).

2 tribubus *F* 3 leo ille *O*, et leo *F*, et leo ille *cet.* 5 uoluntarie *Ov*, uoluntariam *cet.* 6 corporis sui *LM* et *om. LM* 8 catulus leonis *LM* 9 est et *M* ideo *F* quia *om. F* 10 huic] cui *F*, nulli *L in ras.* 11 scilicet a *scripsi*, nisi a *O*, nisi *L*, nisi ad *FPU*, quam *in ras. L*, a quo enim egressa est nisi a *M*, a quo enim nisi a *v* saluatori (i *in ras.*) nostro *L* si *add.*, *om.* ω 12 uitae est *FPU*, uita est (et *superscr.*) *L*, uita est et qui *v* promisit *FPU* 13 imparciens *FPU* et] aut *fort.* ut de] unde *FPU* 16 in *Ov*, *om. cet.* 19 zabolus *OPU*, diabolus *F* uocet $L^1$ 20 consumitur] absumitur *LMv* 24 ut *Ov*, et *cet.* et *Ov*, *om. cet.*

uiuimus, si ad eius praecepta uiuamus. sic ergo de potente exit dulce, cum amaritudine malitiae nostrae per ipsum in dulcedinem bonitatis commutata dulcis a uerbo eius esca procedimus, qui quos edendo consumpsit peccato reparauit ad uitam. solus hic potens, dulciter potens, qui liberauit pauperem ab auaro potente, qui feritatem mei corporis per mysterium pietatis suae in mortem sui corporis perimens, ibi cibum uitae edit, ubi miserae fames mortis arebat, qui mihi offensionem gratia, peccatum iustitia, infirmitatem uirtute, mortem uita, confusionem gloria, regno mutauit exilium. qui audiebamus: terra es et in terram ibis, nunc iam audimus: conuersatio uestra in caelis est.

17. Itaque illam speciem, quae in illum Samso uel recrinito uel moriente retexitur, et in omnem Christi famulum conuenire arbitror. homo enim, qui praeuentus fuerit in aliquo peccato, ut salubriter paenitendo ad instaurationem gratiae quasi capillis renascentibus reuertitur, ponens ut arcum aereum brachia sua id est fidem spei uerae et spem fidei non fictam, exercens idem ad proelium manus suas operibus pietatis, cuius exercitatio ad omnia utilis est, tum ut quibusdam bonae conscientiae et fidei firmae lacertis ualens audebit inuadere et poterit uertere inimicorum columnas. hae autem sunt columnae hostilis domus, quibus nititur, in qua uelut nostri uictor epulatur inludens captis, si membris nostris ut armis suae

5] Ps. 71, 12. 11] Gen. 3, 19. Phil. 3, 20. 15] Gal. 6, 1. 17] Ps. 17, 35. 19] (Ps. 143, 1). 20] 1 Tim. 4, 8.

1 si eius praecepta seruemus *M* 2 exiit *PU*, exigit *F* amaritudinem *O* 3 commutatam *O*, cõm^u^itata *L* 4 quos *scripsi*, nos *ω* 5 petens *U*[1] quia *LMU* 7 morte *M* ibi] ubi *P*[1] 8 aedit *FL*, dedit *M* famis *P*[1] mortis fame (l fames *m. 2*) *M*, famis morte (rte *in ras.*) *L* mortis *P s. l. m. 2* 10 audiuimus *FLPU* 11 nostra conuersatio *LM* 13 sampso *O*, sapso *F*, sanso *PU*, sanson *M*, samson *L*, samsone *v* 15 in *om. F* 17 capillis *L s. l.* 18 est fide *O* 19 fictae *Rosw.* 20 tunc *M* 21 uolens *U* 22 inuadere] carnalia desideria *desiderat Sacch.* euertere *uel* uellere *coni. Sacch.* hae⸗ *L*, quae *FOv*, que *PU* autem] quidem *v* 23 hostiles *O* 24 operatur *U* capitis *L*[1]

iniquitatis utatur. deicimus ergo hunc inimicum domu sua interitu subiugatae carnis, qua adiutrice intus in nobismet ipsis hostis inclusus intestino animam nostram bello quatit, crimine uoluntatis nostrae potens nostri factus, nostra aduersus nos uitia satellites habet interioremque nostrum ministerio exterioris oppugnat.

18. Sed meminerimus pacti, quo per baptismatis gratiam consepulti Christo in crucis sacramenta iurauimus, ne iam quasi uiuentes agamus in hoc mundo uiuamusque iam non nos sed Christus in nobis. quo nobis in honorem capitis restituto cadet zabuli domus et tota inimicorum cohors cum peccati nostri morte morietur. quamobrem non solum morte Samso commori disco hostibus meis, hoc est mortificando carnem meam simul interficere peccatum, ut superstite spiritu uictor salutis triumphem et dicam animae meae: conuertere in requiem tuam, quoniam dominus benefecit mihi; sed et caecitate Samso, qua corporeis tantum captus oculis spiritales non amisit, inluminor ad intellectum bonum, ut exemplo illius sciam quos magis debeam oculos habere. non enim inuocasset ille uir dominum in suae uirtutis auxilium, nisi mentis oculos habuisset incolumes, quibus lumen est Christus, in cuius lumine uidebimus lumen. quod si semper ardet in lucerna corporis nostri, tunc opera tenebrarum occident, et princeps huius mundi mittitur foras, non utique extra mundum hunc, cum quo, sicut scriptum est, in damnatione cum iudicatis mixto fine uacuabitur, sed foras a cordibus nostris, a quibus, si Christum recipiamus, expellitur.

10] (Rom. 6, 4; Col. 2, 12; II Cor. 5, 15; Gal. 2, 20). 15] Ps. 114, 7. 18] (Ps. 110, 10). 22] Ioh. 8, 12; Ps. 35, 10. 24] Ioh. 35, 12.

1 domu *O*, domo *cet.* hominem nostrum *M* 8 crucis in *M*, cruci *L*, in crucis *v* 9 in in hoc *F* 11 zaboli *O*, diabuli *F*[1] 13 sampso *O*, sanso *P*, samson *L*, sanson *FMU et sic hi codices infra* hoc] id *FPU* 16 quia *FPU* beneficit *L* tibi *LM* 17 tantum *om.* *M* 20 uocasset *M* 21 oculos mentis *FPU* incolomes *O* 24 occidunt *v* mittetur *LM* 25 cum — *l.* 26 uacuabitur *om.* *M* sicus *U* 26 cum iudicatis *L*, cumiudicatus *O*, coniudicatus *cet.*

19. Ergo, quia illum imitantur qui sunt ex parte illius, nos imitemur dominum Iesum, qui nos uocauit in sortem hereditatis suae et tollere nos iussit iugum suum suaue, ut graue illud legis et mortis iugum discuteret a nobis. est autem et crinis ut iugum leuitatis; nam, ut scriptura diuina nos docet, leuis est sanctorum coma, inpiorum grauis. haec aut uirtutis, ut in Samso, aut sanctificationis, ut in Samuel; illa aut ponderis, ut in Abessalon, aut squaloris, ut in Nabuchodonosor. qua hominum comarumque discordia docemur in capillis opera censere, siquidem regi Assyrio in solitudinem feritatemque damnato luctuosa concretio capitis intonsi in iubam leonis horruerit, ut etiam corporis specie transiret in beluam qui non solum a regnis suis sed etiam a sensibus exulabat humanis, coma tristi leonem, uncis unguibus uulturem, sensu et pabulo bouem referens, ne unius tantum beluae similitudinem ferret in poenis qui multarum similis fuisset in moribus.

20. Intellecto tamen tandem deo et sensui reformatus et regno, factus et ipse nobis est in exemplar fidei, ut regnum quod intra nos est timeamus amittere peccando et meminerimus repetere paenitendo. nec Abessalon, quamuis decoro et corpore superbus et capite, poterat dicere quod Samso dixit: si tonsus fuero, discedet a me uirtus mea, quia non habebat illam in pulcherrimo licet crine uirtutem, quae non corporalium capillorum sed gratiae spiritalis erat, quam inpius

1] (Ioh. 8, 44; Eph. 1, 11; Col. 1, 12; Matth. 11, 30). 5] (I Ioh. 5, 3). 7] (I Reg. 1, 11; II Reg. 14, 26; Dan. 4, 30). 19] (Luc. 17, 22). 21] (II Reg. 14, 25). 22] Iudic. 16, 17.

4 illius *F* 5 ut *s. l. m. 2 F*, et *U* nos docet] dicit *F* 6 aut] autem *U* 7 ut *om. U* sanso *FPU*, sampso *O*, samson *L*, sanson *M*, sampsone *v*, *et sic codices infra* samuhel *LMP*, Samuele *v* illa *om. FPU*, illa autem *v* 8 abessalon *LMO*, absalon *FPU*, Abessalone *v* in *om. U* nabucdonosor *FPU*, nabucodonosor *LM*, Nabuchodonosore *v* 9 quam *U* hominum *Ov*, omnium *cet.* crinium comarumque *LM* in] ut in *L* 11 iuuam *O* 17 tamen tandem *Ov*, tamen *FPU*, tandem *LM* sensu *FPU* 18 est et ipse nobis *LM* ‖in *L* 19 intra nos] in nobis *FPU* 20 abyssalon *O*, absolon *FP*, absalon *U* et *om. FU* 23 licet in pulcherrimo *LM* 24 gratia *FPU* specialis *FP*, spetialis *U* inpius] ipsius *L*

habere non poterat. uirtus enim et sapientia dei Christus est, qui in parricidalem animam non adibat, quia non habitabat in corpore subdito peccatis. denique capillaturam illius pro iniquitatum mole desectam etiam tonsurae necessitas indicata testatur. sic enim habes: tondebat caput suum, quia grauaretur; cum autem detonsus esset, ponderabat capillos capitis sui, et erant centum siclorum pondere regali. quo apertius exprimi potest pro operibus numerari capillos, cum in inpii capite non aliquam uirtutem sed tantum sarcinam capillorum scriptura signauerit? ponderabat, inquit, capillos capitis sui. gloria enim inpio est iniquitas sua. neque solum operatio eum nequam sed et nequitiae, ut quidam ait, fama delectat. unde illud in psalmis habes: quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? lumen etenim inpiorum tenebrae, honor umbra, celsitudo transitus, caput zabulus et ideo coma pondus est, propter quod scriptura regali pondere grauem illius parricidae comam dicit, hoc est zabulico pondere; zabuli etenim regnum est omnis inpius. sic et qui mollibus uestiuntur in domibus, inquit, regum sunt, hoc est principum aeris huius et nequitiae spiritalis ducum; in quorum domibus et regnis agunt aut inpietate duri aut lasciuia molles, quorum diuitiae peccatum, itinera lubricum, finis interitus, gloria in inferno, domus in sepulchro est. talium crines crimina sunt, et idcirco illi crines esse non possunt, quibus bellator sacer funes hostium et nouas restes quasi mollia fila soluebat, sed illi potius, de quibus scriptum est: funes peccatorum circumplexi sunt mihi. peccatis enim suis

1] (I Cor. 1, 21). 2] Sap. 1, 4. 5] II Reg. 14, 26. 14] Ps. 51, 3. 15] (Ps. 34, 6). 17] (II Reg. 14, 26). 19] Matth. 11, 8; Luc. 7, 25. 20] Ephes. 2, 2. 23] Phil. 3, 19. 24] Ps. 48, 12. 26] (Iudic. 16, 9. et 12, 13). 27] Ps. 118, 61.

2 in *om.* *M* parricidialem *FPU*, paricidalem *O* 7 siderum *U* 8 regali *ex* galli $P^2$ 9 in *om.* *OU* 11 est enim impio *M* 12 eum sola operatio *M* 14 *pr.* in *om.* *F* 16 zabolus $F^1OPU$, diabolus $F^2$, *et sic l.* 18 17 parricidę *supra* homicidę *M m. 1* 24 domus] finis *M* 25 crinis *F* 26 funes *om.* *U*

anima et inplicatur et premitur. quod plene probat propheta, qui dicit: superposuerunt iniquitates meae caput meum, sicut onus graue grauatae sunt super me.

21. Vides quam graues habeat peccator comas. at cui coma Christus est leuis et uolucer exultat dicens: deus, qui praecingit me uirtute et posuit inmaculatam uiam meam, qui perfecit pedes meos tamquam cerui et super excelsa statuit me. iugum enim, ut dixi, et coma Christi leuis est, quia seruientes Christo operamur bona, quibus pennati in alta prouehimur. unde etiam in carne positis Christianis apostolus dicit: uos autem iam non estis in carne sed in spiritu. subiecta enim subditae deo animae caro transit in spiritum non substantiae commutatione sed uitae. itaque et mortem mihi Samsò et caecitatem uolo, ut uiuam et uideam deo. nam forsitan ille receptis propter futurum mysterium in coma uiribus recipere simul, ut amiserat, oculos ideo non desiderauit, quia uirtus illa caelestis gratiae internis sana luminibus corporeo non egebat obtutu.

22. Hoc igitur exemplo et nos contentis ad dominum sensibus carnales oculos saecularium rerum auersione caecemus, quibus orbari propheta desiderabat, cum diceret: auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. et dominus ipse oculis Iudaeorum caecitatem praeferens dicit: si caeci essetis, peccatum non haberetis. reminiscamur qua pernicie illis in paradiso oculi sint aperti, quos tamdiu habuerunt inluminatos deo, quamdiu clausos habuere peccato. nam tum demum puberis aetatis suae hauserunt pudorem, cum bonae conscientiae castitatem, cuius lumine uestiebantur, praeuaricationis crimine perdiderunt. et ideo ueri luminis damnum est ad usum tenebrarum

2] Ps. 37, 5. 5] Ps. 17, 33. 8] (Matth. 11, 30). 11] Rom. 8, 9. 21] Ps. 118, 37. 23] Ioh. 9, 41. 25] (Gen. 3, 7).

1 plene *O*, bone *L*, bene *cet.* 2 supposuerunt *M* meas *FOPUv* 3 honus *PU* 4 at] aut *L* 5 praecinxit *v* 14 morte *M* 15 deo *om. F* ille] nihil ille *Ov* mysterium *om. M* 16 ideo *om. M* 19 intentis *M* deum *FPU* 21 quibur *U* 26 puberis aetatis *scripsi*, pubertatis ut aetatis *Ov*, aetatis *FPU*, nuditatis *LM*, pubertatis et nuditatis *Rosw.* scientiae *F*

uti luminibus et oculos in terrena defixos caecare caelestibus. inluminatur autem anima tali caecitate, qua despicit mundum, ut conspiciat deum. quia omne, inquit, quod in mundo est, concupiscentia oculorum est, ob hoc apostolus obduci aciem nostram huic mundo et enubilari Christo docens, ei scilicet qui inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, id est omnis hominis mentem uenientem, sollicitat nos ab aspectu praesentium in suspectum aeternorum et dicit: nolite quaerere quae in hoc mundo sunt; praeterit enim huius mundi figura, et iterum idem: quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram patris. omnia enim, ut Ecclesiastes ait, sub sole uanitas. proinde super solem ueritas. ita et qui in ueritate consistunt, etsi intra mundum uiuant habitatione corporea, tamen supra mundum sunt conuersatione caelesti et astrorum choros uel caelorum polos euolante spiritu scandunt et superuadunt celsioresque elementis agunt, non subditi rebus et usibus elementorum, sed adfixa in Christo uita superiores mundo fiunt, manentes in eo qui est super omnia deus benedictus saecula.

23. Vides quemadmodum nos a mortalibus ad deum transferat imitator Christi doctrina pariter exemploque uirtutis, auferens uelamentum a corde nostro, ut reuelata facie contemplemur in gloriam dei, quae infidelibus uelamine legis absconditur, fidelibus euangelii reuelatione detegitur. iam ergo nobis illa carnali coma opus non est. uetera enim, inquit, transierunt, et ecce nunc omnia noua, quoniam exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors et miserator et iustus dominus. dominus autem spiritus est.

3] I Ioh. 2, 16. 6] Ioh. 1, 9. 9] I Ioh. 2, 15. 10] I Cor. 7, 31; Col. 3, 1. 12] Eccle. 1, 14. 19] (Ioh. 15, 4; Rom. 1, 25). 21] (I Cor. 11, 1). 22] II Cor. 3, 18. 25] II Cor. 5, 17. 25] Ps. 111, 4; Ioh. 4, 24; II Cor. 5, 17.

5 huic mundo aciem nostram *FPU* 7 id — uenientem *om. M* 10 figura huius mundi *M* 12 ait ecclesiastes *FPU* 16 euolantes *LMv* 19 quod *F* 20 tranferat *U* 23 in *O, om. cet.* uelamine *om. LM* 24 euangeliis *O* detergitur *O* 25 carnalis *O* 26 nunc *om. FPU* noua sunt omnia *FPU*

ubi uero spiritus domini, ibi libertas. et ideo tunc honori fuerit capillatio, cum adhuc illud spiritale uelamen legis etiam corporali habitu praeferri oportebat: nunc iam oneri est, postquam sol aeternae libertatis inluxit et caput nobis factus est Christus, qui nos ut iugo ita et onere capitum depressorum leuaret. propterea iam audemus in uoce exultationis et confessionis ut liberi proclamare: disrumpamus uincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum. nunc enim tempus acceptum, nunc salutis dies, cum iam non in umbra nubis sed in lumine corporis sui ueritas adest. et oportune ad gratiae tempus et species libertatis tonsori in promptu est, qui nos et proliziore capitis uelamento leuet, ut gratiae spiritalis beneficium etiam corporalis forma testetur et libertatis internae laetitiam serenitas reuelatae frontis ostentet.

24. Feminis tantum comam apostolica reliquit auctoritas, quia etsi ipsis una nobiscum fides uelamentum cordis amoueat, tamen tegimentum capitis et frontis umbraculum uerecundiae decus postulat; et ideo perfectus fidei ac disciplinae magister docet indecorum uiro crinem, quia abscondi non potest caput uiri Christus, quod est et illa supra montem aedificata ciuitas in ecclesia, quae corpus est Christi. itaque uiro dedecens, feminae decus est, quae nemini caput est, sed honestatis cultu ornat uirum et corporis seriem, quae a capite Christi deo et uiri Christo et mulieris uiro texitur, quasi in fundamentum locata sustentat. sed eam quoque per consortium corporis membrorumque texturam participem et summi capitis facit Christus, in quo nec masculus nec femina

4] (Matth. 11, 29). 6] (Ps. 41, 5). 7] Ps. 2, 3. 8] II Cor. 6, 2. 19] Matth. 5, 14; I Cor. 11, 3; Eph. 1, 22. 27] Gal. 3, 8.

1 oneri *F*, honeri *PU* 3 honori *FPU* 5 honere *PU* depressos *fort.* 6 leuauit *M* 7 dirumpamus *FL* 9 non *om.* *L* 10 gratiam et *O*, gratiam *v* 11 species—tonsori *Ov*, speciem—tonsor *cet.* promtu *L* 13 ineterne *F* 14 reuelatae—etsi ipsis una *om.* *P*[1], *add. in mg.* *P*[2] ostenderet *F* 17 tegmentum *FPU*, teg(u)imentum *L* capitalis *U* 20 su(pra)*F* (pra *m. 2*) 23 seriem corporis *M* 25 per *ex* pro *U* (z)sortium *O* 26 terturã *M*[1]

sumus. habeant sane capillos, quibus iuxta illam euangelicam peccatricem uestigia Christi tergeant et sapientiae pedibus inplicentur, ut aliud nisi sapientiam amare, nisi uirtutem amplecti, nisi pudicitiam osculari nesciant et ut extremo saltem rore uerbi caelestis aspersae dicant: ros enim, qui abs te est, sanitas est nobis. sint mulieribus nostris comae, spiritalium acta uirtutum, ieiunia misericordiae orationes; tales enim et uirum decent crines. ornet eas Christi gratia, non capilli, castitatis gemma, non lapidis, et operum in his, non odorum fragret unguentum. meminerint esse se filias illius filiae regis, cuius gloria omnis ab intus est. intelligant cur illas apostolus prolixiori capitis uelamento tegi iusserit; propter angelos, inquit, illos uidelicet ad seductionem parates, de quibus sancti iudicabunt. hi enim petulantius infirmiora uasa pertemptant, sicut non Adam sed Euam coluber adgressus est. unde etiam docere in ecclesia prohibentur, ne exaltato spiritu decreta sapientiae audeant intueri et scientia inflante dissiliant. profecto enim ualeat ad confusionem malorum, si uideant mulierem sensus suos ignorantiae specie per silentium tegere, disciplinam intellectus sui uerecundo habitu confiteri, ut non audeat serpens temptandam rursus adgredi desperatione capiendae.

25. Non frustra autem hoc eo potissimum tempore fieri debere apostolus docet, cum aut oret mulier aut prophetet. tunc enim uenit in spiritus conceptionem, et ideo tunc magis excitat temptatoris inuidiam, cum in uirum perfectum spirans exit terminos infirmitatis suae. quod autem et de oratione eadem apostolus quae et de prophetia sentit, non mirum, cum et alio

1] (Luc. 7, 38). 5] Es. 26, 19. 10] Ps. 44, 14. 12] I Cor. 11, 10. 15] (Gen. 3, 1). 16] (I Cor. 14, 34; I Tim. 2, 12). 22] (I Cor. 11, 5).

2 tergant *FMP²U*, terg*ant *L* 4 puditiтiam *O* oscula^ri *O* saltim *L* 5 rorem̤ *O* c̣elestis aspr//sse̤ (e *sup.*) *L*, celesperse *U* 7 misericordiae *Ov*, misericordia *cet.* talem *U* 9 lapides *O* 10 flagret *LOv*, fragrat *F*, fraglet *M* ungentum *M* 11 omnis gloria *M* 14 hii *M* uasa *om.* *M* 16 ne] ne scilicet *M* 17 audant *U* 18 ualeat *Ov*, ualet *cet.* 21 disperatione *O* capiendam (am *ex* e) *L* 22 autem hoc frustra *M* 23 orat *M* prophetat *M* 26 oratione] tractatione *O*

loco dicat orari spiritu; nam et cum oramus, inquit, quemadmodum peti debeat nos nescimus, sed ipse nos spiritus docet. igitur quia et in oratione fit conceptio spiritalis, ne quis, ut scriptum est, mulieri ultra uasculi sui fines agenti dolus hostis et laqueus occurrat, uult apostolus in habitu eius ostendi esse illi supra caput potestatem, qua regatur pariter et defendatur, ea ipsa humilitate cordis uirtutem illi conferente, qua scientiae supercilium premit gubernaculo disciplinae et mauult timere quam altum sapere, tutius tacita per timorem fidei quam perita cum lingua, in cassum pressura frontem capillo, nisi etiam pudore uelauerit.

26. Ergo in commune omnis anima studeamus illis adornari capillis, quos deus numerabiles habet, sicut ipse dicit: sed et capilli capitis uestri omnes numerati sunt. cuius uero ille capitis capillos magis numerare dignetur quam eius, cuius ipse uerticis caput est? de quo dicitur: caput eius ut aurum cephas, quo nomine probabilius aliquod et purius aurum significari puto, sicut illud de terra Euilath. hoc enim aurum forma sanctorum est, qui in capite corporis ut lumina micant et sunt aurum ignitum deo. quia uidelicet eos per examina passionum in huius muni fornace conflatos inuenit, ut scriptum est, dignos se, et in his sacram imaginis suae percussit monetam, inprimens cordibus et linguis eorum ueritatis suae uerbum eosdemque ipsos statuens nummularios, ut secundum suam formam probabiles domino cuderent nummos et abolita de nobis figura Caesaris uiuum regis aeterni nomisma signarent, ut spiritu redemptionis inscripti ceruice iam iugo libera et salutis titulo praemunita fronte caneremus: signatum est super nos lumen uultus tui, domine.

1] I Cor. 14, 15. Rom. 8, 26. 5] (I Cor. 11, 10). 11] (I Tim. 2, 9). 13] Luc. 12, 7. 16] Cant. 5, 11. 18] (Gen. 2, 12). 20] Apoc. 3, 18. 21] Sap. 3, 5. 26] (Matth. 22, 21). 28] (Ezech. 9, 4). Ps. 4, 7.

2 spiritualis *FU* 7 conferentem *U* 10 praessura *O* 15 capillos capitis *M* numerare magis *FPU* 17 caefas *O*, ophaz *LM* aurom *F* 18 ille *F* euuilat *OP*, euilat *F*, eiulat *U* 21 conflato *U* 22 dignos se] dignosce *FU*, dignossce *P* percursit *L* 24 mummularios *PU* 26 nummisma *FLMP* 27 ut] et ut *M*, in *FU*

27. Summa igitur ope enitamur ita nos conparare, ut diuini capitis, quod nobis per gratiam dei Christus est, crines et aurum esse mereamur. ex ipso enim capite pullulat illa caesaries, de qua scriptum est: capillatura eius ut greges caprarum. et bene illorum potissimum animalium nomine designantur greges Christi, quorum maxime usus in lacte est, quia omnis qui credit deum Christum totam trinitatis plenitudinem in eo, quem pater unxit spiritu sancto, fide pietatis amplectitur. et ideo ipsa mater omnium uiuentium, Christi corpus ecclesia, suco pietatis exuberat, et bona ubera eius super uinum. in quo opinor significari, quod dulcior sit libertas gratiae in lacte misericordiae quam in uino iustitiae legis austeritas. littera enim, inquit, occidit, uides censurae merum; spiritus autem uiuificat, uides uberum munus et lactis effectum. sed hoc, ut tu mauis intellegi, semini detur, quo prima nascentium multra coalescit. bona igitur ubera, quae pastor bonus, qui pro ouibus animam suam posuit, illis inmulsit infantibus, de quorum ore perfecit laudem sibi, ut destrueret inimicum boni et defensorem mali.

28. Ex harum caprarum gregibus erat ille uir gregis, qui paruulos Christi nondum aptos solidiori cibo teneris lactabat alimentis, quibus dicebat: lacte uos potaui, non esca; nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis. cum autem huius lactis alimonia creuerimus, firmatis primum fidei conceptione uestigiis adolescemus in robur iuuentae, et confirmata per fidem caritatemque patientia leuabimus manus nostras in actionem robustiorem operibusque uirtutum uelut cibo fortiore

2] (Eph. 1, 22). 4] Cant. 4, 1. 6] (Prou. 27, 27). 8] Act. 10, 38. 9] Gen. 3, 20. 10] Cant. 1, 1. 13] II Cor. 3, 6. 16] Iob 10, 10. 17] Ioh. 10, 11. 19] (Ps. 8, 3). 22] I Cor. 3, 2.

1 nitamur *LM* 5 bũ▨ *L* 7 credidit *FPU* 8 unsit *U* 10 bene *M*, bũ▨ *L* 15 sed hoc—coalescit *om. M* mauis *Ov*, magis *cet.* intellegi semen detur *Ov*, intellegis emendetur *cet.*; semini *emendaui* 16 qui $O^1$ multia *U*, mulctra *M* 21 paruuọlos $O^1$ nundum *PU et infra* 25 adolescimus *FPU*, adulescimus *O* rubur *O* confirmata *Ov*, firmata *cet.* 26 caritatemque *Ov*, caritate atque *cet.* 27 rubustiorem *O*

uiuemus, ut efficiamur et illi crines, de quibus scriptum est: crines eius abietes nigrae sicut corax id est coruus, sed bonus iste coruus nec ille ad arcam reuertendi inmemor, sed ille pascendi prophetae memor, cui bene conparantur illarum abietum aemuli crines, de quibus dicit: abietes bonae et nigrae, adducentes naues Tharsis; unde nunc corax iste non noctis sed luminis coruus est, cuius colore speciosi crines sunt ideo sancti, genus regale et sacerdotale, quibus diuinum caput ut ostro gloriae suae purpurat, quia et iuuenalis gratia in huius praecipue coloris capillo florentem uestit aetatem.

29. Non dissimulandum tamen, quod auis ista interdum forma peccati in scripturis, interdum gratiae species inuenitur. uidetur enim esse mortifera, cum ad supplicium producitur inpiorum, quia mala, sicut scriptum est, per malos angelos mittit deus, uel cum in ultionem maledicti dicitur: oculum, qui inriserit patrem et matrem, effodiant eum corui de conuallibus. laudabilis autem eadem auis, uel cum prophetam mane panibus et ad uesperam carnibus alit uel cum pulli coruorum inuocant nomen domini. sed et color eius aliquando in sanctis, aliquando in inpiis ducitur. sponsa namque Christi dicit se fuscam esse et decoram, et dominus tenebras posuit latibulum suum. et rursus econtra ab apostolo commonemur, ne nos tenebrae conprehendant. uerum tamen illae abietes nigrae et bonae adducentes naues Tharsis secundum eius formam sunt, quae fusca pariter et decora est. ipsius enim et membra sunt sancti, qui sicut et palmae floren-

2] Cant. 5, 11. 5] III Reg. 5, 8; II Paral. 9, 21. 8] I Pet. 2, 9. 14] Ps. 77, 49. 15] Prou. 30, 17. 19] (Ps. 146, 9). 21] Ps. 17, 12. 23] Ioh. 12, 35. 24] III Reg. 5, 8. 26] (Ps. 91, 15).

2 sucut *U* corax id est *om. M* 3 bñe *L* 6 nunc *om. FU*, huc *exp. P m. 2* 7 coruus *M* colore *scripsi*, color *ω*, coloris *v* 9 $\overset{o}{\text{a}}$ustro *M*, austro *L* et] et in *O* iuuenalis *Ov*, iuuenilis *cet.* 10 gratiam *P*[1] in *om. FPU* capillo *om. FPU* 13 splicium *U* perducitur *FPU* 14 mala *om. LM* 15 $\overset{in}{\phantom{x}}$mittit (in *m. 2*) *M* ultione *Ov* 17 eadem auis *om. LM* 18 pauibus *U* 20 dicitur *v* 22 $\dot{\text{c}}$ontra *L*, e contrario *v* 24 ille *FMPU* bñ *M*, bñe *L*

tes et cedri multiplicabiles, ita et abietes nigrae et bonae sunt, quia in ecclesia hoc est dei monte uerticibus meritorum eminent, ut abietes in suis montibus. et sicut illae aptae nauibus contexendis, ita illi principes populi de monte legis ut a Libano excisi arcam domini siue nauem hoc est ecclesiam per huius mundi diluuia nauigaturam edolatis uerbo dei gentibus texuerunt et in conpagem caritatis fide stringente coniunctam fluctus mundi istius inputribiliter secare docuerunt.

30. Sed et nunc eruditae ad apostolicam fidem animae abietes sunt nigrae et bonae: nigrae uero iam non de peccato, ut puto, magis quam adhuc uel de inhabitatione corporea uel de exercitationis internae quasi bellico puluere uel puluerulento sudore nigrantes; bonae tamen propter spiritalem etiam in noctibus corporum conuersationem. sic et naues, quae fluctibus mundi supernatant, et fide ueri atque opere iusti a dextris, ut scriptum est, et sinistris uelut remis armantur, qui uerbo dei quasi gubernaculo diriguntur et ad auram spiritus sancti sensuum suorum sinus pandunt et cordis sui uelum uinculis caritatis ut funibus ad antemnam crucis stringunt. et arbor illis est uirga de radice Iesse, quae totam corporis nostri quadriremem regit et cui si iuxta illam poeticam fabulam in prophetica ueritate nectamur, uoluntariis adstricti nexibus et obstructis non cera sed fide neque corporis sed cordis auribus, contra huius mundi uarias ad capiendum, pares ad nocendum inlecebras tuti et innocui scopulos uoluptatum quasi saxa Sirenum praeteruehimur. adstringamur autem huic arbori fune ualidissimo, uincti in spe fide caritate, credentes cordibus et

15] (II Cor. 6, 7). 20] Es. 11, 1.

2 eminet' *O* 5 nauem *P in mg. m. 2* cuius $P^1$ 6 edolatis *Ov*, modullatis *cet.* 8 inputrabiliter (i *supra* a) *L* 11 magis quã *M*, magisque *v* habitatione *LM* 12 puluerulecto *F* 13 nigratę *M* 14 sic et] siccae *F*, sicce *U*, sic ut *fort.* 15 et *om. in ras. M* 17 et *om. FPU* sancti spiritus *FPU* 19 atẽnam (n *supra*) *L*, antennam *FPU* 21 quadriremẽn *O* et *om. M* 23 obstructis *O*, obstrictis $P^2$, obstricti *cet.* neque] non *FPU* 25 sirenarum *M* 26 arbori *om. M* 27 uincti *L* et caritate *FM* credentis $L^1M^1$

oribus confitentes indiuiduam trinitatem, quae est spartum triplex, quod non rumpitur. hoc sparto et opera nostra texantur, quo et rudente fidei nostrae arbor erigatur caritatis antemna et uitae nostrae uela sinuentur, ut simus et abietes illae, quae in fabricam templi magnis ratibus intextae ducebantur a Tharsis, uel idem naues, qui illam aemulemur, quae Solomoni quondam electum aurum et opes Tyrias adferebat. tanto autem studiosius et quaestuosius nostra negotiatio debet agitari, quanto rex noster aeternus Iesus illo temporali Solomone praestantior est. ecce enim, inquit, maior Solomone hic, qui non conteret nos spiritu uehementi inter naues Tharsis, si illi bono actu uitae nostrae lucrum, quod est pretiosissimum deo mercimonium, conuehamus, ut suum ipse pretium accipiat a nobis, quia ipse est et margarita, atque eam tota spiritalis istius mercaturae conuersatio sibi nititur conparare. cui coemendae si facultas nostra suffecerit, non deprimentem sarcinam sed leuantem nos per hoc mare magnum et spatiosum uehemus et dormientem in nobis pro nostra segnitia dominum, si uel dormientem uectare mereamur, excitare audebimus, ut increpans uentos spirituum inimicorum uel etiam nostrorum sensuum saluos nos faciat a pusillo animo et tempestate tendentibusque nobis ad tranquillitatem suam maria consternat, ut quasi naues suarum onerarias opum deducat in portum salutis, uictricibus fluctuum puppibus uirides laetus inponat coronas.

5] (III Reg. 5, 8). 6] (III Reg. 9, 29 et 10, 22; II Par. 8, 18 et 9, 10). 10] Matth. 12, 42; Luc. 11, 31. 11] Ps. 47, 8. 14] (Matth. 13, 46). 17] (Ps. 103, 25). 19] (Matth. 8, 24; Marc. 4, 38; Luc. 8, 23). 21] (Ps. 54, 9). 23] (Ps. 106, 30).

1 quod est funiculus triplex *M* 2 sparto *om. M* 3 et rudente *v*, erudiente *ω*, ut rudente *fort.* 3 erigitur *FPU* antenne *FU* 6 idem *O*, iidem *v*, eaedem *FPU*, illae *ML* illam *Ov*, illa *cet.* solomoni *O*, salomoni *cet. et sic infra* 7 condam *PU* adferebant *L*, afferebant *FMP*, offerebant *U* 8 studio suis *U* 11 uehementi spiritu *M* tahrsis *L* 12 illo *F* 13 mercimoniam *FPU* 14 atque eam *scripsi*, ad quam *ω*, quam *v* 15 *nitit̃ *M* (ſ *eras.*) conparare] corporaliter *U*, cõparandam *M* 16 coemenda *LOv*, coemendet *F* 17 mare *om. U* 23 et quasi *F* quasi onerarias *F* 24 uictricibus *LOv*, uictricibusque *cet.* pupibus *LMP*

31. Simus et dextera eiusdem, qui totus dextera est, non habentes in actibus nostris sinistram, ut ad dexteram iudicis stare uel potius dextera ipsius iudicis esse mereamur et opera nostra in die retributionis sicut capillos sui capitis dominus remunerator adnumeret, ut ipse iam praefatus est in euangelio, pronuntianda iudicio, cum benedictione diuina et adtributione regifica remunerabitur spiritalium merita uirtutum hoc est pulcherrimas sui capitis comas, qualibus et illa in ecclesiae typo mulier Christi uestigia unguento et lacrimis rigans tersit, quae non tam pretio munerum quam obsequii placuit affectu. non enim unguentum in illa dominus sed caritatem dilexit, qua pudenter inpudens et pie inproba sine obprobrii et repulsae metu extraneam sibi domum Pharisaei non inuitata illa ui petulans penetrauit, qua rapitur regnum caelorum, et tantum uerbi caelestis esuriens non ad opes illius sed ad pedes Christi cucurrit seque in illis abluit et cibauit atque ipsos sibi pedes sacrarium, ut ita dixerim, et altare constituit. in quibus libauit fletu, litauit unguento, sacrificauit affectu. s a c r i f i c i u m enim d e o s p i r i t u s c o n t r i b u l a t u s, quod illa immolans deo non solum remissionem delictorum sed et gloriam praedicandi cum euangelio nominis meruit.

32. Et quia uocandae ex gentibus ecclesiae imaginem praeferebat, omnia in semet ipsa mysterii salutaris insignia gessit: uncta est chrismate sui muneris, paenitentiae lacrimas habuit in lauacrum, uiscera caritatis in sacrificium et ipsum uiuum

2] (Matth. 25, 33). 4] (Matth. 10, 30; Luc. 12, 7). 14] (Matth. 11, 12). 18] Ps. 50, 19. 20] (Matth. 26, 13; Marc. 14, 9; Ioh. 12, 3). 24] (Luc. 7, 38).

1 dextra *F* 2 ad *O s. l.* indicis *O*[1] 4 sui *om. M* 5 ut — *l.* 8 comas *om. M* iam] etiam *FPU* est *om. L* 6 praenuntianda *L*, prenunctianda *F*, prenuncianda *P*, prenumptianda *U* benediccione *O* 7 remunerabit *MO*[2]*v* munera (merita s. l.) *P* 8 capitis sui *F* qualibus] qua *U* 9 typho *P*[1] unguento et *om. M* rigans *om. FPU* 11 ungentum *M* 12 prudenter *MU*, ł pudenter *M m. 2* 13 farisei *O* illa ui petulans *om. M* 14 rapitur *LMv*, rapuit *FPU*, rũpitur *O* regna *P*[1] 15 opes] dapes *coni. Sacch.* christi pedes *FPU* 16 et et *F* sibi *om. F* 18 littauit *FPU* ungento *MU* effectu *L*[1] 19 quod *O*, quem *cet.* 23 semetipsa *v*, semet ipsam *ω* 24 crismate *LMOP* 25 uinum *U*

uiuificantemque panem manibus et ore praesumpsit, sanguinem quoque calicis, antequam fieret calix sanguinis, osculis sugentibus praelibauit. beata, quae Christum in carne gustauit et in ipso corpore Christi corpus accepit, merito praelata Pharisaeo pascenti licet Christum, quae Iudaeo epulante ieiuna non cibi, ut dixi, sed salutis auida seruiebat. beata, quae meruit in ecclesiae typum hac quoque specie figurari, ut in domo et conuiuio Pharisaei non ipse Pharisaeus sed peccatrix ad ueniam iustificaretur. plus huius inportunitas. etenim dispositi a saeculis sacramenti ordo poscebat iuxta illam Noe patris propheticam benedictionem in tabernacula Sem transire habitationem Iapheth, hoc est in domo legis et prophetarum ecclesiam potius iustificari, minorem aeui sed gratiae lege maiorem, unde ipsius in Iohanne persona, unde lex ipsa legis profitetur: qui post me uenit ante me factus est, quia prior me erat.

33. Vt autem etiam in typo congrueret ecclesia capiti suo, bene formam peccatricis acceperat, quia Christus quoque formam peccatoris accepit. sed Iudaeus neque caput neque fundamentum habiturus in Christo nec caput Christi nec pedes unxerat, quod utrumque pretiosis unguentis mulier euangelica inrigauerat. propterea synagogae neque oleum gratiae neque aqua refectionis a Christo est, cuius typum illi Pharisaeo gerenti circa ipsum et olei et aquae salutaris fontem et aqua et oleum caritatis exaruit. de hoc fonte praedixerat per prophetam: oleum peccatoris non inpinguet caput meum, sicut ad ecclesiam suam dicere potuit: inpinguasti in oleo

14] Ioh. 1, 30. 25] Ps. 140, 5. 26] Ps. 22, 5.

2 suggentibus *FL* 4 fariseo *ut semper O* 5 cibo *FPU* 6 seruiebat] esuriebat *FP²U* 9 plus huius inportunitas *om. M* plus] pia *L* importunitatis *P¹; consequitur* quam Pharisaei dapsilitas *add. Rosw.*, quam illius comitas *addiderim, si quid addendum* seculi *FPU* 10 sacramti *M s. l.* prophetiam *U* 11 iaphet *FLPU,* iafet *O* 13 aeui *scripsi,* temporum (tpr *M,* tempore *L*) aeui *ω,* temporum aeuo *v* gratiam *FOPU* 14 persona unde lex ipsa legis *O,* unde lex ipsa legis persona *FPUv,* legis persona *LM* 16 et ecclesia *FLPU* capitis sui *L* 18 neque caput neque caput *U* neque *FU* 23 aquae *L* 24 fonte *L²Ov,* forte *cet.* per prophetam praedixerat *M* 26 inpingasti *L,* impingasti *M*

caput meum, quae non solum confectione sed etiam uase pretiosum detulerat unguentum, quod multorum graminum siue florum mixta in unum gratia et uirtute fragrabat. quae potuit nisi ecclesia tale conficere? quae de uariis caelestium gratiarum floribus et sucis odora multimodas suauitates ex diuersis gentibus deo spirat orationesque sanctorum uelut aromata pateris incensa flagrantibus spiritu ueritatis exhalat, ut ei talium florum odoribus seu liquorum roribus adfluenti sponsus ipse gratetur illa qua et in Canticis Canticorum uoce blanditur: columba, inquit, mea, perfecta mea, quoniam caput meum repletum est rore, caput Christi deus et crines eius, electio santorum, quibus pater gaudet in Christo, et crines mei guttis noctis. ros, ut scimus, non est imbris humor sed refrigerii, quo reficiuntur arida ab aestu diurno gramina. huius roris lucidis guttis non nisi serena nocte spargitur terra. unde intellegi datur eas noctis guttas, quibus caput et crines suos sapientia maduisse laetatur, formam esse sanctorum, quam et in stellis apostolus coruscare designat, quae aeque serenis noctibus micant, quibus rores cadunt. quae autem nox intellectu spiritali putanda nisi passio domini, quae et dies inluminauit? de qua puto scriptum: et nox inluminatio in deliciis meis. sed sic et hoc saeculum noctem putes, quod conuersione gentium, quarum ante fidem tenebris horrebat, ut nubibus serenatum est, et nunc ecclesiae lumine quasi pleno lunae perfectae speculo et sanctis hominibus ut puris in serenitate sideribus opera fidelium, quibus animam suam quisque uiuificans a praeteritae siccitatis siti reficit, quasi rores in hac, ut diximus, saeculi nocte destillant.

10] Cant. 2, 10 et 5, 2. 18] (Phil. 2, 15). 21] Ps. 138, 11.

2 multarum *FPU* 3 uirtutes *O* fraglabat *M*, flagrabat *OL* 4 ecclesia nisi *F* quod *FPU* 5 adora *U* 7 fragrantibus *FPU* exalat *FLMPU* et ei *FPU* 8 affluentib; *O* 9 g̃aretur *U*, generaretur *F* 10 *post.* mea *L s. l.* 11 rore id est *fort.* 12 eius *om. O* 13 simus *FU* umor *LO* 14 reficimur *FU* 15 spergitur *F* terra *om. M* 19 mictant *U* 20 que est *F* 21 illuminatio] mea *add. Rosw.* sic et *scripsi*, et si *F*, si et *cet.* 23 conuersatione *LP*, $\overset{ati}{\tilde{c}}$uione *M* 25 perfectae *O*, perfecta *cet.* 28 destillant *O*, distillant *cet.*

34. Et ideo caput suum Christus tali repletum rore laetatur et inluminator noctium nostrarum tamen guttis noctis nostrae crines suos gaudet esse perfusos, quia ipsius refrigerium et refectio est illa fidelium operatio, quibus uel fratres iuuantur uel inopes confouentur. ideo denique et uocem Iudae aspernatus est, qui recepti corde suo zabuli spiritu mulieris unguentum Christi pedibus inuidebat. operibus enim pietatis et misericordiae et ungitur et feneratur et pascitur Christus. uerum traditor antequam proderet dominum, perfidiam suam prodidit, quem non pauperum sed furtorum suorum cura commouerat et liuor mentis infidae, ut unguentum illud quamlibet pretiosum, dominici tamen sanguinis conparatione uilissimum, pretiosius corpore salutari iudicans, indignaretur in feminam pie prodigam, quam ipse dominus bonum in se opus testatur operatam, docens egentium curam esse posthabendam, sed sibi tantum, ut in eo ostenderet, ut corde peruerso fidei misericordiam praetulisset, cum fomes operum fides sit et praeceptis suis praestet ipse praeceptor. nisi quod in hoc quoque filius perditionis ostendit, quam uilem Christum haberet, qui unguentum, quod supra Christum effundebatur, perire dixit. et ideo non est in pretio sanguinis Christi, quia habere non potest redemptorem quem maluit habere uenalem, et iure a commercio uitae mortis contractor excluditur suo ipsius damnandus iudicio, quo triginta aureis uendidit eum, quem mulier, ut ipse taxauerat, unxit trecentis; sed in hoc peruersus, qui ipsum uili aestimans do-

1] (Cant. 5, 2). 6] (Ioh. 13, 2; Matth. 26, 10; Marc. 14, 6). 9] (Ioh. 12, 6). 23] (Matth. 26, 15; Marc. 14, 5; Luc. 22, 5).

1 laetatus *LOP*[1] 2 tamen *om.* *FU* 3 esse perfusos gaudet *FPU* 6 quia *F* recepti *O*, recepto *cet.* in corde *M* zaboli *OPU*, diabuli *F*[2] 8 fęneratur *in textu*, al fouetur *in mg.* *M m. 1*, serenatur *FP* (*s. l. m. 2*) *v* 10 pauperem *F* furorum *O*, futurorum *L*[1] causa *M* commoueatur *F*, conmoueatur *U* 11 quodlibet *F* 14 in se dñs ipse bonum *M* 15 dicens *FPU* esse *v*, sibi *M*, se *cet.* sed sibi—ostenderet *om.* *M* 16 ut *FOPU*, ĩprobans (quod *supra*) *M*, quod *L* 17 praestet] praeferri debeat *M* 18 et ipse *FLU* 19 uile *L* et qui *O*, ut qui *v* 21 qui *FPU* 23 quod *L*, ꝗ *U*, qui *F* 24 aureis] argenteis, *sed in mg.* al aureis. sed euangelium dicit arg *M m. 1* uncxit *O*, unxerat *FPU* 25 qui] quod *Mv* exstimans *U*, aestimant *O*[1]

minum unguentum illud, quod in salutarem nobis eius sepulturam praemittebatur, caro aestimauit. uere ut zabulus ignarus gratiae dei, in qua illi non esset portio, non caritate sed inuidia magno aestimauit pretium mortis eius, qua nos gratis seruat qui magno emit, non uendit. nos enim ille uult pretiosos facere sui muneris uilitate. ipse nobis hac pietate pretiosior, quod se uili uult aestimari, ut ab omnibus ematur. quoniam enim, inquit, ipse fecit pauperem et diuitem, et aequaliter illi cura est pro omnibus. unde ait: gratis accepistis gratiam, gratis date. huius gratiae gratuitis opibus diues Petrus debilem pauperem et tantummodo egenae stipis cupidum pecuniam non habens sanitate ditauit.

35. Itaque egeamus auaritia auri, ut abundemus gratia et per inopiam uoluntariam uilescentes huic saeculo pretiosum domino efficiamur unguentum. spirabimus enim bonum Christi odorem deo, si mortem Christi in corpore nostro circumferentes et uitam in spiritu manifestantes et passionis dominicae et resurrectionis odore fragremus. mittimus autem unguentum in corpus Christi, si substantiam uitamque nostram in fidem ueritatis eius et praecepti oboedientiam conferamus. tunc in eius corpore replentia domum totam unguenta fragrabimus, si caritate perfecta possimus umquam dicere: mihi autem mundus crucifixus est, non amanti diuitias, non honores saeculi, non amanti quae propria sunt, sed quae sunt Christi, non amanti quae uidentur, sed quae non uidentur. hae nobis erunt in uirtutem et ministerium sanctum comae, quibus et pedes Christi detergeamus et funes peccatorum rumpere possimus et

5] (I Cor. 6, 20). 8] Matth. 10, 8. 9] Act. 3, 6. 16] II Cor. 2, 15. 4, 10. 22] Gal. 6, 14. 24] (Phil. 2, 21).

1 saluatorem *F* nobis *om. M* 2 premittebantur $O^1$ caro] caro p̄cio *M in mg. m. 1* extimauit *U* zabolus $F^1OPU$, diabolus $F^2$ 4 magna *FPU* extimauit *FPU* 6 precisior *U* 7 exstimari *U* 10 gratiam *om. M* 13 auricia *L* ut *OP*, et *cet.* abondemus $F^1P$ gratiam *O* 16 deo *FPU* 18 odorem $O^1$ fraglemus *M*, flagremus *LO* mittemus *Uv* 19 fide *O* 21 fraglabimus *M*, flagrabimus *LO* 23 onorẽ *O* 25 heȩ *M*, haec *LO* 26 uirtute *O* 27 detergamus *FMPU*, deterg*amus (e *eras.*) *L* *post.* et *om. FOPU*

in spiritu libertatis gratulantes dicere: disrupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

36. Sed dum currendi spatium, dum seruiendi tempus est, pascamus huiusmodi comam et imitemur non solum dilectionem illius euangelicae peccatricis, ut amore magno magna debita diluamus, sed et inportunitatem eiusdem, ut praeripiamus irae inminenti salutem. oportune inportune panem uitae quaerentes patrisfamilias ianuam et nocte pulsemus. in noctibus enim, inquit, extollite manus uestras in sancta. omnis in Christo sapientis limina, ut iussum est, exterentes ubique captemus cibum uitae, ubicumque aucupemur uerbum dei; de omnium fidelium ore pendeamus, quia in omnem fidelem spiritus dei spirat; et necesse est a minimo dei seruo uel guttam caelestis sapientiae destillare, quae ariditatem mei cordis inroret et mihi supra huius saeculi sapientium flumina ad potum utilitatis exuberet, quia malo quinque uerba loqui in lege quam multa milia in lingua, sicut unam diem in atriis domini uiuere quam milia in tabernaculis peccantium, quoniam spiritus ubi uult spirat, et audio uocem eius et nescio unde ueniat. igitur ubicumque auram eius captabo, undecumque uel tenuem halitum legam. uel indigni uel in domum Pharisaei audiam iustum uenisse, contendam praeripere hospitis gratiam, praeripere si possim regnum caelorum. ubicumque mihi resonauerit Christi nomen, accurram; ad cuiuscumque interiorem domum Iesum intrare cognouero, et ipse properabo. cum repperero sapientiam, cum repperero iustitiam in

1] Ps. 115, 16 et 17. 8] (Luc. 11, 5 et 8). Ps. 133, 2. 16] I Cor. 14, 19. 17] Ps. 85, 11. 19] Ioh. 3, 8.

1 gratulanter *M* dirupisti *F*, dirumpisti *L* 6 deluamus *O* 7 īminentis *LM* importune oportune *LM* pamem *F*, panē *O s. l.* 8 patrifamilias *L* ianuas *U* 9 omnis enim *F* 10 iussum *O*, iustum *cet. sed in ras. P*[2] 10 ubique *MU* 12 pendamus *L* 14 in cęlestis *L* distillare *FL*[1]*PU* 15 portum *MO* 16 mallo *O*[1] 17 unum *Lebrun* 19 eius] es *O* 21 alitum *LMO* uel indigni] quocumque uel in domum indigni *Rosw.* uel $^{si}$ indigni *M* 22 domo *OP* 26 repperiero *P*[1] cum r. iustitiam *om. U* repperiero *P*[1] in *om. F*

alicuius penetralibus recumbentem, curram ad pedes Christi, ut uel extremo sapientiae uestigio signer; nec fastidiam pedes, immo optabo, ut uel pedibus suis tangat caput meum Christus. illa fimbriam tetigit, et curata est; alios et transitus apostolici corporis inumbrando sanauit.

37. Expandamus illi capillos, id est omnes nostrorum insignium dignitates ante ipsum sternamus, et deiciamur a nobismet ipsis, ut exaltemur ab illo, qui in altis habitat et humilia respicit. lacrimis delicta nostra fateamur, ut de nobis quoque dicat iustitia illa caelestis: lacrimis rigauit pedes meos et capillis suis tersit. fortasse enim ideo non lauerit pedes suos, cum discipulorum lauaret, ut eos nostris lacrimis nos lauemus. non mediocris anima illa meriti est, de qua potest dicere sapientia: ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. quod est hoc osculum nisi pignus aeternum illius caritatis, quae operit multitudinem pecatorum? haec oscula sponso suo iam tunc parabat ecclesia, quando cantabat: osculetur me ab osculis oris sui. quod priuilegium sola sibi catholica dilectio iure uindicat, quae unica atque perfecta uni uiro ab ipsius ore uerbi petit oscula ueritatis, ne fraudis haereticae ueneno ut incesti oris alieni osculis polluatur.

38. Pedibus ergo Christi oscula casta figamus, ut mereamur a pedibus in caput surgere et in superiora corporis membra crescentes iam de proximo uultus audeamus et oris ipsius oscula postulare. et cum dei uerbum puro corde libantes gustauerimus quam suauis est dominus, tunc anima nostra totis in amore sapientiae uisceribus accensa dulci refrigeretur ardore et confixa ignitis dominicae caritatis sagittis,

1] (Matth. 9, 10). 4] (Act. 5, 15). 8] Ps. 112, 5. 10] Ioh. 13, 5. 14] Luc. 7, 45. 16] I Pet. 4, 8. 18] Cant. 1, 2.

1 penetrabilibus *FU*, penitralibus *O* 2 sapientiam $L^1$ 3 ymo *PU* tanguat *L* 4 *post.* et *om.* *M* transitus *LM*, transitu *cet.* 6 illic *FU* 7 dignitatis $L^1$ ipsum] spiritum *U*, illum *LM* et decidamur *F*, deiciamurque *M* 9 respicit] in celo et in terra *add.* *F* 10 dicit *FU* 11 non ideo *F* lauerat *LM* 12 laueret $L^1O^1$ nos lacrimis nostris *FPU* 13 lauaremus *FPU* 14 intraui *LOU* 15 quid *Rosw.* 19 unita $U^1$ 21 incesti *O*, incestis *cet.* 21 horis *U* 25 oscula *Ov*, osculum *LM*, *om.* *FPU*

quibus omnis alia inimicarum delectationum delectatio interficitur, dicat in corde conpuncto: quoniam uulnerata caritatis ego sum. beatus uero qui potest et osculo unguere pedes Christi. quis mihi misero os adureret et linguam meam caelesti illo carbone purgaret, ut uel calcaneum Christi mererer summo tenus ore contingere et subdito capite sola sancta tergere, ut caput meum potius Christi pedibus tergeretur et, dum pedes lambo diuinos, piarem casti labia inmunda uestigiis.

39. Exhortemur ergo nos inuicem certatimque dicamus: uenite adoremus et ploremus ante dominum, qui fecit nos. illi flentes nostra gaudia seminabimus, illius uestigia perunguentes uulnera nostra sanabimus. quicquid enim Christo inpendimus, nobis potius conferimus. denique illa perfundendo Christum se abluit, pedes illius detergendo sua peccata mundauit, illum diligens se dilexit. et ideo meruit audire: filia, fides tua te saluam fecit, quod ille, qui erat de filiis regni, non meruit audire, magisque iustificata est haec seruitio quam ille conuiuio. Pharisaeus enim non crediderat, ista credebat. denique ille dicebat: hic si esset propheta, scisset utique quae esset mulier, quae eum tangit; et ideo non iustificatus est conuiuio, ad quod quasi tantum hominem inuitauerat Christum, inputans forte illi, qua propter nos et pauper erat, quod tanti fecisset in dapes suas pauperem diues adsumere. illa uero non tanto ambitu seruitutis et inpendii et lacrimarum sperasset remissionem peccatorum, nisi deum credidisset in Christo; et ideo in extremo licet saluatoris uestigio caput suae salutis inuenit.

40. Quo te, miser Iudaee, iactabis? in domo tua te peccatrix nostra praeuenit ingressa in labores tuos. tu enim epula-

2] Cant. 2, 5; cf. 4, 9. 3] (Es. 6, 7). 10] Ps. 94, 6. 15] Luc. 7, 50. 19] Luc. 7, 39. 23] (II Cor. 8, 9).

1 delectatio] dilectio *v* interficietur *FPU* 2 uulneratae *L*, uulnerate *FP*$^{2}$*U* caritates *P*$^{1}$, caritate *M* 3 unguere *O*, ungere *cet.*, tangere *Rosw.* 6 soleam sanctam *LM* 8 casti *O*, castis *cet.* 9 exortemur *FL*$^{1}$*OPU* 14 illius] xp̄i *M* tergendo *L*$^{1}$*M* numdauit *U* 17 hoc *FPU* 19 scisset] sciret *LMv* 20 tangit eum *LM* 22 qua *O*, quia *cet.*, qui *v* et *om.* *FU* 24 *post.* et *om.* *M*

baris ut superbires, illa ieiunabat ut seruiret. et quam de urceis tuis effundendam negaueras aquam, illa de suis oculis ministrabat. tu pedes Christi nec linteo, illa crine detersit. quos tu, indigne, nec manibus contingere uoluisti, illa osculis mulcere non destitit. at certe tu potius hoc ministerium in domo tua recepto hospiti debuisses, si uel exemplo patrum fas hospitale seruasses; sed sufficit uobis ad superbiam iactare patrem Abraham. et ideo te illa praeuenit, quae affectu fideli se potius patris tui filiam conprobauit, a quo te degenerem etiam ista inhumanitas arguit, qua dedignatus es lauare pedes domini, cum et Abraham angelorum et ipse dominus lauerit seruulorum; quamquam tunc quoque fidei pater etiam Christi pedes lauerit, quem unum de tribus propheticis uidens oculis adorauit, et ideo uos ipse sic increpat ore praesenti: si filii Abraham essetis, opera Abraham faceretis, et addidit: ille uidit diem meum et gauisus est. beauit autem et qui non uiderunt, sed cum uidentibus crediderunt. ex quo manifestum est nobis adquisitam fidem, tibi perfidiae superesse naturam.

41. Sibi ergo habeant adrogantiam, sibi diuitias, sibi nobilitatem et iustitiam suam qui Abraham patrem corpore magis quam spiritu gloriantur, incircumcisi corde et sola carne Iudaei. nobis et ad salutem et ad gloriam satis est Christus et ipse crucifixus, qui nos de lapidibus in Abraham filios excitauit, illis contra de Abraham filiis in nostrae originis lapides obrigescentibus. nobis Ephrem sinister ad dexteram benedictus proficit; illos in Manasse, qui praesumptione senioris auo dexter

1] (Ioh. 4, 38). 3] (Luc. 7, 44). 7] (Gen. 18, 3. 19, 2. 24, 31). 14] Ioh. 8, 39. 16] Ioh. 20, 29. 22] (Ioh. 8, 39; Act. 7, 51; I Cor. 2, 2). 25] (Matth. 3, 9). 27] (Gen. 48, 14).

2 negaueris *FU* oculis *O* 5 hac *L* 6 doma *L* 8 fidei *M* 10 leuare *U* 11 lauarit $L^1$ 15 abrahę *M* addit *v* 16 beauit *O*, beati *cet.*, beatus *v* 17 uiderant $FOP^1$ 18 perfidia *P Lebrun* superesse *scripsi*, perisse *ω Lebrun*, non perisse *v* 20 ad arrogantiam *FU*, ad aroganciam *P* 24 crucifixus est *FPU* 25 abra(h)ę *M* 26 efrem *M*, effrem *cet.* 26 sinester $O^1$

adstiterat, translata in caput sinistra crucis mysterio denotauit, quia crux Iudaeis scandalum, Christianis futura gloria, illum esset sinistrum factura de dextero et me dexterum de sinistro, quia, Iudaeis in nostra deserta labentibus et nobis in illorum sata inuadentibus, sunt caecitate quod fuimus et sumus gratia quod fuerunt. sed non ita nostra salute gaudebimus, ut uestro laetemur interitu. docti enim sumus a uestri corporis fratre sed spiritus nostri magistro non insultare ramis fractis, quia ipsi non ex operibus sed ex muneribus miserationum dei in arborem uestrae stirpis inoleuimus. potens autem est communis dominus, sed Christianorum pater hoc est fidelium deus, item uos genuinis corticis uestrae sinibus inserere et uestro cespiti replantare, qui nos uestrae pinguedinis suco per adoptionis beneficium medullauit, ut utrosque in unum domino fructificantes radix una sustineat.

42. Interim malo peccatricis et pauperis nostrae diuitias in lacrimis et affectu quam tuas in inpietate et littera, illius ieiunium quam tuum conuiuium. malo inter capillos illius Christi pedibus inligari quam inter dapes tuas tecum iuxta Christum sine Christo discumbere. si modo unguentum ad pedes Christi non habeam, in aduentu eius ad meas faces oleum non habebo. et uae mihi, si unguentum meum uile sit; pretioso enim opus est, ut consepeliri merear sepulturae eius, cuius nisi morte conmoriar, resurrectione non uiuam. ergo illum amemus, quem amare debitum est. illum osculemur, quem osculari castitas est. illi copulemur, cui nupsisse uirginitas est. illi subiciamur,

2] (I Cor. 1, 23). 5] (Ioh. 4, 38). 8] (Rom. 11, 18). 17] (Luc. 7, 38). 21] (Matth. 25, 3). 23] (Rom. 6, 4).

1 extiterat *FPU* ministerio *O* denotauit *ex* designauit *P m. 2* 2 scandalo *O* 3 dextro *FLM* me] in *FPU* dextrum *FMPU* 4 *post.* in *om. LM* eorum *FPU* 5 sunt *ex* siue *P m. 2* cecitas *FP²U* 6 fuere *FPU* ṇrã (n *supra*) *M* gaudemus *FLM* 7 inte interitu *L* uestris *O* 10 tirpis *U* 11 est *om. U* 12 idem *O* nos *F* genuiuis *F*, geminis *U* uestris *F*, ũr̃ię *M* 14 dñm̃ *LM* 16 mallo *O*¹ 18 mallo *O*¹ 19 pedibus x (i *supra*) *M* 20 sine Christo *om. LM* x (i *supra*) pedes *M* 22 uilescit *FPU* 23 eius] es˥ *(cf. p. 193, 19)* *O*

sub quo iacere supra mundum stare est. propter illum deiciamur, cui cadere resurrectio est. illi conmoriamur, in quo uita est.

43. Et quam digne uicem huic domino referre poterimus, in quo et mortui uiuimus, qui uicissim nobis hoc esse dignatur, quicquid illi fuerimus seruuli sui! ita enim se inmiscet nobis ac nos sibi conserit, ut quod ipse accepit nobis proficere faciat, quod nobis id est minimis eius tribuitur sibi acceptum ferat. sic et honori suo inplicans suos prope omnia nobis, etiam nomina sua conmunicauit. ut uirtus dei dicitur, ita et nobis uirtus esse dignatur. deus enim nostrum refugium et uirtus. hereditas ut illi nos, et ille nobis. nam sicut habes in Moyse: facta est dei portio populus eius Iacob, ita et in psalmis habes: portio mea dominus. et sicut ipse de se ait: ego sum lux huius mundi, ita et ad suos dixit: uos estis lux huius mundi. ego sum, inquit, panis uiuus; et nos omnes unus panis sumus. ego sum uitis uera; et tibi dicit: plantaui te uitem fructuosam, omnem ueram. mons dei Christus, in quo bene placitum est deo habitare in eo, et sancti eius montes dei, montes uberes, de quibus nos inluminat mirabilis a montibus aeternis. petra est Christus: bibebant enim de spiritali sequenti eos petra, petra autem erat Christus. etiam discipulo suo huius uocabuli gratiam non negauit, cui dicit: super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praeualebunt aduersus eam.

44. Sed quid miramur eum famulis suis indulsisse sua nomina, quibus et patrem suum participat et regnum. dedit

4] (Col. 3, 3). 5] (Luc. 12, 37). 7] (Matth. 25, 40). 10] Ps. 45, 2. 12] Deut. 32, 9. 13] Ps. 118, 57 et 141, 6. 14] Ioh. 8, 12. 15] Matth. 5, 14. 21] I Cor. 10, 4. 23] Matth. 16, 18. 27] Ioh. 1, 12.

4 hoc est dignatur *P*[1], est dignatus *FP*[2]*U* 6 accipit *LM* 7 faciat] qui *add. v* 9 ut] et *FPU* 13 sicut *om. FPU* 14 sum *om. L* huius *om. M* ita et *Ov*, idem *M*, et idem *cet.* 15 huius *om. FMPU* 16 uitis *MOv*, ait uitis *cet.* fera *O*[1] 18 habitare *L s. l.* 19 mortes *U* 21 cristus est *F* enim] autem *FPU* sequenti *Ov*, consequenti *cet.* 23 cui] cum *FPU* 25 aduersus] ad *LPU* 26 indulxisse *F* nomina sua *F*

enim potestatem recipientibus se filios dei fieri, et, quantum in ipso est, omnibus dixit hominibus: dii estis et filii excelsi omnes. nos uero nostrarum crimine uoluntatum sicut homines morimur et sicut unus de principibus cadimus. unus enim principum angelorum fuit, antequam deiciendo cadens fieret zabulus, cui dicitur: quomodo cecidit lucifer, qui mane oriebatur? sed non sicut ille in aeternum interitum damnati sumus, quia ille auctor peccati fuit simulque pro se et pro homine punietur, qui eodem periit scelere, quo perdidit. homo autem non in finem meruit exterminari paradiso et terra esse, quia diuina iustitia lenius iudicauit aliena mente peccasse quam propria. criminosius est decipere quam decipi et peccatum excogitare quam facere. et ideo temporaliter et ad emendationem punitus est fraudis adsensor, in aeternum autem supplicium destinatus mortis inuentor, cui numquam deficiet poena peccati, quia numquam desinit. itaque non angelus, non legatus, ut scriptum est, sed ipse dominus uenit erigere adlisos, soluere conpeditos et saluum facere quod perierat. sed ut illum deceptorem nostrum mutua quasi deceptione confunderet, per mysterium pietatis suae dignatus est unigenitus dei filius ipsam nostrae fragilitatis suscipere naturam, ut de ipsa, quam deceperat, zabulus uinceretur et qui semper sub dei uirtute et legibus fuit ut est homini subiugaretur.

45. Quid ergo illi retribuemus pro omnibus, quae retribuit nobis? retribuit enim, sed ut bonus dominus bona pro malis, cui nos mala pro bonis ingesseramus. benedicebat, et maledicebamus. ille sanabat, et nos blasphemabamus; iustificabat inpios, et cum iniquis deputabatur. quid ergo illi pro malis meis quae pertulit, quid pro bonis suis quae con-

2] Ps. 81, 6. 4] (Ps. 81, 7). 6] Es. 14, 2. 18] (Ps. 145, 8). Luc. 19, 10. 24] Ps. 115, 12. 28] Es. 53, 12.

1 enim] eis *F* 2 est *om.* *U* 4 ‖et *L* 5 principium *F* 6 zabolus *OP* 9 punitur *FPU* perit *LO,* periit *M* 10 fine *FOPU* 11 terra* (m *eras.*) *L* leuius *FPv* 15 nūquam pęna peccati numquam deficiet *M* 16 numquam peccare desinit *M* 19 illud *M* 22 ipsa‖ *L* zabolus *OP* 23 ut] et *L* est] esse *M* 24 retribuimus *FOPUv* 28 ego *FU*

tulit referam? quid pro suscepta carne? quid pro alapis? quid pro obprobriis? quid pro flagellis? pro cruce obitu sepultura rependam? esto, reddamus crucem pro cruce, funus pro funere: numquid poterimus reddere quod ex ipso et per ipsum et in ipso habemus omnia et ipsi qui habemus sumus? ipse enim fecit nos, et non ipsi nos, et anima nostra semper in manibus eius. reddamus ergo amorem pro debito, caritatem pro munere, gratiam pro pecunia. uae enim nobis, nisi dilexerimus.

46. Quando autem sperem me miserum et egenum huic domino posse reddere, cui nec apostoli se reddidisse profitentur. audi denique unum de ipsis confitentem se non reddidisse, qui dicit: quis prior dedit ei, et retribuetur illi? sed ipsi gratias, qui nobis tanti fenoris remittit usuras et obligationis inmensae conpendium praestat, solam a nobis dilectionem sui repetens, quam inter praecepta sua principali loco ponens ostendit quomodo illi insolubile debitum etiam inopes solueremus. nemo se igitur excuset difficultate soluendi, quia nemo se potest dicere animum non habere. non sacrificia, non munera sumptuosa, non duri labores exiguntur a nobis; in nobis est unde soluamus. res enim potestatis nostrae est noster affectus; hunc domino inpendamus, et soluimus. denique Dauid liberatus de manu omnium inimicorum suorum pro salutis suae plena securitate non regni opibus sed animi soluens ait: diligam te, domine, uirtus mea.

47. Addo etiam amplius eum, qui creditor est, debitorem fore, si illi pretium bonitatis suae, quam nobis indebitam praestat, gratuita diligentes animo pensione soluamus. diligitur autem et in nobismet ipsis, quia ipse dixit hoc signum fore

4] Rom. 11, 36. 5] Ps. 99, 3. 13] Rom. 11, 35. 24] Ps. 17, 2.

1 *pr.* quid *om.* *FPU* *alt.* quid *om.* *FPU* 2 pro obitu *FPU* sepultura *om.* *U* 5 sumus] ab eo sumus *FP²U* 7 amore *U* 12 de] ex *LM* 13 qui dicit quis] quis inquit *M* ei (illi superscr.) *M* (illi *m. 2*) retribuitur *FOPUv* 14 fęnoris *MO*, foeneris *PU* 18 igitur se *F* 19 munera] itinera *FPU* 21 soluamus *LM* 23 omnium *om.* *F* 24 opes *LM* 26 amplius: cum *U* 28 diligente *U*

discipulorum suorum, si diligerent inuicem dilectione qua ipse dilexit nos, id est ut cor unum et unam animam habeamus in Christo et id quisque proximo suo faciat, quod sibi fieri cupit. quo magis tua caritate gloriamur in domino, quae sola nos facit aliquatenus uel unum de magnis et innumeris debitis deo soluere. in omnibus enim aliis bonis uix nos tantum uel in paucis initiatos, in tua tantum dilectione profitemur esse perfectos.

## XXIIII.

SEVERO FRATRI PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES.

1. Habeo tibi adhuc aliquid dicere, quamquam tu inopertis litterarum promptuariis accipias et super tecta, quantum in te est, ut ipse profiteris, studeas praedicare. sed si hanc, quam de te nunc apud te deposituri sumus querimoniam, inter cetera loquacitatis nostrae inepta deprompseris, tuam simul temeritatem diuulgabis, de qua conquerentes hanc epistolam fecimus, superioris fine commoniti, de caritatis uidelicet et perfectionis uerbo, ut istius faceremus exordium. haec enim nobis de nimio tuae unanimitatis affectu expostulandi causa est, quod te multa dilectio usque ad mendacii peccatum trahit. siue enim ea reputem quae de te, siue illa quae de nobis loqueris, onera nostra iniustis laudibus cumulans, tua falsis uituperationibus minuens,

1] (Ioh. 13, 35). 2] (Act. 4, 32). 3] (Matth. 7, 12).

2 animam unam *LM* in Christo habeamus *LM* 5 aliquatinus *O* deo debitis *FPU* 8 perfectos] uale *add. FPU.* — explicit epistola tertia *F*, finit de uictoris artificio *O.*

*FLMOPUrχ.* — epła bĩ paulini ẽpĩ ad sulpicium seuerum ·II· *L*, ad sulpicium seuerum ·X· *M*, incipit (item incipit *χ*) eiusdem ad sulpicium seuerum *rχ*, incipit (ad eundem *add. O*) secunda de perfectione *FO*, epistola paulini ad seuerum monacum de perfectione et caritate imitanda *U* meropius paulinus et therasia sulpicio (sulpitio *M*) seuero in deo christo salutem *LM, om. rχ* 11 adhuc *om. LM* tu *om. FPU*, tu qui *χ*, tu qui ɫ *L*, tu quae *M* 12 littarum *M* promptuaria *Lrχ*, promptuarii *U*, promptuarium *P*[1] accipias *Ov*, accipis *cet.* et *om M* 14 de te *om. Lrχ* apud te nunc *v* 16 deuulgabis *L*[1]*rχ* facimus *χ* 18 istiusmodi *FP*[2]*U* hec enim nobis exordium. hec enim de *F* 19 tuo *F* unanimitatis] caritatis *U* 21 illa] ea *FPU* honora *add. χ m. 3*, honoras *Lr*, honorans (honora *exp. m. rec.*; opera *suprascr.*) *M* 22 muniens *O*

arguam te in caritatem de caritate peccare. caritas enim, inquit, benigna est; caritas proximo malum non operatur. benignam eam nobis exhibes, quod experimur; nam et in eo gloriamur. sed uide ne contra eius regulam uidearis operari malum proximis, quibus sarcinam peccatorum pondere indebitae laudis accumulans, et quasi non idem uolens nobis quod tibi, siquidem de nobis ita loqui iustum existimes, ut de te inutile tibi iudicas, iure audies: si recte diligas et non recte diuidas, peccasti. nisi forte id quoque altiore pietatis consilio facias, ut dum aliena nobis bona uerbis indulges, stimulum pudoris suggeras, ut legentes quod esse debemus boni esse discamus nitamurque nos iuxta sermonem tuum promere, et forsitan possimus effici quod non sumus, dum erubescimus non esse quod dicimur. interim tamen dum conscientia non agnoscit fidem sermonis tui, blandimentum aspernatur uerecundia. quae te apud te ipsum, ut dixi, conueniat, cur audeas nobis ut decertato agone uictoribus palmam perfectionis adscribere, quoniam omnem terrenae possessionis sarcinam exposuisse uideamur, te contra adhuc infelicem et in luto faecis infernae adhaerentem ingemiscas, quod uel unum, ut scripsisti, praediolum non uendidisse uidearis, cum ipsum quoque aeque ut uenditum a tuo iure praesenti alienaueris, ut maioribus fidei fructibus bis deuotus existeres deo, diuerso mercimonii opere sed uno uitae lucro intra eiusdem praecepti terminos uenditor largitorque fundorum et ideo sine animi captiuitate possessor, quia quae reseruasti ecclesia te seruiente possideat.

1] I Cor. 13, 4; Rom. 13, 10. 8] Gen. 4, 7.

1 caritate *O* caritas—*l.* 9 peccasti *om. r* 3 nobis *om. FPU,* nobis eam *M* 4 ea *FPU* 6 accumulans *O,* accumulas *cet.* 7 siquidem—inutile tibi *om. Lχ* 8 tibi *om. M* iudicans *FU* audias *FPU* diligis *χ* et *om. FPU* 9 quoque] quod *U* 10 indulgis *O,* indulgens *U* 12 ꝓmere (l comere) *M* 13 forsitam *Orχ* possumus *FPU* non] nostra *v,* monstras *coni. Sacch.* sumus—interim *om. FOPUv Rosw. et Sacch.* 14 dicimus $χ^1$ 15 agnosit *F* semonis *F* 16 conuenit *LMrχ* 18 quoniam *OPU,* quando *F,* quod *cet.* 20 ingemescas *rχ* 21 ipsd ęque (&q;) *M* 22 uenditum *scripsi,* uendito *O,* uenditor $FP^2U$, uendita *cet.* 23 bis] his *FOUv* 24 lucro uitae *FPU* 26 quae *FOPU,* et quae *cet.* ecclesiae *O* te *om. O* possidet *M*

2. Itaque de ipsius domini uerbis nostras pariter ac tuas pende rationes, ne uel tibi ut inpedito diffidas uel nobis ut iam liberis congratuleris, diuisiones esse gratiarum et mensuras donationum, quas ut in corporis sui membris unus atque idem dispensator operatur deus, diuersa in suo corpore distinguens placitis membra muneribus, sed corpus unum ex diuersitate membrorum struens, ut hinc quoque gratia sacri corporis augeatur, si multiplex uirtus in una conpage numeretur, ut stet regina a dextris eius in fimbriis aureis circumamicta uarietate. uide nunc quantum in ea tibi donauerit deus, cui et in illorum sorte tribuit portionem, qui in lege perfecti uixerunt, ita possidentes, ut non possiderentur a possessionibus suis neque ullam aut rerum aut necessitudinum caritatem, ut in Iob et Abraham et Lot ostenditur, dominicae caritati et disciplinae anteponerent; sed et eorum sis particeps, quos euangelica plenitudo consummat, qui maioris opulentiae et inlecebrae praedia uendidisti.

3. Vnde confido parem tibi in medio diuinarum sortium requiem, ut dormias, sicut scriptum est, inter medios cleros id est sortes domini, quae in duobus testamentis accipiuntur, de quibus hereditas domini et sanctorum plenitudo perficitur. unde paratus sum dominico aduersum te uerbo in diuersum uti, ut dicam tibi: in fratris tui oculo festucam gratiae uides et in tuo eiusdem boni massam non sentis, cum

3] (I Cor. 12, 4). 6] (Rom. 12, 4). 9] Ps. 44, 10 et 15. 14] (Iob. 1, 21; Gen. 12, 4). 19] Ps. 67, 14. 23] (Matth. 7, 3; Luc. 6, 41).

1 itaque—*p.* 205, 1 timuerunt *om. r* 2 pondera rationes *FP*[2], ponderationes *P*[1]*U* 3 congratuleris *Ov*, congratuleris. cogita *FPU*, congratuleris. primum omnium considerare oportet *LMχ* 4 ut] ut uult *LMχ* 5 deus *χ add. m. 2,* dominus *FPU* 6 placidis (l tis *m. rec.*) *M* 7 instruens *LMχ* 8 simul triplex *FPU* ‖meretur *χ* 11 donauerit tibi *F* deus *O*[1], dominus *cet.* in *om. U* 12 perfecte *LM* dixerunt *FPU* non *om. U* possidentur *U* 13 suis *om. M* 14 in *om. O* loth *FOPU*, in loth *LMχ* 15 caritatis *FO* et disciplinae *om. U* anteponeres *O* sed et] sed *FOPU* illorum *M* 16 consumat *FPU* quia *FU* 18 parem] paratam *LMχ* 20 clerios *U* quae—domini *om. U* 22 dominicum—uerbum *OP*[1] uti in diuersum *U* 23 fistucam *Oχ*[1]

utrasque, ut dixi, sanctorum occupaueris partes, nec in reseruatis praediis possessor et perfectus in uenditis. itaque et in quo possessor uideris, soluta a possessionum uinculis mente perfectus es, qui conlecti temporis memor illud apostoli conples, ut habens non habeas, quia non tibi sed non habentibus habens. domus tuae hospes es, ut sis hospitium domus; patriae tuae peregrinus es et exul istius mundi, ut sis incola paradisi et patriae ciuis antiquae. non tricliniis tua tecta occupas neque supellectilis aut pecuniae molibus stipas, sed de peregrinis et egentibus unius ipse metator anguli conples tuorumque confamulus uernularum temporale habitaculum tui tecti non ut paterfamilias usurpas, sed ut mercennarius uel inquilinus manes, stipendium quasi precariae mansionis domino pensitans de socia et corporis tui et animi seruitute.

4. Quod si iuxta operis modum porrigenda est uel contrahenda merces et conpensatio quaedam facti infectique facienda est, aequa ratio perfectionis animi tui cum eorum opere ducetur, qui omnia uendiderunt, qua nec tu tibi aliquid uel in iure uel, quod est amplius, in animo reliquisti, qui sic uteris mundo, quasi non utaris. atque haud scio an fortioris fidei iudicanda sit ista constantia et firmitas tui cordis, qua inter ignes non ureris, inter laqueos non caperis, picem tangis nec inquinaris, quam eorum, quos tu fortes putas, ego autem infirmiores arbitror iudicandos, quia non credentes infirmitati

4] (I Cor. 7, 30). 20] (I Cor. 7, 31). 21] (Prou. 6, 27). 22] (Eccli. 13, 1).

1 reseruandis *LM*$\chi$ 3 possessionem $O^1$ 4 collecti* (s *eras.*) *L* 5 habens *FOPU*, habes *cet.* 6 sis] sit *fort.* hospitium $F^1LU$, hospicium *O*, hospitum *cet.* domus tue *FPU*, domesticis *M* 7 tuae. Peregrinus *M* 8 tecta tua *F* 9 supellectibus $\chi$, suppellectilibus $L^1M$ mobilibus *O* stipasse $P^1$ de $OP^1$, *om. cet.* 10 metator anguli ipse *U* 11 uernulorum *O* 12 mercenarius *LMU*, cernarius *O* manes *MO*, inanes *L*, inanis *cet.* 13 domino] altissimo *add.* *LM*$\chi$ socia et] societate *LM*$\chi$ 14 anime *L*$\chi$ 15 si *LM*$\chi$, *om.* $F^1$, ei *cet.* 16 mercis *L*$\chi$ 17 aequ *O*, aeque *LM* ratio *LM*, ratione *cet. et v* perfectio *v* ducitur *FOPU* 18 qua $OP^1$, quia *cet.* 19 iure] ore *LM*$\chi$ 20 mondo *F* atque *om.* *LM* haut *O*, aut $\chi^1$ an] quam *O* 21 qua *OP*, quia *cet.* 23 putas forter *U* 24 arbitror infirmiores *FPU*

suae festinauerunt alienare omnia, quibus inhaerere timuerunt. tu igitur inter mortuos liber, qui in possessione terrena terra iam non es et terris emines, nec morticinorum contagione pollueris nec habitas in dormientium proiectorum sepulchris, quia in caelo sepelisti uitam tuam, quam in Christo abscondisti. nos autem non patiamur inuidiam perfectionis, sed potius accipiamus ueniam infirmitatis, qua negare non potes fortius esse manentibus quam alienatis rebus carere et spernere quod habeas quam non habere quod spernas.

5. Sane considera ipsa, de quibus nobis adrogas perfectionem, uerba domini, et uidebis te principia pro fine posuisse. si uis, ait, perfectus esse, uade et uende omnia tua et da pauperibus. si in hoc sententiam terminasset, te falso arguerem et ultro exposcerem, ut mihi tamquam uicina de similitudine eiusdem studii anima congratulareris, quia agonis inpleti palmam, quasi decimam illam drachmam inquam, in primo carnis parente perditam, intra domum tamen tandem accenso uerbi salutaris lumine inuentam in manibus iam teneremus; sed cum uideas quantae molis uerbum supersit, cum ipse dominus maiestatis adiciat: et ueni, sequere me, istam potius difficultatem considera et dilatato corde metire; tunc intelleges maiores tibi causas pro nobis superesse sollicitudinis quam esse gratulationis. facile enim nobis bona uel onera adposita pallium remittentibus exciderunt, et quae nobiscum non intuleramus in hunc mundum nec poteramus efferre nobis-

2] Ps. 87, 6. 4] (Ps. 67, 7 et 87, 6). 5] (Col. 3, 3). 12] Matth. 19, 21. 16] (Luc. 15, 8). 20] Matth. 19, 21. 25] (I Tim. 6, 7).

3 terri semines $O^{1}$, terreni seminis *FPU*, terrae seminis *v* morticiniorum *U* 5 qui *FU* 6 abschondisti *F* 7 qua *FOPU*, quia *cet.* 8 alienati *r* 9 habes *LMrχ* quam] quod *O* 10 perfectione $L^{2}Or\chi$, perfectiones $L^{1}$ 13 terminas *FPU* te *O*, nec te *cet.* falso *O*, falsi *cet.* 15 similitudinem $O^{1}$ $\overset{l\,a}{\text{animo}}$ ($^{l\,a}$ *m. rec.*) *M* 16 dragmam *ω* inquam *scripsi*, quam *ω* 17 parentem $U^{1}$ 18 saluatoris *L* 19 supersit] suum sit *LMrχ* 21 difficultatatem *L* $\overset{\text{dilatato}}{\text{diffuso}}$ *P* 22 intelliges *Uv*, intellegis *FOP*, intelligis *cet.* nobis *om.* *M* 23 honera *χ*, honora *P* 25 tuleramus *LMrχ* mondum *P*

cum, quasi mutuata reddidimus nec ut cutem a carne distraximus, sed ut uestem a corpore deposuimus.

6. Nunc opus est, ut quae uere nostra sunt dependamus deo, hoc est cor et animam et corpora nostra exhibentes in hostiam uiuam, ut scriptum est, domino nosque ipsos aedificantes ei in templum sanctum in ipso lapide angulari, qui nobis sanctificationis nostrae formulam in semet ipso dedit et ait: sancti estote, quoniam ego sanctus sum. quae igitur nobis gratia, si in alieno tantum fideles fuerimus, nisi de proprio seruiamus, id est de libero uoluntatis arbitrio ex toto corde nostro et ex totis animae nostrae, ut scriptum est, uisceribus diligentes deum? in quem nos affectum lacessit propheta, qui dicit: uoluntarie sacrificabo tibi. hoc enim acceptum et placitum coram deo, ut bonum nostrum sit uoluntarium, qua recipiamus quae nostra sunt, paradisi scilicet domum et uitam aeternam, in quibus creati sumus; quam si ab huius terrae in quam damnatione deuenimus possessione purgati receperimus, tunc uere ut ab exilio in patriam restituti uel a peregrinatione longinqua in genitalem domum reduces poterimus dicere: portio nostra dominus in terra uiuentium.

7. Quamobrem temporalium quae in hoc saeculo habentur bonorum relictio siue distractio non decursus stadii sed ingressus nec ut meta sed ianua est. non enim athleta tum uincit, cum exuitur, qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certauerit coronandus. et natator amnem inter-

4] Rom. 12, 1. 6] (Eph. 2, 21). 8] Leu. 11, 44. 11] (Deut. 6, 5; Matth. 22, 37). 13] Ps. 53, 8. 14] Philem. 14. 20] Ps. 141, 6. 26] (II Tim. 2, 5).

1 mutata *Lrχ* reddimus *FPU* carnem a cute *LMrχ* 3 uere *LMr*, uera *cet.* 5 nos ipsos aedificemus *M* 6 ei *om. M*, et *Lr* in *om. F* 8 quae igitur—*l.* 21 uiuentium *om. r* 10 libro *Lχ* uoluntati *F* 12 uiribus *v* dominum *LM* lacessit] accersit *L* 15 qua *OP*[1], quo *cet.*, quatinus *v* 17 ab *om. LMχ* huius (h *ex* b) *L* dapnatione *M* possessionem *χ*, professione *FPU* 18 uero *FPU*, uero uere *LM* ut *om. F* 22 ob rem *ex* arborem *χ* 24 ut] ut uis *LMrχ* tunc *FLPUrχ* 26 interpositus *U*

positum superaturus exuitur, nec tamen hoc tanto apparatu, quod se dispoliauerit, transnatabit, nisi totius corporis nisu et omnium scita mobilitate membrorum et propulsu pedum et remigio brachiorum et lateris inlapsu torrentis inpetum scindat et laborem natationis exhauriat.

8. Video tamen nobis et in beato patriarcha Iacob huius expeditionis ordinem prolusisse, cum illum lego, posteaquam torrente transmisso praemissis curarum suarum oneribus id est facultatum corporalium et necessitudinum inpedimentis solus in tabernaculi loco remanserat, deo conluctatum, cum extorquenda benedictione praeualuit et illud caelo terrisque sacratum Israel nomen accepit. in quo tametsi principaliter sacramenti salutaris praefiguratio esse uideatur, quod uidelicet in Iudaeorum typo hoc est corporis sui sobole Iacob praeualuerit domino, sicut ille populus in eius passionem Pilato extorquendam praeualuit, sicut scriptum est, cum dicerent: crucifige, crucifige, et inualescebant, inquit, uoces eorum: attamen in huius nostri nunc ratione sermonis eatenus usurpanda uidetur historia, quatenus imaginem euangelicae praeceptionis operata est, ut illo uidelicet exemplo intellegamus non posse nos esse idoneos ad congrediendum deo, cui utique congredimur, cum uerbum eius inplere nitimur et in uirtutes diuinas imitatione ipsius praeualere conamur. itaque ad corripiendam uitae uiam capiendumque dei uerbum et praeualendum in regnum caelorum, quod a diebus

6] (Gen. 32, 24). 17] Luc. 23, 21. 25] Matth. 12, 13; Luc. 16, 16.

1 neque *LMrχ* tantum *LMrχ* 2 quo *LMrχ* despoliauerit *Lχ*, expoliauerit *U* transnatauit *P*, transnauit *P* nisi se *FPU* 3 cita *M* proculsu *O*, propulsum *F* 4 braciorum *O* 5 nationis $\chi^1$ natationis laborem *U* 6 petriarcha $r^1$ 7 prelusisse *F*, preluxisse *U*, profuisse *LMr* 8 torrentem *rχ* praemisissis *U* honeribus *χ*, muneribus *FPU* id est *om.* *χ* 9 necessitudinum] sollicitudinum *M* 10 cum] cum in $M\chi^2$ 11 terris *U* 12 sagratum $\chi^1$, sacramentum *O* 14 subole *rχ* 15 passionem *O*, passione *cet.* 16 extorquendam $L^1O$, extorquenda *cet.* 17 inquid $r\chi^1$ 18 nostri *om.* *LMrχ* 20 praefectionis (f *in* c *corr.*) *F* in illo *FPU* 21 nos *om.* *Lrχ* esse] adesse *LMrχ* dño *LMrχ* 22 cui utique] cumque *O*

Iohannis uim patitur ut a diripientibus, idonei esse non possumus, nisi omnia, quae uel amore uel cura, si in itinere istius saeculi nobis adhaereant, inpediunt et retardant, ante obitus nostri uesperam praemittamus et inde per totam huius saeculi noctem adprehendere et tenere Christum sollicita spiritalium operum ac studiorum contentione luctemur nec diuellamur a caritate Christi sicut Iacob ab eius amplexu, nisi extorqueamus benedictionem. atque utinam ad salutaris insigne luctaminis neruum femoris nostri maiestatis suae timore percutiat, quo obstupescente infirmabitur uirtus carnis et spiritalis gratia conualescet. in Iacob tamen ad Iudaicae sterilitatis et deprauationis typum percussi femoris neruus emarcuit, eam filiorum illius partem indicans, quae degenerans a fide patrum destitit deo esse fecunda, unde habes, quia fecunda in filiis infirmata est et a praeceptis auctoris sui deuia in erroris sui semitis claudicauit.

9. Sed nihilo minus et nobis cauendum est, ne steriles appareamus in conspectu domini neue debili pede in eius itinere claudicemus et ut potius corporeis fructibus infecundi illum de diuinae manus ictu femoris paterni stuporem ad continentiae rigorem trahamus, ut eneruès cupiditatibus, quibus uirtus fidei subneruatur, confirmemus animam castitate, quam apostolus docet, quam etiam carnales athletae diligenter tuentur. quo nobis inpensiore studio seruanda est pro illa inmarcescibili corona luctantibus, cum etiam pro temporali et fragili corona

7] (Gen. 32, 26). 14] I Reg. 2, 5. 17] (III Reg. 16, 21). 22] (I Cor. 9, 25).

1 ui petitur *O* ut *scripsi, om. FU, exp. P,* et *cet.* diripientibus] obtinetur *add. LM*χ, occupatur *add. Sacch.* 2 si *om. LMr*χ 3 adherebunt *LMr*$\chi^1$ ne nos ĩpediant et retardent *M* 4 et *om. M,* de *Lr*χ 7 Iacob] iob *U* 8 ad] et ad *LMr*χ 10 quod *r*$\chi^1$ 11 sterelitatis *L*$r^1$χ 12 deprauationis] nomen *add. U* 13 illius] eius *Mv* 14 *pr.* facunda *O* 15 sui auctoris *LM* 20 stupore *FPU* 21 trahamur *F* eneruis *LMr,* eneru[ati] (ati *m. 3*) χ cupiditates *FPU* 22 quam] ut *add. FPU* 23 quam etiam *Ov,* et *Lr*χ, etiam *FPU,* et etiam *M* 24 quod *FOU,* quo *in* que *corr. L* inpendiore *OP*[1] seruandum *FPU* illa *ex* illi *O* inmarciscibili *O*

decernentibus excolatur. quare sub hominum et angelorum spectaculis in huius mundi theatro ante dominum dimicaturi exuamur operibus aduersis, ut medicis operibus induamur. in hoc enim ipsum nos praeparari uult qui dicit: sequere me, ut adprehendamus eum, in quo adprehensi sumus ab ipso. qui nos illo uocat, ubi sedet ad dexteram dei in gloria patris, omnibus dicit: uenite ad me, onerati et laborantes, et inuenietis requiem animabus uestris. omnem enim, quantum in ipso est, hominem saluum fieri uult qui fecit omnes. nam et idcirco descendit ad nos, ut ad illum adscenderemus, ideo conformatus est corpori carnis nostrae, quae peccato seruiebat, ut nos conformaret corpori carnis suae, quae peccatum non fecit, ut uere ad originalem gloriam reformemur, si diuinam similitudinem Christi imitatione capiamus. nam in Adam solam nobis imaginem remansisse ipsa, quae opificium diuinae manus narrat, Genesis ostendit, in qua similitudo cum imagine dei in ipso adhuc hominis faciendi molimine nominatur, sed capite subsequenti, quo iam factus homo tantum ad imaginem dei scribitur, similitudinem quasi peccaturo fuisse subtractam indicat profecto futuri praescientia, ut reseruaretur hominibus in Christo, qui per oboedientiam pietatis suae reconciliauit patri mundum, quem inconciliauerat primi parentis inoboedientia. et ideo similitudinem dei, quam seruus in cupiditatem dominicae aequalitatis elatus amiserat,

2] (I Cor. 4, 9). 4] Matth. 8, 22; Marc. 2, 14 et 10, 21; Luc. 5, 27 et 18, 22. 6] Marc. 16, 19. 7] Heb. 1, 3; Matth. 11, 28. 9] I Tim. 2, 4; Ioh. 3, 15; Phil. 3, 21. 16] (Gen. 1, 26; Gen. 2, 7). 22] (II Cor. 5, 19; Rom. 5, 19).

1 decertantibus *M* angelorum et hominum *M* 2 huius modi *F* 3 adinuersis *r* ut] et *U* ut—induamur *om. M* modicis $F^1$ operibus *LOrv*, oneribus *cet.*, ponderibus *coni. Sacch.*, opibus *coni. Lebrun* 4 ipsud *rχ* dicit] ueni *add. LMr* 6 illuc *Lrχ* 7 et omnibus $FP^2U$ omnibus—*p.* 210, 9 traham *om. r* honorati $P^1$ 9 uult saluum fieri *M* 12 quae] quod *FPU* 14 si] sed (si *m. 2*) *P* 16 quae *om. χ* 18 capitulo *M* 20 peccatori *M*, peccatorum *Lχ* substractam $L^1$ prefecto *U* prescientiam *FP*, presentiam *U*, praesentia *L* 22 mondum $F^1P$ que *U* 24 elatus] clarus *P*

ipse dominus in formam serui exinanitus recepit, et homo, qui in superbia sua per fraudem zabuli ceciderat, in humiliatione domini altissimi prostrato zabulo per fidem ipsius in domini humilitate resurrexit. hic ergo pro nobis dolens et propter nos oboediens factus usque ad mortem crucis, uiam uitae nobis perfectionemque uirtutis non in uendendis tantum praediis et pretiis erogandis sed in sui sectatione proposuit. et quia dixerat: cum exaltatus fuero, omnia ad me traham, ideo dicit: ueni, sequere me. beatus qui tam proximo interuallo sequitur, ut dicat: adhaesit anima mea post te. quod illa tantum caritas dicere potest, quae finis praecepti et plenitudo legis est, id est de corde puro et bona conscientia et fide non ficta se ita inserit et adfigit deo, ut nihil extra deum amans dicat: et ego semper tecum. quare totus labor et plenum opus nobis in obseruantia et expoliatione cordis nostri est, cuius tenebras uel abstrusas in eo inimici latebras uidere non possumus, nisi defaecato ab externarum rerum curis animo et intus ad semet ipsum conuerso; non enim frustra dictum est: omni custodia serua cor tuum.

10. Credo iam expertus sis quam laboriosum nobis et adsiduum uel cotidianum cum hoc hoste certamen sit et quantae in eo uersentur insidiae, quae illic uitiorum uirtus, quanta uirtutum infirmitas sit, quam prona eius ad prauitatem relapsio, quam piger ad deum nisus. nunc mihi illa prius clausa intra me discordia diuersae legis aperitur; nunc sentio uim legis aduersae, quae uelut iniecta manu captiuum me trahere contendit in legem peccati, et recognosco quoniam beatus ille uir

1] (Phil. 2, 7). 5] Phil. 2, 8. 8] Ioh. 12, 32. 9] Matth. 19, 21. 10] Ps. 62, 9. 11] Rom. 13, 10; I Tim. 1, 5. 14] Ps. 72, 23. 19] Prou. 4, 23.

2 diaboli *LMχ* 3 diabolo *LMχ* 4 dñō humilitatis *LMχ* 6 perfectionem *Lχ*[1] 7 preposuit *U* 8 et *om. FPU* 9 et sequere *U* 10 mea *om. FP* 11 dicere karitas *M* 12 idẽ *ex* idem *O* 13 se ita *P*, q̊ se ita *M*, serta *cet.* inseret *Lrχ* et *om. FPU* 18 conuersuso *U* 19 enim *om. U* 23 illi *U* 24 sit *om. U* 25 nixus *FP* prius illa *U* 27 ueluti *LMrχ* 28 legem *MO*, lege *cet.* et] nunc *M* oognosoo *FPU*

mea potius infelicitate uritur et de mea affectione pro me dolens clamat: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? sed idem magister me recreat et reficit, ostendens mihi exitum salutarem, si tamen uelle adiaceat mihi, ut perfectionem merear inuenire gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, qui exorandus est, ut praeualescat inimicis nostris et tenebris superabundet, destruat in nobis aliena uel nostra et aedificet sua. quod etiam amicos dei orando meruisse cognoscimus, qui utique cor suum patiebantur, cum dicerent: cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innoua in uisceribus meis, quo exorato iam securus dicit: proba me, domine, et scito cor meum et uide si uia iniquitatis in me est. sed ne hanc sui confidentiam sua magis uirtute quam dei gratia meruisse uideatur, idem dicit: quia tu, domine, possedisti renes meos. nihil enim, ut dominus ipse dixit, sine eo facere possumus, quia ipse est uitis uera et nos sarmenta eius. si in eius dilectione maneamus, non arescimus uiuentes suco radicis aeternae nec ad ignem amputabimur ira, sed ad fructum putabimur disciplina purgante nos euangelicae falcis acie, ut castigata luxurie palmitis nostri fructuosius pullulemus.

11. Ergo inchoaturus agriculturam in nobis suam dicit: ignem ueni mittere in terram, quo uidelicet cor nostrum peccatis obsitum quasi agrum spinis horridum purget urens nos in uitiis et in sensibus luminans. ueterumque in nobis actuum stirpes salutari falce pius cultor insequitur, ut resi-

2] Rom. 7, 24. 10] Ps. 50, 12. 12] Ps. 25, 2 et 138, 23. 15] Ps. 138, 13. 17] Ioh. 15, 5. 23] Luc. 12, 49.

1 uritur felicitate *U* 2 liberauit *F*[1]*PUrχ* 4 adiiciat *F*, adijciat *P*, adiciat *F* 7 tenebras *LM* superabunt et *r*, superet et *LMχ*[1] distruat *O*[2]*Pr*, distruet *O*[1] 8 uel aliena uel *F* 9 orando *om.* *M* 10 et s. r. i. u. (i *superscr.*) m. *M* 11 qui *Ov*, cui *fort.* 15 item *FU* domine] đ *M* 18 dilectione eius *U* arescemus *v* 19 nec] quae *Lr* ignem] ñ *add.* *χ m. 3* amputabitur *F*[1]*LOrχ* 20 purgantes *F* 21 luxuria *FPU*, luxirie *L*[1] nostre *χ*[1] pollulemus *O* 22 incoaturus *L*, incohaturus (h *superscr.*) *U* in nobis agriculturam *U* suam in nobis *M* 23 quod *FU* 25 luminis *Lrχ*, carnis *M* 26 strepes *U*

duam messis uetustae stipulam sermo ignitus accendat et animam nostram quasi campum nouae sationi praeparet, quae laetam uirtutum segetem eradicatis inpresso diuini uerbi uomere spinis libere effundat dignasque caelestibus horreis fruges perempta graminum noxiorum stirpe multiplicet. sed quia non agricultura tantum sed aedificatio dei sumus, qui gratia et spiritu eius ac uerbo colimur et struimur, aedificaturus nos eo itinere, quo post se uocat, isto opere praeparat, quo uenditis rebus absolui prius suadet; quarum cura uel amor quoniam mentis ipsius praestringit aciem et animam ab interioribus suis abductam ad exteriora sollicitat, dicit etiam nobis per prophetam: uacate et uidete, quoniam ego sum dominus. nonne et hic uidetur dicere: non potestis duobus dominis seruire? non enim otium nobis suadet hoc uerbo qui instanter orare et uigilare nos monet, ne intremus in temptationem, sed uacare a saeculo, ut occupemur sibi, uacare ab his negotiis, quibus inplicati otiamur deo.

12. Itaque nouitatem uitae in nobis aedificantes necesse est, ut uetustatem destruamus, et quia nullum tenebris cum lumine et mammonae cum Christo potest esse commercium, oportet nouis ut uetera mutemus et occupationis pariter ac uacationis genere conuerso inplicemur quibus uacauimus, ut uicissim uacemus quibus fuimus inplicati, moriamur quibus uiximus et uiuamus uicissim his operibus ac studiis, quibus mortui fui-

6] (I Cor. 3, 7; Eph. 2, 21). 12] Ps. 45, 11. 13] Matth. 6, 24. 15] (Matth. 26, 41; Luc. 12, 40). 18] (Rom. 6, 6).

1 accendat *M*²*O*², accendit *O*¹, incendat *cet.* 2 satione *O*¹ quae *O*, que *PU*, qua *LMχ*, qui *Fr* 4 spinis *om. F* libere *FPU*, liber *cet.* dignamque *LMrχ* orreis *LM* frugem *LMrχ* 5 quia *FPU* 6 gratia et *om. FPU* 7 ac] et *U* serimur *LMrχ* 8 uocatis *LMrχ* isto *om. LMrχ* opere] ire *M* ῑpat *M* 9 curam *rχ*¹ 10 perstringit *FLPU* 11 adductam *FPU* ad] in *LMrχ* nobis etiam *LMrχ* 16 ut] et *U* uagare *r* 17 hiis *L* 18 itaque — *p.* 217, 18 instituens *om. r* 19 distruamus *O*¹ cum tenebris *F* 20 et *om. FPU* oportet] expedit *v* 21 nobis ut *O*, nos ut *FPU*, ut nobis *LMχ*, ut nouis *Chiffl.* uitemus *FPU* ac] et *FU* uagationis *L* 22 uacabimus *χ*¹ ut *OP*, *om. U*, et *cet.* uicissem *U* 24 hiis *L* ac] atque *F*

mus, cum uiuorum essemus mortui et mortificantia gerentes in mortuis uiueremus. unde sanctus magister humanum et aequum postulat, ut sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati, ita nunc exhibeamus eadem ministra iustitiae, mutatis dominis et studia mutemus. neque enim seruitutem aut libertatem deponimus conmutatione dominorum, sed tantum felicitatem adquirimus et seruitute in melius et libertate mutata, quando uinculum iniquitatis rumpimus et iustitiae iugo subdimur ac diuino timore frenamur, incipientes uersa in directum uia liberi esse peccato, cui seruiebamus in libertate misera iustitiae rebellantes.

13. Nunc igitur uicissim deo serui et huic mundo rebelles ingredimur agonem et ipsum, cui seruiebamus, hostem freti domino prouocamus. recognoscis profecto, mi frater (nam experta communiter ut conmilitoni loquor), quanta nobis discordia et quantus hostis in nobis non carnis et sanguinis sed inuisibilium potestatum et nequitiae, ut apostolus ait, spiritalis, quibus carnalium uitiorum ministeria coniurant. unde et principes tenebrarum dicuntur, quia secundum apostolum tenebrae appellantur peccatores, quibus ut sui similibus daemonia principantur. sed et tota huius mundi figura, quae praeterit et per oculos corda prolectat, zabulicis praetenta retibus in qualibet sui specie laqueus mentis et gladius est. credamus prophetae quia in medio muscipularum ambulamus et inter opertos letalibus dolis gladios uita transigitur. excipit nos mundus iste uariis uoluptatibus florens et fallentibus uenenatus inlecebris. excipit nos innumeris anguis insidiis, cui

4] (Rom. 6, 13). 17] (Eph. 6, 12). 18] Eph. 5, 8. 21] I Cor. 7, 31. 24] (Ps. 22, 4 et 30, 5; Sap. 14, 11; Eccli. 9, 20).

1 uiuorum] uiui *LM* 4 eamdem *U* membra iustitiae ministra *U* 5 enim] aut *add. LM* 6 deponemus *LMχ* mutatione *FPU* 7 mutate *L*[1] 10 libertatem miseram *LMχ* 12 dn̄o *LMχ* mondo *FP* 14 experto *U* 16 quantus] est *add. v* 17 ait apostolus *M* spiritales *O*, spiritalium *coni. Sacch.* 18 coniugant *χ*[1], contingant *L*, contingunt *M* 20 suis *FPU* 21 principantur daemonia *U* mondi *P* 22 zabolicis *F*[1]*OPU*, diabolicis *F*[2]*LMχ* p̃tenta ([l x] *m. 2*) *M* 24 qui *FPU* 26 iste mundus (mondus *P*) *FP*[1], modus iste *U* 27 nos] notus *LMχ*

nomina mille, mille nocendi artes, ac saepe aperto certamine uiolentus adgreditur et candentibus petit telis, si latentibus non capit laqueis. sagittae enim potentes acutae cum carbonibus desolatoriis, quae uidelicet noxiis cupiditatum ignibus animam nostram perurant et a spiritus sancti habitatione desolent. quod cum accidit, diuersi nos hospites subeunt et fiunt inimici hominis domestici eius, qui nunc ambitionis uento inflant, nunc libidinum faces admouent, nunc auaritiae catenis adligant. quae una omnibus armata criminibus uel si sola nos capiat, et zabulo ad malitiam et homini ad mortem sufficit.

14. Quid ergo agis, infelix homo, inter tantos missus hostes? quomodo repugnabis infirmus fortibus, armatis inermis? clamat beatus Iob multis zabuli telis sine cordis uulnere sauciatus: nudus exiui de utero matris meae; quis ergo me armabit contra tot agmina hostis aërii, ne nudus, ut ueni, reuertar in terram? ecce respiro confortor adsurgo. dominus inluminatio mea, dominus defensor uitae meae; si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. nec si propriae armis opis egeo, diffidam. habeo armamentarium Christi, de quo arma lucis usurpem, quibus principes tenebrarum et agmina noctis expugnem in caelestibus mihi aduersantia, uidelicet in conuersatione spiritali, quam terrenis debellare nituntur inlecebris. sed aduersum hos mihi ille armiger, ille signifer erit, qui uas electionis deo. ille lumbos meos cingulo castitatis adstringet, capiti meo galeam salutis aptabit, lorica iustitiae meum pectus includet. ille me totum proteget scuto fidei et dexteram meam, immo me totum in

1] Verg. Aen. VII, 336. 3] Ps. 119, 4. 7] Matth. 10, 36. 15] Iob 1, 21. 17] Ps. 26, 1. 22] (Rom. 13, 12; Eph. 6, 12). 27] (Act. 9, 15; Eph. 6, 14; Es. 59, 17).

1 numina *U* 2 certamine *L*¹χ¹ 3 potentes *O*, potentis *cet.* 4 desolateris *L*¹ 5 perforant *LM*χ a *om. LM* 6 desolant *LM*χ 7 homines *O*¹χ¹ 8 uento *O s. l.* 8 inflat *L*χ admouet *L*χ 9 alligat *L*χ, ligant *M* 10 zabulo *O*, diabolo *cet.* 12 tanctos *U* mistus *coni. Sacch.* 13 inermes *O* clamabat *LM*χ 14 zaboli *O*, diaboli *cet.* 16 aerei *PU* 19 aduersus *O*, aduersum *cet.* 20 armis opes *O*, opis armis *LM* 22 inpugnem *F* 24 debellare *L* 25 est uas *M* 26 adstringit χ

dexteram Christi factum gladio spiritus et uerbo ueritatis armabit, ut cadant a latere meo mille et dena milia a dextris meis. ille pedes meos in euangelii praeparationem calciabit, ut presso inpune uestigio super spinas et tribulos istius terrae ambulem et per aspera itineris angusti munito pede tutus ingrediar. nec a morsu metuens subditum serpentis inimici caput ipso, quod insidiosus obseruat, calcaneo conteram. quod quidem non de meae infirmitatis audacia adrogans loqui uindico, sed omni fideli de uirtute Christi promittere, qui sicut uocat ea, quae non sunt, tamquam quae sint, ita potens est et de infirmis et humilibus suis, ut semper fecit et facit, fortia mundi istius et alta destruere. ideo nobis magistrum dedit, quem imitatorem habebat, per quem ad ipsius domini imitationem peruenire possimus.

15. Nam ipse me magister in acie stare, in stadio currere, in agone luctari docet, liuidum faciens corpus suum et quae retro sunt obliuiscens et in priora se extendens atque ita fundatus in petra, ut etiam in infirmitatibus glorietur et cum infirmatur, tunc potens sit, omnia potens, ut ipse profitetur, in eo qui confirmat suos Christo, si qui pro nobis pugnat et uincit in nobis. quae causa dicendi apostolo fuit: sic currite, ut adprehendatis omnes. quod in agone terreno contra est, ubi non potest lucta nisi dispari luctantium sorte finiri, ut unius gloria alterius ignominia sit; in Christo autem, quia multi unum sumus, omnes ut unus currimus, et omnium consors ad unum bonum cursus est; et ideo dici-

2] Ps. 90, 7. 3] (Eph. 6, 15). 6] (Gen. 3, 15). 10] Rom. 4, 17. 12] (I Cor. 1, 27). 13] (I Cor. 11, 1). 16] Phil. 3, 13. 19] (II Cor. 12, 10). 20] (Phil. 4, 13; Heb. 2, 18). 22] I Cor. 9, 24. 24] Rom. 12, 5.

2 dena *Oχ*, decem *cet.* 3 praeparatione *LMχ* 5 angugusti *F* 7 insidiosui *O*, insidiosius *fort.* calcaneum $\chi^1$ 9 loqui *exp. O m. 2,* mihi *Rosw.* omni fideli *om. M sed in mg. m. 1 add.:* õi fideli promitto promittere *FOPχ*, promictere *U*, promitto[illegible] *L* 10 sunt sunt *F* sint] sunt *U* 12 mondi *P ut solet* istius *om. M* 13 imitatiotione̅ *L* 14 possumus *LMχ* 16 libidum $\chi^1$ 17 obliuisceris *F* 18 fundatur *χ* 19 sit omnia potens *om. L* 20 confirmat *O*, confortat *cet.* si *Ov*, *om. cet.*, scilicet *Rosw.* qui] quidem *fort.* 22 comprehendatis $P^2U$ 26 concors *LMχ*

tur nobis: sic currite, ut adprehendatis omnes. quia scissura, ut idem ait, in corpore esse non potest, cui caput Christus est, quem communem sibi apicem una membrorum suorum conpago comitatur. quae quoniam sibi discrepare non possunt, curramus pariter, ut adprehendamus omnes sine aemulatione inuidiae cum aequalitate uictoriae, ut sicut in contentione currendi labor Christi sumus, ita in perueniendi fine Christi triumphus esse possimus et benedicat nos in corona anni benignitatis suae.

16. Video autem quod in hoc certamine non magis uincere nobis quam uinci expedit, quia in nobis et hostis et amicus habitant. quis autem mihi amicior quam spiritus qui aduersatur carni, ne me trahat in legem peccati? aut quis inimicior nobis quam caro, quae aduersum spiritum pro interitu concupiscit? itaque meliora mihi amici uulnera, quae Christus accepit, ut sanaret me, quam uoluntaria inimici oscula, quibus mihi per inlecebras delectationum suarum caro malesuada blanditur, ut me quasi illo parricidali Iudae osculo paratis in captiuitatem meam prodat inimicis; quod tamen osculum dominus non ideo suscepit, ut pacem proditoris acciperet, sed ut suam ab alienato reciperet. quamquam et illud ad intuendum perfectae bonitatis exemplum teneri salubre sit, ut eo affectu, quo et inimicos diligi iubet, amicum osculum dederit pacis inimico, dilectionem reddens pro odio qui pro sua dilectione odium recipiebat.

5] (I Cor. 9, 24). 8] (Ps. 64, 12). 15] Prou. 27, 6. 18] (Matth. 26, 49). 23] (Matth. 5, 44). 24] (Ps. 108, 5).

1 sic *ex* si *χ m. 3* adprehendatis *O,* apprehendatis *L,* comprehendatis *U,* apprendatis *cet.* 3 quem] quem ut *LMχ* 4 cumpago *P* 7 currendi *LMχ,* currendo *cet.* 8 possumus *F*[1] coronam *Mχ* anni *om.* *LMχ* 12 m[illegible] *L* amicitior *OU* 13 detrahat *Lχ* lege *LUχ* inimicitior *OU,* inimicicior *LM* 14 aduersum *O,* aduersus *cet.* 15 uulnera amici *LMχ* 16 excepit *LMχ* mea *LMχ* 17 malesuada (l s *m. rec.*) *M,* malesuasa *L* 18 in illo *FU* parricidiali *FPU* 23 inimicus diligitur etiam (et *Lχ*) amicum *LMχ* 24 odio *χ*[1]

17. In promptu est ergo dignoscere: *** zabulus cum carne contendunt; praestat enim uinci bono quam uincere malo. itaque uinci uidetur in hoc saeculo cui tunicam suam alter abstulerit; at in Christo triumphat qui tunicam auferenti remittit et pallium. uicem iniuriae reddere humana ultio est; at inimicum etiam diligere uindicta caelestis est. uendere patrimonia et donare pauperibus stultitia huic saeculo sed sapientia deo est; at contra diuitiis incubare, pecuniam fenore augere, possessiones auctionibus, terminos dilatare uiolentia industria et quaestus apud hoc saeculum, sed apud deum crimen et poena est. ita si malo uincas, uictor uictus es, quia cum scelere uiceris, cupiditate superatus es. uictus uero uinces, si iusto cedas et tuae uoluntati uoluntas diuina praeualeat. euacuemur ergo nostris uiribus, ut diuinis inpleamur. uincamur corpore, ut uincamus salute. meminerimus eius esse nos membra, qui uicit cum iudicatus est, qui cedendo superauit et cadendo in mortem resurrexit in gloriam, de suae passionis occasu ortum nostrae resurrectionis instituens.

18. Hunc dominum uocantem sequamur, qui nos doceat cedendo uincere et moriendo uiuescere, interficiens in nobis quo mortificamur et uiuificans quo uiuamus. hic nobis deus, non aestimabitur alius ad eum, qui in terris uisus

3] (Matth. 5, 40). 5] (ibid. 44). 6] (Matth. 19, 21). 17] (Rom. 6, 4). 21] Bar. 3, 36.

1 in—contendunt *om. M* dinoscere *Lχ*, dinoscere est (est *exp.*) *O; unde uictoria sit, ubi Christus cum spiritu addi uult Sacch.; locus certe lacunosus uidetur* zabolus *O*, diabolus *FLPUχ* 2 enim] autem *M* bonum *LMχ* uinci *F* malum *LMχ* 3 uinci[illegible] *L* tonicam *O et sic infra* 4 at] an *U*, aut $χ^1$ remittet (et *om.*) *O* 5 est ultio *FPU*, ultio *Lχ* ad $χ^1$ 6 cęlestis uindicta *M* 7 dare *FPU* stultia *F* 8 at] ut *FLPχ* incumbere *FU*, incombere *P* pecunias *LM* possessionis $χ^1$, possessionibus *LM* 9 auctioribus *LMχ* uiolentia *om. M* 11 ita] itaque *M* malum *Lχ*, malus *ex* malū *M* (*sed in mg.:* ł malum) es *ex* est *χ* qui *FPU* ut scelere uincereris *Lχ*, ut scelere uinceres *M* 12 es *F s. l. m. 2*, est $χ^1$ uincis *F* iniusto *FPU* 14 ut] et *FPU* 15 nos esse *M* corporis membra *LMχ* 16 cędendo *LMPχ* 17 morte *Lχ* gloria *LMχ* 20 et moriendo *om. U* uiuiscere *FP*, reuiuiscere *LMχ*, reuiuescere *r*, *om. U* 21 uiuamus (ł i *m. rec.*) *M* dn̄s *LMrχ* 22 et non *LMrχ* extimabitur *FPU*

est et inter homines conuersatus est. quod quia non potest nobis caro et sanguis reuelare, ideo dicit: uacate et uidete, quoniam ego sum deus. excitor hoc loco in audaciam percontandi, ut dicam: quinam tu, deus, qui fecisti caelum et terram et apparuisti in rubo, qui fecisti magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro? adhuc te, domine, nemo non credit, neque tantum Iudaei quamlibet labiis diligentes et corde longinqui, ut populus in lege formatus, sed gentes etiam sine lege uiuentes naturali sensu unicum summae potestatis dominum confitentur. quae igitur difficultas est uidere quod deus sis, cum et caeli enarrent gloriam tuam et inuisibilia tua per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur? quid inpedit possidere? quid obest et alia curare, cum et occupatis hominibus in promptu sit conspicuam dei ueritatem cernere et manifestum summae prouidentiae lumen uidere? dies diei eructat uerbum, et nox nocti indicat scientiam; et uacare iubeor, ut te dominum esse uideam, cum hanc lucem etiam noctes sciant id est etiam principes uel operarii tenebrarum.

19. Sed non frustra est, quod, se ipsa quae in multis saepe diuinitatis insignibus manifestauit ueritas, non nisi uacatione procurata perspici posse testatur. deum enim tantum in promptu est uidere, quod deus est. hoc, ut dixi, omnis anima uidet, ad hoc mens nulla caligat, hoc etiam infidelium fides recipit; sed

2] Ps. 45, 11. 4] (Gen. 1, 7; Exod. 3, 2; Act. 7, 30; Ps. 105, 21 et 22). 8] (Es. 29, 13; Matth. 15, 8). 10] (Rom. 2, 14). 12] (Ps. 18, 2). Rom. 1, 20. 16] Ps. 18, 3 et 45, 11. 19] (Eph. 6, 12).

2 uenite et uidete *LMrχ* 3 dn̄s *LMrχ* excitator *FPU* excitor— *l. 23* testatur *om. r* audacia *FMPU* 4 percunctandi *Lχ* quinam *om. M* 5 rubro *U* 6 magna *LMχ* ęgyptu $\chi^{1}$ terra et *LMOχ* Cham *Ducaeus*, chanaam *FOP*, chanaan *LMχ*, chanan *U* 7 mari *om. FP* domine] deum *LM* 8 quamlibet *om. FPU* 9 in legem *LMχ* 10 unicam *O* 13 facte $O^{1}$ 15 impromptu *χ* 16 dies] inquit *add. LMχ* 17 eruptat *U* 18 dom̄ *O*, deum *LM* 19 etiam *om. U* esse sciant *F* 22 diuinitatibus *U* signibus *M*, signis *Lχ* 23 percipi *FPU* in promptum *Lrχ* 24 quia *LMrχ* dixit *U*, dicit *F* 25 perrecipit *r*, percipit $LM\chi^{1}$

deum in Christo uel Christum in deo esse non uidet occupatus et curarum terrestrium nube circumdatus. uerbum enim carnem factum sapientiae huius mundi stultitia est; et ideo placuit deo ad confusionem sapientiae, cuius superbia non cognouit hic mundus sapientiam dei, per stultitiam praedicationis saluos facere credentes.

20. Et hic est ille thesaurus agri, pro quo obtinendo etiam ager conparandus est, quia uidelicet salutis nostrae pretium in hoc est, ut deum dei filium ad carnem saluandam in carne uenisse fateamur, et haec est illa profligatis emenda patrimoniis margarita; sed non statim emitur, cum eius pretium praeparatur, quia plurimae interueniunt ipsi conmercio difficultates. aut enim mare interiacet aut praedo intercipit aut cupidior praeuenit aut praefertur opulentior. ideo ne existimes iam et conparasse nos gemmam, quia uides pretium praeparasse, neque aedificasse iam domum, cui aedificandae locum fecimus, cum uisibiles diuitias supellectiles pecuniam patrimonia uelut sordidos aggeres et inportunum rudus egessimus, ut in corde purgato quasi in terra uiua firmius stabilioris aedificii fundamenta iaceremus. sed sicut exhaustione ruderum nudata humo sub inmundis molibus multa aut nodamenta truncorum aut residua ruinarum aut pleraque noxii generis animalia et praecipue fetus aut cubilia uiperarum deprehenduntur, sic remota a nostro pectore temporalium rerum possessione et cura iam nobis ad inspectionem cordis nostri uacantes ab his, quae nos foras extrahebant, inueteratorum criminum nodos et inimicorum spiritalium latebras in nostris sensibus inuenimus. nunc

2] Ioh. 1, 14. 4] I Cor. 1, 21. 7] (Matth. 13, 44). 12] (Matth. 13, 46).

1 occupata (ta *in ras.*) *L* 2 et *in* nec *corr.* *P m. 2,* nec *FU* curarum] animus *add.* *M s. l. m. 2* circumdata (ta *ex* tus) *L* enim] uidet $FP^2U$ 3 sapientia $FP^2U$ 4 deum $r\chi$ 6 faceret *F* 7 pro quo] qui pro *F* 8 aer *F* 9 $\overset{\text{in hoc}}{\text{est}}$ *F*, est in hoc *U*, hoc est $LMr\chi$ 11 marmarita *r* 13 enim *O, om. cet.* 14 et] etiam *FU* 15 praeparasse p̃ciũ uides *M* 17 suppellectiles *LMr* uelud *r* 18 egressimus $r\chi^1$ 19 aedificiis $O^1$ 21 nudamenta *FLMPUr sed M in mg. m. 2:* ł nodamenta 23 feṣtus *O* 25 ad inspectionem *FOPU,* inspectioni $LMr\chi$ 26 extrahebunt $\chi^1$

nobis apparere incipit interior domus et illic repentia, quorum non est numerus. nunc tota infelicitatis nostrae patescit obscuritas. nunc demum quam longinqui a deo simus et quam mortui in conparatione uiuorum uidemus.

21. Intellege haec et curam nostri anxio corde suspira, prouidens quia laus eiusdem domini in exitu canitur, ut spiritus quo coepti sumus gratia perficiamur et usque ad finem praecepti pareamus, cui uidemur in capite consilii paruisse. consilium enim dat, non praeceptum qui non dicit: esto perfectus, sed: si uis esse perfectus, quia libertas uoluntatis, quae bona cum est super legem est, non cogitur, sed suadetur et ipsa sibi lex est. quantum autem sit Christum sequi potes de apostoli sententia conligere, qua ait: qui dicit se Christum sequi debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. quomodo autem ambulauerit Christus docet alius magister: qui peccatum, inquit, non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non remaledixit; tradebat autem se ad mortem iudicanti iniuste. sed et ipsius actione et praeceptis scire possumus quomodo ambulauerit. ad hoc enim uenit, ut uitam suam nobis in formulam et speculum uitae proponeret. non ueni, inquit, legem soluere sed adinplere, et quae adinpletio sit docet ipse dicens: nisi abundauerit iustitia uestra super iustitiam Pharisaeorum, non introibitis in regnum

1] Ps. 103, 26. 6] (Exod. 15, 1). 10] Matth. 19, 21. 13] I Ioh. 2, 6. 16] Es. 53, 9. 17] I Pet. 2, 22. 21] Matth. 5, 17. 23] Matth. 5, 20.

2 patefecit *F* 3 sumus *U* 4 quam *ex* qui *F* uidemur *U* 5 cura *LMrχ* 6 eiusdem domini *om. LMrχv* ut] ut [quia] *L*, ęt [ut] in ([ut] *m. 2*) *P* spiritus *scripsi*, cuius spiritu *M*, spiritu *cet.* 7 quo *om. LMr* coepti sumus $OP^{1}r\chi$, coepimus $FMP^{2}U$, cepimus (mus *in ras.*) *L* gratia] eiusdem domini gratia *LMrχ* 10 perfectus esse *U* 11 cum bona est *M* super *O*, supra *cet.* 13 qua *ex* qui *L*, qui *FPUr* 14 et ille *FPU* ambulauit *FPU* 16 facit *U* non fecit inquit nec inuentus est dolus *LM* 18 remaledixit *O*, maledixit *cet.* iudicantibus *LMrχ* 19 *pr.* et *om. FPU* ipsius *O*, de ipsius *Lrχ*, de eius *M*, ex ipsius *cet.* 21 preponeret $U^{1}$ non ueni—*p.* 221, 18 imitari *om. r* 22 sit *om.* *LMχ*, sit etiam *Rosw.* 23 dicit $LM\chi^{3}$

caelorum. hoc enim est adinplere quod desit adicere. lex dicit: non occides; at iste: nec irasceris sine causa fratri tuo. lex adulterium interdicit; at ipsa ueritas curiosum in feminas damnat adspectum. ex quo uides quanto maior sit lege fides, cuius laus non ex hominibus sed ex deo est, quia legis circumcisio in aperto est, fidei in occulto. lex ramos peccati praefringit, fides radices eruit, quae nos non operibus sed sensibus inmaculatos facit, ut uere ad primordialem dignitatem hoc est dei similitudinem reformemur non solum corpore sed corde mundati. unde et apostolus deposita terreni hominis specie caelestem nos induere testatur et idem alibi iam ut indutum Christo uirum gloriam dei esse pronuntiat.

22. Vide ergo quantum nobis agendum sit, ut non perfecti, sicut dicis, sed inchoati, ut probamus, itineris spatium perlegamus, qui iustitiam legis iubemur excedere, ut efficiamur iustitia dei, neque ex lege nobis actio sit, sed in uoluntate lex sit Christum sequi, deum imitari. et qui nos lege ipsa iustitiae suae iustiores et iuxta patrem suum uult esse perfectos, non solum humanas fugere culpas sed et diuinas poscit inplere uirtutes. quod quia tantae difficultatis esse perspicis in agone uersantibus, quantae gloriae est exhausta decertatione uictoribus, noli interim dum in scammate sumus, dum foris

2] Exod. 20, 13; Deut. 5, 17. 3] (Matth. 5, 22 et 28; Rom. 2, 29). 11] (Col. 3, 10; Rom. 13, 14; I Cor. 11, 7). 16] Matth. 5, 20; II Cor. 5, 21. 19] (Matth. 5, 48). 23] II Cor. 7, 5.

2 at iste *O*, ait iste *Lχ*, iste ait *M*, iste *FPU*, at ipse *v* nec] ne *M* irascaris $L\chi^3$ sine causa *om. FPU* 4 in *om. FPU* feminarum *FPU* quantum *O* 5 sed *om. O* 7 peccata $P^1$ prestringit *U* 8 sed $LM^1O\chi$, tantum sed et *cet.* 10 sed] sed et *LM* 11 speciem $O^1$, imagine *LMχ* inducere *U* 12 ut] non *F* christum *Lχ* 15 incohati *U* 16 quid *U* 17 neque ut *M* actio sit] actio *LMP* sed—sit *bis exh. F* 18 imitari] est *add. LMr* et *om.* $MP^2$, ut *ex* et *F* qui *om. Lrχ* nos] non *O*, nobis *U* ipsa *om. U* 19 suae *om. U* iustior $P^2U$ et] sed $P^2U$ perfectus $F^1P^2U$ 20 nec *M* possit *FPU* 21 quot $\chi^1$ difficultates $\chi^1$ esse prospicis *F*, perspicis esse *U* 22 exausta $Lr\chi^1$ 23 in *om. FOPU* scammati *U*, scammate *in textu, sed in mg.* ł in caumate *M m. 2*

nomina mille, mille nocendi artes, ac saepe aperto certamine uiolentus adgreditur et candentibus petit telis, si latentibus non capit laqueis. sagittae enim potentes acutae cum carbonibus desolatoriis, quae uidelicet noxiis cupiditatum ignibus animam nostram perurant et a spiritus sancti habitatione desolent. quod cum accidit, diuersi nos hospites subeunt et fiunt inimici hominis domestici eius, qui nunc ambitionis uento inflant, nunc libidinum faces admouent, nunc auaritiae catenis adligant. quae una omnibus armata criminibus uel si sola nos capiat, et zabulo ad malitiam et homini ad mortem sufficit.

14. Quid ergo agis, infelix homo, inter tantos missus hostes? quomodo repugnabis infirmus fortibus, armatis inermis? clamat beatus Iob multis zabuli telis sine cordis uulnere sauciatus: nudus exiui de utero matris meae; quis ergo me armabit contra tot agmina hostis aërii, ne nudus, ut ueni, reuertar in terram? ecce respiro confortor adsurgo. dominus inluminatio mea, dominus defensor uitae meae; si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. nec si propriae armis opis egeo, diffidam. habeo armamentarium Christi, de quo arma lucis usurpem, quibus principes tenebrarum et agmina noctis expugnem in caelestibus mihi aduersantia, uidelicet in conuersatione spiritali, quam terrenis debellare nituntur inlecebris. sed aduersum hos mihi ille armiger, ille signifer erit, qui uas electionis deo. ille lumbos meos cingulo castitatis adstringet, capiti meo galeam salutis aptabit, lorica iustitiae meum pectus includet. ille me totum proteget scuto fidei et dexteram meam, immo me totum in

1] Verg. Aen. VII, 336. 3] Ps. 119, 4. 7] Matth. 10, 36. 15] Iob 1, 21. 17] Ps. 26, 1. 22] (Rom. 13, 12; Eph. 6, 12). 27] (Act. 9, 15; Eph. 6, 14; Es. 59, 17).

1 numina *U* 2 certamine $L^1\chi^1$ 3 potentes *O*, potentis *cet.* 4 desolateris $L^1$ 5 perforant $LM\chi$ a *om.* *LM* 6 desolant $LM\chi$ 7 homines $O^1\chi^1$ 8 uento *O s. l.* 8 inflat $L\chi$ admouet $L\chi$ 9 alligat $L\chi$, ligant *M* 10 zabulo *O*, diabolo *cet.* 12 tanctos *U* mistus *coni. Sacch.* 13 inermes *O* clamabat $LM\chi$ 14 zaboli *O*, diaboli *cet.* 16 aerei *PU* 19 aduersus *O*, aduersum *cet.* 20 armis opes *O*, opis armis *LM* 22 inpugnem *F* 24 debellare *L* 25 est uas *M* 26 adstringit $\chi$

dexteram Christi factum gladio spiritus et uerbo ueritatis armabit, ut cadant a latere meo mille et dena milia a dextris meis. ille pedes meos in euangelii praeparationem calciabit, ut presso inpune uestigio super spinas et tribulos istius terrae ambulem et per aspera itineris angusti munito pede tutus ingrediar. nec a morsu metuens subditum serpentis inimici caput ipso, quod insidiosus obseruat, calcaneo conteram. quod quidem non de meae infirmitatis audacia adrogans loqui uindico, sed omni fideli de uirtute Christi promittere, qui sicut uocat ea, quae non sunt, tamquam quae sint, ita potens est et de infirmis et humilibus suis, ut semper fecit et facit, fortia mundi istius et alta destruere. ideo nobis magistrum dedit, quem imitatorem habebat, per quem ad ipsius domini imitationem peruenire possimus.

15. Nam ipse me magister in acie stare, in stadio currere, in agone luctari docet, liuidum faciens corpus suum et quae retro sunt obliuiscens et in priora se extendens atque ita fundatus in petra, ut etiam in infirmitatibus glorietur et cum infirmatur, tunc potens sit, omnia potens, ut ipse profitetur, in eo qui confirmat suos Christo, si qui pro nobis pugnat et uincit in nobis. quae causa dicendi apostolo fuit: sic currite, ut adprehendatis omnes. quod in agone terreno contra est, ubi non potest lucta nisi dispari luctantium sorte finiri, ut unius gloria alterius ignominia sit; in Christo autem, quia multi unum sumus, omnes ut unus currimus, et omnium consors ad unum bonum cursus est; et ideo dici-

2] Ps. 90, 7. 3] (Eph. 6, 15). 6] (Gen. 3, 15). 10] Rom. 4, 17. 12] (I Cor. 1, 27). 13] (I Cor. 11, 1). 16] Phil. 3, 13. 19] (II Cor. 12, 10). 20] (Phil. 4, 13; Heb. 2, 18). 22] I Cor. 9, 24. 24] Rom. 12, 5.

2 dena *Oχ*, decem *cet.* 3 praeparatione *LMχ* 5 angugusti *F* 7 insidiosui *O*, insidiosius *fort.* calcaneum $χ^1$ 9 loqui *exp. O m. 2,* mihi *Rosw.* omni fideli *om. M sed in mg. m. 1 add.:* õi fideli promitto promittere *FOPχ*, promictere *U*, promitto[illegible] *L* 10 sunt sunt *F* sint] sunt *U* 12 mondi *P ut solet* istius *om. M* 13 imitatiotione̅ *L* 14 possumus *LMχ* 16 libidum $χ^1$ 17 obliuisceris *F* 18 fundatur *χ* 19 sit omnia potens *om. L* 20 confirmat *O*, confortat *cet.* si *Ov, om. cet.,* scilicet *Rosw.* qui] quidem *fort.* 22 comprehendatis $P^2U$ 26 concors *LMχ*

tur nobis: sic currite, ut adprehendatis omnes. quia scissura, ut idem ait, in corpore esse non potest, cui caput Christus est, quem communem sibi apicem una membrorum suorum conpago comitatur. quae quoniam sibi discrepare non possunt, curramus pariter, ut adprehendamus omnes sine aemulatione inuidiae cum aequalitate uictoriae, ut sicut in contentione currendi labor Christi sumus, ita in perueniendi fine Christi triumphus esse possimus et benedicat nos in corona anni benignitatis suae.

16. Video autem quod in hoc certamine non magis uincere nobis quam uinci expedit, quia in nobis et hostis et amicus habitant. quis autem mihi amicior quam spiritus qui aduersatur carni, ne me trahat in legem peccati? aut quis inimicior nobis quam caro, quae aduersum spiritum pro interitu concupiscit? itaque meliora mihi amici uulnera, quae Christus accepit, ut sanaret me, quam uoluntaria inimici oscula, quibus mihi per inlecebras delectationum suarum caro malesuada blanditur, ut me quasi illo parricidali Iudae osculo paratis in captiuitatem meam prodat inimicis; quod tamen osculum dominus non ideo suscepit, ut pacem proditoris acciperet, sed ut suam ab alienato reciperet. quamquam et illud ad intuendum perfectae bonitatis exemplum teneri salubre sit, ut eo affectu, quo et inimicos diligi iubet, amicum osculum dederit pacis inimico, dilectionem reddens pro odio qui pro sua dilectione odium recipiebat.

5] (I Cor. 9, 24). 8] (Ps. 64, 12). 15] Prou. 27, 6. 18] (Matth. 26, 49). 23] (Matth. 5, 44). 24] (Ps. 108, 5).

1 sic *ex* si *χ m. 3* adprehendatis *O,* apprehendatis *L,* comprehendatis *U,* apprendatis *cet.* 3 quem] quem ut *LMχ* 4 cumpago *P* 7 currendi *LMχ,* currendo *cet.* 8 possumus *F*[1] coronam *Mχ* anni *om. LMχ* 12 m[illegible] *L* amicitior *OU* 13 detrahat *Lχ* lege *LUχ* inimicitior *OU,* inimicicior *LM* 14 aduersum *O,* aduersus *cet.* 15 uulnera amici *LMχ* 16 excepit *LMχ* mea *LMχ* 17 malesuada (*l s m. rec.*) *M,* malesuasa *L* 18 in illo *FU* parricidiali *FPU* 23 inimicus diligitur etiam (et *Lχ*) amicum *LMχ* 24 odio *χ*[1]

17. In promptu est ergo dignoscere: *** zabulus cum carne contendunt; praestat enim uinci bono quam uincere malo. itaque uinci uidetur in hoc saeculo cui tunicam suam alter abstulerit; at in Christo triumphat qui tunicam auferenti remittit et pallium. uicem iniuriae reddere humana ultio est; at inimicum etiam diligere uindicta caelestis est. uendere patrimonia et donare pauperibus stultitia huic saeculo sed sapientia deo est; at contra diuitiis incubare, pecuniam fenore augere, possessiones auctionibus, terminos dilatare uiolentia industria et quaestus apud hoc saeculum, sed apud deum crimen et poena est. ita si malo uincas, uictor uictus es, quia cum scelere uiceris, cupiditate superatus es. uictus uero uinces, si iusto cedas et tuae uoluntati uoluntas diuina praeualeat. euacuemur ergo nostris uiribus, ut diuinis inpleamur. uincamur corpore, ut uincamus salute. meminerimus eius esse nos membra, qui uicit cum iudicatus est, qui cedendo superauit et cadendo in mortem resurrexit in gloriam, de suae passionis occasu ortum nostrae resurrectionis instituens.

18. Hunc dominum uocantem sequamur, qui nos doceat cedendo uincere et moriendo uiuescere, interficiens in nobis quo mortificamur et uiuificans quo uiuamus. hic nobis deus, non aestimabitur alius ad eum, qui in terris uisus

3] (Matth. 5, 40). 5] (ibid. 44). 6] (Matth. 19, 21). 17] (Rom. 6, 4). 21] Bar. 3, 36.

1 in—contendunt *om. M* dinoscere *Lχ*, dinoscere est (est *exp.*) *O; unde uictoria sit, ubi Christus cum spiritu *addi uult Sacch.; locus certe lacunosus uidetur* zabolus *O*, diabolus *FLPUχ* 2 enim] autem *M* bonum *LMχ* uinci *F* malum *LMχ* 3 uinci▒ *L* tonicam *O et sic infra* 4 at] an *U*, aut $\chi^1$ remittet (et *om.*) *O* 5 est ultio *FPU*, ultio *Lχ* ad $\chi^1$ 6 cęlestis uindicta *M* 7 dare *FPU* stultia *F* 8 at] ut *FLPχ* incumbere *FU*, incombere *P* pecunias *LM* possessionis $\chi^1$, possessionibus *LM* 9 auctioribus *LMχ* uiolentia *om. M* 11 ita] itaque *M* malum *Lχ*, malus *ex* malũ *M* (*sed in mg.:* ł malum) es *ex* est *χ* qui *FPU* ut scelere uincereris *Lχ*, ut scelere uinceres *M* 12 es *F s. l. m. 2*, est $\chi^1$ uincis *F* iniusto *FPU* 14 ut] et *FPU* 15 nos esse *M* corporis membra *LMχ* 16 cędendo *LMPχ* 17 morte *Lχ* gloria *LMχ* 20 et moriendo *om. U* uiuiscere *FP*, reuiuiscere *LMχ*, reuiuescere *r*, *om. U* 21 uiuamus (ł i *m. rec.*) *M* dñs *LMrχ* 22 et non *LMrχ* extimabitur *FPU*

est et inter homines conuersatus est. quod quia non potest nobis caro et sanguis reuelare, ideo dicit: uacate et uidete, quoniam ego sum deus. excitor hoc loco in audaciam percontandi, ut dicam: quinam tu, deus, qui fecisti caelum et terram et apparuisti in rubo, qui fecisti magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro? adhuc te, domine, nemo non credit, neque tantum Iudaei quamlibet labiis diligentes et corde longinqui, ut populus in lege formatus, sed gentes etiam sine lege uiuentes naturali sensu unicum summae potestatis dominum confitentur. quae igitur difficultas est uidere quod deus sis, cum et caeli enarrent gloriam tuam et inuisibilia tua per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur? quid inpedit possidere? quid obest et alia curare, cum et occupatis hominibus in promptu sit conspicuam dei ueritatem cernere et manifestum summae prouidentiae lumen uidere? dies diei eructat uerbum, et nox nocti indicat scientiam; et uacare iubeor, ut te dominum esse uideam, cum hanc lucem etiam noctes sciant id est etiam principes uel operarii tenebrarum.

19. Sed non frustra est, quod, se ipsa quae in multis saepe diuinitatis insignibus manifestauit ueritas, non nisi uacatione procurata perspici posse testatur. deum enim tantum in promptu est uidere, quod deus est. hoc, ut dixi, omnis anima uidet, ad hoc mens nulla caligat, hoc etiam infidelium fides recipit; sed

2] Ps. 45, 11. 4] (Gen. 1, 7; Exod. 3, 2; Act. 7, 30; Ps. 105, 21 et 22). 8] (Es. 29, 13; Matth. 15, 8). 10] (Rom. 2, 14). 12] (Ps. 18, 2). Rom. 1, 20. 16] Ps. 18, 3 et 45, 11. 19] (Eph. 6, 12).

2 uenite et uidete *LMrχ* 3 dñs *LMrχ* excitator *FPU* excitor— *l. 23* testatur *om. r* audacia *FMPU* 4 percunctandi *Lχ* quinam *om. M* 5 rubro *U* 6 magna *LMχ* ęgyptu $\chi^1$ terra et *LMOχ* Cham *Ducaeus,* chanaam *FOP*, chanaan *LMχ*, chanan *U* 7 mari *om. FP* domine] deum *LM* 8 quamlibet *om. FPU* 9 in legem *LMχ* 10 unicam *O* 13 facte $O^1$ 15 impromptu *χ* 16 dies] inquit *add. LMχ* 17 eruptat *U* 18 dom̃ *O*, deum *LM* 19 etiam *om. U* esse sciant *F* 22 diuinitatibus *U* signibus *M*, signis *Lχ* 23 percipi *FPU* in promptum *Lrχ* 24 quia *LMrχ* dixit *U*, dicit *F* 25 perrecipit *r*, percipit $LM\chi^1$

deum in Christo uel Christum in deo esse non uidet occupatus et curarum terrestrium nube circumdatus. uerbum enim carnem factum sapientiae huius mundi stultitia est; et ideo placuit deo ad confusionem sapientiae, cuius superbia non cognouit hic mundus sapientiam dei, per stultitiam praedicationis saluos facere credentes.

20. Et hic est ille thesaurus agri, pro quo obtinendo etiam ager conparandus est, quia uidelicet salutis nostrae pretium in hoc est, ut deum dei filium ad carnem saluandam in carne uenisse fateamur, et haec est illa profligatis emenda patrimoniis margarita; sed non statim emitur, cum eius pretium praeparatur, quia plurimae interueniunt ipsi conmercio difficultates. aut enim mare interiacet aut praedo intercipit aut cupidior praeuenit aut praefertur opulentior. ideo ne existimes iam et conparasse nos gemmam, quia uides pretium praeparasse, neque aedificasse iam domum, cui aedificandae locum fecimus, cum uisibiles diuitias supellectiles pecuniam patrimonia uelut sordidos aggeres et inportunum rudus egessimus, ut in corde purgato quasi in terra uiua firmius stabilioris aedificii fundamenta iaceremus. sed sicut exhaustione ruderum nudata humo sub inmundis molibus multa aut nodamenta truncorum aut residua ruinarum aut pleraque noxii generis animalia et praecipue fetus aut cubilia uiperarum deprehenduntur, sic remota a nostro pectore temporalium rerum possessione et cura iam nobis ad inspectionem cordis nostri uacantes ab his, quae nos foras extrahebant, inueteratorum criminum nodos et inimicorum spiritalium latebras in nostris sensibus inuenimus. nunc

2] Ioh. 1, 14. 4] I Cor. 1, 21. 7] (Matth. 13, 44). 12] (Matth. 13, 46).

1 occupata (ta *in ras.*) *L* 2 et *in* nec *corr. P m. 2*, nec *FU* curarum] animus *add. M s. l. m. 2* circumdata (ta *ex* tus) *L* enim] uidet *FP²U* 3 sapientia *FP²U* 4 deum *rχ* 6 faceret *F* 7 pro quo] qui pro *F* 8 aer *F* 9 est (in hoc *s. l.*) *F*, est in hoc *U*, hoc est *LMrχ* 11 marmarita *r* 13 enim *O, om. cet.* 14 et] etiam *FU* 15 praeparasse p̃ciũ uides *M* 17 suppellectiles *LMr* uelud *r* 18 egressimus *rχ¹* 19 aedificiis *O¹* 21 nudamenta *FLMPUr sed M in mg. m. 2:* ł nodamenta 23 feṣtus *O* 25 ad inspectionem *FOPU*, inspectioni *LMrχ* 26 extrahebunt *χ¹*

nobis apparere incipit interior domus et illic repentia, quorum non est numerus. nunc tota infelicitatis nostrae patescit obscuritas. nunc demum quam longinqui a deo simus et quam mortui in conparatione uiuorum uidemus.

21. Intellege haec et curam nostri anxio corde suspira, prouidens quia laus eiusdem domini in exitu canitur, ut spiritus quo coepti sumus gratia perficiamur et usque ad finem praecepti pareamus, cui uidemur in capite consilii paruisse. consilium enim dat, non praeceptum qui non dicit: esto perfectus, sed: si uis esse perfectus, quia libertas uoluntatis, quae bona cum est super legem est, non cogitur, sed suadetur et ipsa sibi lex est. quantum autem sit Christum sequi potes de apostoli sententia conligere, qua ait: qui dicit se Christum sequi debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. quomodo autem ambulauerit Christus docet alius magister: qui peccatum, inquit, non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; qui cum malediceretur, non remaledixit; tradebat autem se ad mortem iudicanti iniuste. sed et ipsius actione et praeceptis scire possumus quomodo ambulauerit. ad hoc enim uenit, ut uitam suam nobis in formulam et speculum uitae proponeret. non ueni, inquit, legem soluere sed adinplere, et quae adinpletio sit docet ipse dicens: nisi abundauerit iustitia uestra super iustitiam Pharisaeorum, non introibitis in regnum

1] Ps. 103, 26. 6] (Exod. 15, 1). 10] Matth. 19, 21. 13] I Ioh. 2, 6. 16] Es. 53, 9. 17] I Pet. 2, 22. 21] Matth. 5, 17. 23] Matth. 5, 20.

2 patefecit *F* 3 sumus *U* 4 quam *ex* qui *F* uidemur *U* 5 cura *LMrχ* 6 eiusdem domini *om. LMrχv* ut] ut (quia) *L*, et (ut) in (ut *m. 2*) *P* spiritus *scripsi*, cuius spiritu *M*, spiritu *cet.* 7 quo *om. LMr* coepti sumus *OP*[1]*rχ*, coepimus *FMP*[2]*U*, cepimus (mus *in ras.*) *L* gratia] eiusdem domini gratia *LMrχ* 10 perfectus esse *U* 11 cum bona est *M* super *O*, supra *cet.* 13 qua *ex* qui *L*, qui *FPUr* 14 et ille *FPU* ambulauit *FPU* 16 facit *U* non fecit inquit nec inuentus est dolus *LM* 18 remaledixit *O*, maledixit *cet.* iudicantibus *LMrχ* 19 *pr.* et *om. FPU* ipsius *O*, de ipsius *Lrχ*, de eius *M*, ex ipsius *cet.* 21 preponeret *U*[1] non ueni—*p.* 221, 18 imitari *om. r* 22 sit *om. LMχ*, sit etiam *Rosw.* 23 dicit *LMχ*[3]

caelorum. hoc enim est adinplere quod desit adicere. lex dicit: non occides; at iste: nec irasceris sine causa fratri tuo. lex adulterium interdicit; at ipsa ueritas curiosum in feminas damnat adspectum. ex quo uides quanto maior sit lege fides, cuius laus non ex hominibus sed ex deo est, quia legis circumcisio in aperto est, fidei in occulto. lex ramos peccati praefringit, fides radices eruit, quae nos non operibus sed sensibus inmaculatos facit, ut uere ad primordialem dignitatem hoc est dei similitudinem reformemur non solum corpore sed corde mundati. unde et apostolus deposita terreni hominis specie caelestem nos induere testatur et idem alibi iam ut indutum Christo uirum gloriam dei esse pronuntiat.

22. Vide ergo quantum nobis agendum sit, ut non perfecti, sicut dicis, sed inchoati, ut probamus, itineris spatium perlegamus, qui iustitiam legis iubemur excedere, ut efficiamur iustitia dei, neque ex lege nobis actio sit, sed in uoluntate lex sit Christum sequi, deum imitari. et qui nos lege ipsa iustitiae suae iustiores et iuxta patrem suum uult esse perfectos, non solum humanas fugere culpas sed et diuinas poscit inplere uirtutes. quod quia tantae difficultatis esse perspicis in agone uersantibus, quantae gloriae est exhausta decertatione uictoribus, noli interim dum in scammate sumus, dum foris

2] Exod. 20, 13; Deut. 5, 17. 3] (Matth. 5, 22 et 28; Rom. 2, 29). 11] (Col. 3, 10; Rom. 13, 14; I Cor. 11, 7). 16] Matth. 5, 20; II Cor. 5, 21. 19] (Matth. 5, 48). 23] II Cor. 7, 5.

2 at iste *O*, ait iste $L\chi$, iste ait *M*, iste *FPU*, at ipse *v* nec] ne *M* irascaris $L\chi^3$ sine causa *om.* *FPU* 4 in *om.* *FPU* feminarum *FPU* quantum *O* 5 sed *om.* *O* 7 peccata $P^1$ prestringit *U* 8 sed $LM^1O\chi$, tantum sed et *cet.* 10 sed] sed et *LM* 11 speciem $O^1$, imagine $LM\chi$ inducere *U* 12 ut] non *F* christum $L\chi$ 15 incohati *U* 16 quid *U* 17 neque ut *M* actio sit] actio *LMP* sed— sit *bis exh.* *F* 18 imitari] est *add.* *LMr* et *om.* $MP^2$, ut *ex* et *F* qui *om.* $Lr\chi$ nos] non *O*, nobis *U* ipsa *om.* *U* 19 suae *om.* *U* iustior $P^2U$ et] sed $P^2U$ perfectus $F^1P^2U$ 20 nec *M* possit *FPU* 21 quot $\chi^1$ difficultates $\chi^1$ esse prospicis *F*, perspicis esse *U* 22 exausta $Lr\chi^1$ 23 in *om.* *FOPU* scammati *U*, scammate *in textu, sed in mg.* ł in caumate *M m. 2*

pugnae, intus terrores, alta pro nobis sapere aut loqui; sed potius time et laborantibus conlabora spiritu et cooperare orationibus, ut per nos quoque destruat inimicum et defensorem qui elegit infirma mundi, ut confunderet fortia.

23. Posce suppliciter: intellectum det nobis in uia hac qua nos uocat, ut uideamus quia ipse est deus qui crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute dei; infirmet nobis uirtutem peccati, ut confirmet uirtutis suae spiritum; conuertat et inopiam et abundantiam nostram, ut iustitia, qua indigemus, abundemus et iniquitate, qua abundamus, egeamus; nudemur criminibus et uirtutibus uestiamur; ferat nobis opem contra uoluntates nostras nec tradat nos desideriis cordis nostri, et aduersus carnem et sanguinem, zabulum et mortem, det nobis uictoriam, sicut Abrahae dedit aduersus quattuor reges, quos ille fidei pater hoc mysterio superauit, quo fides nostra, si confirmata sit spiritu principali, totidem corporis nostri elementa uerbo dei subiget. et sicut ille pro propinquo in regibus uictor, ita et fides pro anima, quae totidem sensibus uiget, uictrix, de exteriore homine triumphabit, in quo de totidem elementis conposito quattuor regum forma concluditur. sed sicut ille non multitudine nec uirtute

2] Rom. 11, 20. 3] Ps. 8, 3. 4] I Cor. 1, 27. 6] (Ps. 31, 8). (Ps. 45, 11). 7] II Cor. 13, 4. 13] Rom. 1, 24. 15] (Gen. 14, 15; Hebr. 7, 1; Rom. 4, 16). 17] (Ps. 50, 14).

1 torrores *L* 4 confonderet *P* 6 suppliciter] ut *add.* ***Mv*** det** $\chi^1$ det nobis intellectum *M* 9 in nobis *LMr* uirtutem nobis *F* 10 et habundantiam et inopiam *MPU*, et inopiam et blanditiam *Lr*$\chi$, et in abundantiam inopiam *F* 11 qua habundemus *P* 15 et *O*$\chi$, uel *U*, *om. cet.* habrae *P*, abrae *F* 16 regis *O*, reges (at *m. 2*) *M* 17 superabit $\chi^1$ quod fides *FP²U*, fides quoque *M* sic *M* confirmati *FPU* sint *in* simus *corr. P m. 2*, sumus *FU* 18 ut totidem *M* corporis nostri *O*, nostri corporis *cet.* subiget *FLO²P²U*, subegit *O¹P¹v*, subigat *M*, subiret *r* 19 pro propinquo *v*, propinquo *FOPU*, propinque *Lr*$\chi$, quinque *M*, pro fratre quinque *coni. Sacch.* in regibus] regibus *Lr*$\chi$, regum *M* uicto uictor *coni. Sacch.*, uictor extitit *M* ita fides quinque sensuum quibus anima uiget uictrix de homine exteriore triumphet *M* 20 exteriori *U* 21 de] et *LMr*$\chi$ compositio *r*$\chi$

legionum, sed iam tum in sacramento crucis, cuius figura per litteram Graecam T numero trecentorum exprimitur, aduersarios principes debellauit, cuius mysterii uirtute trecentis in longum texta cubitis superauit arca diluuium, ut nunc ecclesia hoc saeculum supernauigat: ita et nos non nostris opibus aut uiribus freti sed unica crucifixi scientia eleuemus ad ipsum oculos nostros, ut mirificet super nos misericordias suas qui saluos facit sperantes in se, quia ipse est conterens bella dominus, potens in proelio, qui nobis et fiduciam dimicandi et uiam uincendi dedit, cum iam triumphantem in se ipso naturam hominis portans ait: constantes estote, quoniam ego uici mundum.

## XXV.

1. Etsi ignotus tibi sim facie, iam tamen te corde cognoui, quia filius meus in domino carissimus Victor referens mihi religiosam uitam tuam fecit, ut te quamuis absentem cognoscerem et sicut consortem in Christo diligere futurum inciperem. retulit enim mihi, quomodo et in militia saeculari, in qua adhuc tu teneris, socius et secutor contubernii tui fuerit. unde magis praesumpsi scribere tibi per ipsum. spero etenim

2] (Ezech. 9, 4). 3] (Gen. 6, 15). 7] Ps. 16, 7. 8] Ps. 45, 10 et 23, 8. 11] Ioh. 16, 33.

1 tum *O*, nunc *ex* tñc *P m. 2,* tunc *cet.* figuram *LMrχ* 2 graecam *om. LMr* tau *rχ*, tāuh *M* numerus *LMrχ (sed L in ras.)*, numerum *fort.* 3 debellabit $r^1\chi^1$ misteriis *F* 4 superabit $r^1\chi^1$ archa $M^2r\chi$ tunc *O* 6 crucifixi] christi *F* eleuemus *O*, leuemus *cet.* oculos nostros ad ipsum $O^1$ 7 mirificet et *O* 8 saluus *F* fecit *Lrχ* dominus contereus bella dominus *χ* 12 mundo $\chi^1$; uale *add. U.* — explicit *Lrχ*, finit liber ·II· *O*.

*buw.* — Ad militem ut mundi transitoria contemnat et deo militet *b*, militem hortatur ut relicta scłi militia plena discriminis aeterno regi incipiat militare perenne praemium suscepturus ne eum aut auri cupiditas nec flos retardet aetatis quae tq̃ fenum sunt occasura *u*, generalis ad militem seculi ut deo militet *w* 14 sim tibi *b* 15 mihi] m *u* 17 in Christo *om. u* futurum in Christo diligere *Col.* 19 adhuc *om. u* consequutor *b* 20 tibi *b*, tibi ad te *u*, tibi a te *w*, ad te *Col.* etenim te *bu*, enim et *w*

te ex eadem uia ad ueram uiam esse uenturum, quandoquidem istum de tuis sociis ad nos praemisisti, quem pro pignore tuo ecclesia tenet, ut te post eum capiat. nihil enim est, benedicte fili, quod possit praeferri aut debeat ei, qui est uerus dominus et uerus pater et imperator aeternus. aut cui rectius uitam impendamus quam illi, a quo eam accepimus et cui eam usque in finem seruare debemus, quia ipsius beneficio uiuimus? si tamen in hoc saeculo ipsi militauerimus, tunc ad ipsum transire merebimur. quod si magis dilexerimus hoc saeculum et maluerimus Caesari militare quam Christo, postea non ad Christum sed ad gehennam transferemur, ubi principum huius mundi uertitur causa.

2. Ideo nec affectum nec patriam nec honores nec diuitias deo praeferre debemus, quia sic scriptum est: praeterit huius mundi figura. et qui hunc mundum dilexerint, cum ipso et peribunt. ideo ipse dominus in euangelio contestatur et dicit: qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. et qui non accipit crucem suam et sequitur me non potest meus esse discipulus. de diuitiis autem huius saeculi, quas quidam pro summo bono et necessario amplectuntur et diligunt, ita dicit: non proderunt thesauri iniquis, iustitia autem eripit a morte. et iterum per prophetam ait: exterminati sunt omnes qui exaltati fuerant auro et argento. in euangelio quoque clamat atque damnat diuites saeculi dicens: uae uobis diuitibus, qui

14] I Cor. 7, 31. 17] Matth. 10, 37 et 38; Luc. 14, 27. 21] Prou. 10, 2. 23] Sophon. 1, 11. 25] Luc. 6, 24. 25.

1 ueram uiam *b*, uiam ueram *u*, uiam nostram *w Col.* uenturum esse *u* quandoquidem] qm̃quidem *u* 2 quem *om. u*, quando *w* 3 tenet *om. w* est enim *u* 4 aut debeat praeferri *Col.* 5 pater et uerus dñs *b* aut cui *bu*, cui *w*, cui enim *Col.* 6 uitam] nostram *add. w Col.* impendimus *w Col.* illi] ipsi *Lebrun* eam] uitam *b* recepimus *w* et *om. u* 7 seruare *om. w Col.* 8 ipsi] illi *Col.* militamus *w* 9 dileximus *b* 11 principium *w* 12 mundi] seculi *Col.* causa] eque *w* 13 honorem *w* 14 sic scriptum *b*, sicut scriptum *uw*, scriptum *Col.* 17 aut] et *u* quam *om. w* 21 non] quia non *w* 24 atque *bu*, etiam et et *w*, etiamque *Lebrun* 25 damnat *u*, praeclamat *b*, praedampnat *w* ue *buw semper* qui] quia *Col.*

habetis consolationem uestram; uae uobis qui saturati estis, quia esurietis! uae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis!

3. Noli ergo diutius diligere hunc mundum neque militiam eius, quia secundum scripturae auctoritatem inimicus dei est quicumque amicus est saeculi. et qui militat gladio mortis est minister, qui quando suum aut alienum sanguinem fundit, hinc recipit fructum stipendiorum; aut enim exitu mortis tenebitur reus aut crimine, quia necesse est, ut miles in bello, in quo tamen non tam pro se quam pro alio dimicat, aut suam mortem uictus inueniat aut mortis causam uictor adquirat, quia uictor esse non poterit, si effusor sanguinis ante non fuerit. ideo dicit dominus: non potestis duobus dominis seruire, scilicet uni deo et mammonae, Christo uidelicet et Caesari, cum ipse Caesar Christi seruus nunc studeat esse, ut aliquarum gentium rex esse mereatur. neque enim quicumque rex terrenus totius mundi rex est, sed Christus deus, quia omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; et ipse rex regum et dominus dominantium, ipse in terris in mari in abyssis omnia quae uult facit.

4. Hunc igitur sequamur, huic militemus, cui cinctus numquam discingitur miles, qui militantibus sibi gloriam uitae

5] Iac. 4, 4. 13] Matth. 6, 24. 18] Ioh. 1, 3. 19] Apoc. 17, 14. 20] Ps. 134, 6.

4 nolo *b*[1] diutius] diuicias *w* hunc] in *w* nec *w* 7 minister est *w Col.* quando *bu,* autem *w Col.* aut *bu,* uel *w Col.* 8 hinc *scripsi,* hunc *buw,* hic *Col.* recipiet *w Col.* enim *om. w* 10 tamen *om. b* 11 mortem suam *b* 12 uictor—quia *om. b* 14 scilicet *u,* sed *b,* sed quia *w Col.* uni deo et] uni deo (domino *Sacch.*) seruiendum est, facile puto posse (esse *Col.*) discerni cui potius seruiri (seruire *w*) debeat, deo an *w Col.* 15 uidelicet et *u,* u; et *b,* an *w Col.* nunc *scripsi,* non *bu, om. w Col.* 17 terrenus rex *Col.* totius mundi rex est sed christus deus *bu,* totius terrae dominus est. Christus autem totius mundi rex (dominus et rex *Col.*) est *w Col.* 19 ipse *bw,* ipse est *u Col.* 20 ipse *bu,* et *w Col.* et in mari et (et *om. Col.*) in *uw Col.* abissis *buw* 22 igitur *om. w* huic *ex* hunc *w* cinctus] coniunctus *Col.* 23 distinguitur *uw* militat sub eo *w*

aeternae, honorem regni caelestis et diuitias hereditatis suae et diuinae cognitionis consortium perenne largitur. scriptum est autem: qui pecuniam diligit non iustificabitur; et qui terrenas possessiones concupiscit, in illis, sicut scriptum est, implicabitur. unde in Ecclesiastico per Salomonem loquitur diuina sapientia: quia multi dati sunt in ⟨casum⟩ auri causa, et facta est in facie illius perditio ipsorum. lignum, inquit, offensionis est aurum et deicit eos qui sectantur illud. sed non omnes nisi imprudentes disperient in illo. quamobrem fuge ab illo, fili, sicut a facie serpentis, credens Christo, qui in euangelio testatur omnibus hominibus: quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet.

5. Sed te forsitan aetatis fiducia et stipes dignitatum et diuitiarum augmenta sollicitant, ut dicas: adhuc iuuenis sum et in tempore, ut permilitem et uxorem ducam et filios habeam et postea deo seruiam. ad haec tibi respondet non ego sed dominus, qui loquitur in prophetis et apostolis suis, et propheta dicit: ne tardaueris conuerti ad dominum nec differas de die in diem, ne subito ueniat ira illius. in euangelio autem quo ardore properandum sit ad conuersionem ostendit, cum dicit: a diebus autem Iohannis usque in hodiernum uim patitur regnum caelorum, et qui uim faciunt rapiunt illud. talis uiolentia deo grata est, quae

3] Eccli. 31, 5; Prou. 11, 28. 6] Eccli. 31, 6 et 7. 9] Eccli. 21, 2. 12] Luc. 12, 15. 19] Eccli. 5, 8. 22] Matth. 11, 12; Luc. 16, 16.

1 suae—scriptum] acquiret *w* 5 implicabitur *bu*, inflammabitur *w*, implanabitur *Col.* unde *bu*, nam *w Col.* ecclesiaste *w* salemonem *w* 6 dati *coni. Lebrun*, ditati *buw*, periclitati *Col.* in casum *coni. Lebrun*, in *bu*, *om. w Col.* 8 offensionis] eius *add. Col.* deiecit *w* 9 omnis nisi imprudes *(sic) Col.* 10 disperient *scripsi*, dispereunt *bu*, disperiet *w Col.* 13 hiis *w* possident *u* 14 forte *w* stirpes *w post.* et *bu*, uel *w Col.* 15 huc *b* 16 et in tempore] est nunc tempus *Col.* parumper militem *Col.* 17 hec *b*, hoc *uw* 18 apostolis et prophetis *u* suis *om. u* propheta *bw*, per ꝑphām *u*, sapiens *Col.* tardes *Col.* 19 nec] ne *w* 21 praeparandum *w* 22 qui *b* in] ad *Col.* 23 hodiernum diem *w Col.* 24 quae] qui *w*

neminem concutit, nullius damno committitur. in hanc rapinam manus tuas uerte, quae crimen non habet et confert salutem. et quid tibi militarium stipendiorum curationes cum inuidia uiolentiae curare, cum forsitan pro tua honestate etiam debitorum moderatus exactor sis? cum sine cuiusquam inuidia et cum dei gratia possis esse uiolentus, ut capias regnum caelorum, quod uim patitur et gaudet Christus inuadi, quia pro abundantia caritatis et potentiae suae capax est et largiendi quod tenet et quod donauit obtinendi. nam quando sanctis suis in regno suo regnare concesserit, ipse regnabit in illis quos consortes regni caelestis adsumpserit. scriptum est enim et regnum dei cum sanctis fore et ipsos sanctos esse regnum dei, quod propitio deo, cum conuersus fueris, et legendo cognosces et credendo intelliges.

6. De aetatis autem flore primaeque inuentutis quis audeat gloriari? admonet namque diuina scriptura dicens: omnis caro fenum et omnis claritas eius ut flos feni. aruit fenum, et flos decidit; sermo autem domini manet in aeternum. unde et propheta illa potius, in quibus aeterna corporis rediuiui gloria post resurrectionem possit manere, desiderans clamat: quam amabilia sunt tabernacula tua, domine uirtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

7. Et de uinculis coniugalibus et ceteris temporalium rerum tam spinosis quam inanibus curis apostolus, in quo Christus

3] (Luc. 3, 14). 11] (Apoc. 1, 6). 12] (Apoc. 20, 6). 16] Es. 40, 6. 21] Ps. 83, 2. 25] (II Cor. 13, 3).

1 percutit *b* 3 curationes] studeas *add. m. 2 in mg. w*, rationes *coni. Lebrun* 4 forsitan etiam *u* 6 capias] rapias *Col.* 7 celorum celorum *w* uim *u*, sibi uim *w*, sibi *b* quod sibi auferri patitur *Col.* 8 per habundantiam *w* ut *u* potencie tue *w* 9 donauit *bu*, donauerit *w Col.* 10 de sanctis *u* suis] uiris *Col.* 11 caelestis *om. w* assumpserat *w* 12 sanctos ipsos *w* 13 cum—intelliges *om. w* cum] quin *b* 14 cognoscendo *u* 15 primaeque iuuentutis *bu*, prime *w*, primo *Col.* audiat *b*, audet *u* 16 namque *om. w Col.* 17 claritas] gloria *w* ut flos feni] quasi flos agri *w* 18 cecidit *w* 19 unde *bu*, ideo *w Col.* et *om. w* aeterni *u* 20 redimini *w* 21 clamat] clāt *u* admirabilia *w* 22 domine deus *w* con. et defi. a. m. in at. do. *u* 23 atriis *w*

loquitur, admonet, ne in longum huius saeculi tempus irrita uota mittamus, et cognoscere nos iubet, quia tempus breuiatum est, et dicit: reliquum est, ut qui habent uxores tamquam non habentes sint, et qui flent tamquam non flentes sint, et qui gaudent tamquam non gaudentes sint et qui emunt tamquam non possidentes sint, et qui utuntur hoc mundo tamquam non utentes sint. quod cum dicit, ostendit non debere liberos implicari, quando quidem liberari suadeat impeditos. si ergo iam forsitan alligatus es uxori, noli quaerere solutionem. quod si adhuc liber es, noli quaerere implicationem. non enim apostolus propter coniugii condemnationem huius foederis religionem magno Christi et ecclesiae sacramento comparat, sed propter instantem necessitatem bonum esse asserit hominem sic esse, quemadmodum ipse erat. uolo, inquit, uos sine sollicitudine esse, hoc est ut nihil praeter deum et salutem nostram cogitemus. nam uxor et filii, quamquam et ipsa diuinitus nobis pignora data sint, tamen grauissimarum onera curarum sunt. unde idem apostolus dicit: quia tribulationem carnis habebunt huiusmodi, quia necessitudines nostrae carnales, quanto cariores nobis sunt, tanto magis nos cruciant et fatigant. nam uxore accepta primum optantur filii, et si non suscipiuntur, sterilitas lugetur; si suscipiuntur, orbitas timetur. ac perinde numquam in carnalibus affectionibus ita requiescit animus, ut cruciatu careat, dum necessitudines suas aut bonas amat cum amittendi metu aut malas odit cum amittendi uoto, in utroque

2] I Cor. 7, 29. 10] I Cor. 7, 27. 13] (Eph. 5, 32). 16] I Cor. 7, 32. 20] I Cor. 7, 28.

2 mittamus] teneamus *w* 3 dicat *w* 5 sint *om. Col.* 6 sint *om. Col.* 7 sint *om. Col.* 8 sint *om. Col.* non debere liberos *bu,* non libere liberos *w,* liberos non debere *Col.* 9 suadet *w* 10 iam *om. w* 11 es] ab uxore *add. uw Col.* quaere *u* 12 condemnationem] hoc dicit quando quidem *add. Col.* 13 christo *b* 15 asserens *Col.* 18 et ipsa] ipsa *w* uobis *b* pignora nobis data sunt *u* 19 curarum onera *Col.* et idem *u* 20 dicit] ait *Col.* 21 quia et *u* 22 sunt nobis *u* magis *om. w* cruciant *u,* crutiant *b,* discrutiant *w Col.* atque *u* 24 timetur] lugetur *u* proinde *Col.* 26 aut] ut *w*

miseriis sustinendis semper obnoxius. miser est enim qui uxorem bonam perdit, miserior qui malam possidet. inter haec duo accidentia satis felicior est qui utrumque non nouit. similiter et de filiis saepissime miserrimi parentes uel qui bonis orbantur uel qui tales habent, ut non habentibus inuidere cogantur.

8. Audi ergo, mi fili, et inclina aurem tuam mihi et dirumpe omnia uincula tua, quaecumque te in hoc saeculo implicatum tenent; commuta in melius militiam saeculi, ut aeterno regi incipias militare. et nunc, ut audio, qui adiutor et tutator es ciuium, fias comes Christi. deinde in hac militia soletis in uotis habere hanc officii promotionem, ut protectores efficiamini. si autem deo te probaueris, ipsum deum incipies habere protectorem. uide ad qualem militiam te inuito collegam, ut quod homini esse optas hoc tibi deus sit. quem si coeperis sequi, de comitiua incipis militare et finis militiae tuae erit regnum non terrae et temporis, sed aeternitatis et caeli.

## XXV*.

Dilectissimo filio Crispiniano Pavlinvs in Christo domino salvtem.

1. Remeante ad nos de patria commilitone tuo quondam Victore speraui accepturum me scripta honestatis tuae, quibus me laetum de actu tuo id est de profectu fidei tuae ⟨faceres⟩; huius etenim gratia et pridem praesumpseram tibi scribere per eundem fratrem Victorem, sicut et nunc scribo, audens rursus ingerere tibi consilium meum urguente praecepto dei,

4 saepissime] enim sunt *add. Col.* bonis] amabiles habent quibus *Col.* 5 habentes *u* 6 cogamur *u* 7 fili mi *Col.* mihi *om. w* dirumpe *bu*, disrumpe *w Col.* 8 implicatum te *w* 9 seculi *bu*, *om. w Col.* 10 nunc] non *w* adiutor—in hac *om. w* tutator *bu*, tutor *Col.* 11 miliciam *w* 12 uobis *bw Col.* protectores] promptiores *w* 13 probaueris] prebueris *w* habere incipies *w* 14 te miliciam *w* 16 de] et in eius *Col.* inceperis *Col.* et *om. Col.* 17 *pr.* et] non *w*
*m.* — incipit liber paulini ad crispianum lege feliciter *m* 23 faceres *add. Caspari* 25 audens *Casp.*, audiens *m* 26 rursum *Casp.*

quo scriptum est: diliges proximum tuum sicut te ipsum. quomodo autem probare possum aliter quia diligam te sicut et me, nisi idem tibi cupiam, quod mihi optimum iudicaui, id est ut renuntiantes huic saeculo et omnibus pompis et inlecebris uanitatis eius fugiamus ab ira uentura et confugiamus ad unicam generis humani salutem, Iesum Christum, dei filium, dominum et deum nostrum, qui propterea et crucifixus est et resurrexit a mortuis, ut nos a morte perpetua liberaret et ad uitam perpetuam perduceret, insuper et heredes et imaginis suae conformes et gloriae participes faceret. unde oportet, frater et filius carissime, omnibus intermissis, quae nos in hunc mundum inplicant et occidunt sequentes desideria carnis nostrae, uitia uoluptatum nostrarum abicere ex animo et post tergum relinquere quasi stercora, ut damnum utile facientes saecularium rerum, in quibus materia peccandi et causa moriendi subest, lucri faciamus Christum, in quo honor et thesaurus est, in quo et regnum perenne et lumen est uerum, quod inluminat oculos animarum, ut intellegamus quia melius est modicum iustum super diuitias peccatorum multas et nihil prodest homini, si adquirat totum mundum et animae suae detrimentum faciat. unde igitur necesse habui benedicto fratri et conciui bono nostro Victori oboedire, ut iterarem litteras ad caritatem tuam et auderem in dolore pietatis uel increpans tibi scribere, quia, cum sollicitus essem quid ageres, propitio deo dixit mihi etiam nunc te in uoto potius quam in opere christiani esse, semper cogitantem aeternum, arripientem iter uitae id est uiam Christi. sed si non uis esse priuatus, cogita mutandam tibi, non deponendam esse militiam, ut in tanto melius commutandam, quanto maior est rex deus quam homo.

1] Leu. 19, 18. 19] (Prou. 16, 8). 20] (Matth. 16, 26).

1 diligis *m* 2 aliter quia *m*, quod *Casp.* 13 uitia *scripsi*, utuita *m*, uitam *Casp.* post|ergum *m* 14 utilem *m* 19 iustum *scripsi*, iusto *m*, iuste *Casp.* 22 conciui bono] conci bono *m*, conciui *Casp.* oboediri *m* 23 audirem *m* 24 ageris *m* 26 christianum *fort.* aeternum *m*, aeternae *Casp.* arripientem *m*, arripere *Casp.* 27 priuatus] hac *uel simile intercidisse susp. Casp.* 28 ut in tanto *m*, et tanto in *Casp.* 29 maior est *scripsi*, maiorem *m*, maior *Casp.*

2. Refunde ergo Caesari quae sunt Caesaris, ut incipias deo reddere quae dei sunt. dic enim, quaeso te, frater meus, quid expectas? in quam spem meliorem consilium tuum seruas? in quos dies bonum tuum prorogas? quam longam tibi promittis aetatem? quodsi certus esses tantum te adhuc adesse uicturum, quantum uixisti, attamen de uelocitate temporis colligere deberes pari celeritate residuum aeui tui tempus esse lapsurum et post istius uitae breuissimum spatium et laboriosissimum cursum successura saecula, in quibus aut sine fine uiuendum aut sine fine moriendum est. necesse est autem istius saeculi amatores illius saeculi exules fieri, quia, sicut scriptum est neminem duobus dominis posse seruire neque ullam communionem esse Christo et mammonae, ita certum est non posse eum futuri saeculi bona capere, qui istius saeculi temporalia et caduca dilexerit. quodsi mihi non credideris, crede euangelio, in quo sub Abraham, patris nostri, persona dominus ostendit uicissitudines quasdam dari hominibus ita ordinatas, ut quibus in hoc saeculo tribulatio fuerit ibi refectio praeparetur, quibus uero istic abundantia infructuosa fuerit, his in inferno poenarum diues inopia rependatur. denique diues ille inhumanus, qui pauperi parcus et sibi prodigus fuerat, dum in hoc saeculo uiueret, postea mortuus et ad infernum raptus atque illic in gehenna demersus Lazarum mendicum longo interuallo uidit; nec iam spernit, sed admiratur ipse egens uitae illum diuitem gaudii, quem in saeculo eiectum spreuerat et esurientem non cibauerat, ulcerosum non curauerat et canibus uulnera eius lambentibus homo homini non fuerat misertus, ut deterior esse canibus ostenderetur diues, cui humanitatis adfectum rabies auaritiae sustulisset. hunc ergo pauperem, quem in hoc saeculo miserum et supplicem diues epulis et ueste regali superbus horruerat, postea apud

1] (Matth. 22, 21). 12] (Matth. 6, 24; II Cor. 6, 14).

5 adesse *m*, esse *Casp.* 6 attamen *scripsi*, et tamen *m* uocitate *m* collere deberis *m* 8 laboriosismum *m* 12 nemine *m* dominibus *m* 15 credideris *scripsi*, crederis *m*, credis *Casp.* 17 hominibus *om. Casp.* 19 habundantia *m* 23 dimersus *m*

inferos se misero beatum uidens, id est illum in lumine requiescentem, se in tenebris aestuantem et illum in sinu Abrahae gaudentem, se in sinu ⟨inferni⟩ rugientem, oblitus superbiae et uanitatis suae, non miserabilis miser tam frustra quam sero pauperem recognoscit et gaudia sua luget, ubi iam remedium paenitendi non potest inuenire; quoniam, inquit, non est in morte qui memor sit tui, domine, in inferno autem quis confitebitur tibi? unde et alibi propheta dicit: quia dominum inuocauerunt, ibi timuerunt timore, ubi non erat timor.

3. Istic ergo, dum in corpore commoramur, adesse debemus saluti nostrae et remedia nobis profutura inquirere et in quantum abundauimus ad exacerbandum dominum peccando, superabundemus satisfaciendo ei digne paenitendo. in inferno autem peccatoribus non iam paenitentiae sed tantum poenae locus est; quam ob rem, ut supra dixi, in utrasque personas hoc est diuitis et pauperis uersa rerum uice rogat ardens mortuus illum, quem uiuens et in deliciis agens mendicantem et in doloribus plagarum suarum saepe intermorientem despiciens inridensque transierat. quam iuste nunc apud inferos ignes pascit et uermes qui apud superos non pauerat indigentem propinquum! itaque in ipsum mendicitate conuersa nunc male diues in abundantia tormentorum suorum stipem roris exigui de mendico suo uitae opibus abundante mendicat, sed iustam uicem recipit, ne refrigeretur inopis misericordia, quem de copia sua nunquam refrigerauerat. quid autem illud est, quod toto ardens corpore linguam tantum suam uel minimo pauperis digito aspergi rogat, nisi quia in pauperem eo maxime membro peccauerat, quo ante ianuam suam iacentem abici iusserat aut squalorem tribulatio-

6] Ps. 6, 6. 9] Ps. 53, 6.

3 se *Casp.*, sed *m* inferni *add. Casp.* 4 non] nunc *fort.* 6 penitendi *m* inueniri *coni. Casp.* inqid *m* 8 confitebitur *Casp.*, confitebor *m* 12 inquerere *m* 13 habundauimus *m* exaceruandum *m* superhabundemus *m* 14 penitendo *m* 15 non tam iam *m* 18 diliciis *m* placarum *m* 19 saepae *m* dispiciens *m* 20 iustae *m* pascet *m* 21 aput *m* 25 copio *m* refriguerat *Casp.* 28 pauperem *Casp.*, paupere *m* 29 squalorum *m*

num eius inriserat, quod utrum⟨que⟩ in eo facinus lingua peccauerat, non cogitans unum sibi et pauperi deum creatorem sed eundem indulgentiorem pauperi patrem, qui resistit superbis et humilibus dat gratiam. non cogitauerat sibi scriptum: qui dat pauperi domino fenerat, et iterum: qui facit iniuriam pauperi exacerbat deum, qui fecit illum. ideo datus in infernum sicut filius gehennae audit Abraham refrigerii patrem: fili, recordare, quia recepisti bona in uita tua, et Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. propterea iterum dicit in euangelio: beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, et contra dicit: uae ridentibus, quia ipsi lugebunt! inde et Dauid ait: qui seminant in lacrimis in gaudio metent. et Ecclesiastes pari iure pronuntiat, quia melius est ire in domo luctus, hoc est ubi in humilitate cordis contribulati peccata praeterita medicis luctibus diluantur, quam in domo epulationis, id est ubi per intemperantiam et luxum magis peccata aeternis ignibus punienda cumulentur.

4. Ob hoc, benedicte fili, cupio te resipiscere ab amore tenebrarum et ab erroris humani consortio separari, qui scriptum nosti: beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum. si enim particeps uelis esse eorum, qui modo seminant in lacrimis, socius eorundem eris in die remunerationis, quia uenientes sancti uenient in exultatione portantes manipulos suos. quae uero quis in hac uita seminauerit, eadem in illa metet. ideo dicit apostolus: qui seminat in carne de carne metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu

2] (Prou. 22, 2). 3] (Prou. 3, 34; Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5). 4] Prou. 19, 17. 5] Prou. 14, 31. 8] Luc. 16, 25. 10] Matth. 5, 5. 12] Luc. 6, 25. 13] Ps. 126, 5. 16] Eccl. 7, 2. 21] Ps. 1, 1. 23] Ps. 126, 6. 26] Gal. 6, 8.

1 utrumque *Casp.*, utrum *m* facinos *m* 3 qui *Casp.*, que *m* 6 exaceruat *m* 7 patre *m* 8 filii *m* 10 uero *m*, autem *Casp.* 13 metet *m* aecclesiastes *m* 14 ire melius est *Casp.* 16 aepulationis *m* 17 id est *Casp.*, et *m* 18 c$\overset{m}{\text{o}}$ulentur *m* 21 habiit *m* 22 uellis *m* 23 earundem *m* dię *m* 26 ido *m*

de spiritu metet uitam aeternam. mihi enim crede non poteris gaudere cum Christo, nisi gaudere destiteris cum hoc saeculo. nisi modo fleueris, non ridebis in aeternum; si te non humiliaueris a te ipso, non exaltaberis; ⟨si non despexeris⟩ inanem gloriam mundi, non adipisceris perennem gloriam Christi; si hic temporaliter diues esse malueris, illic pauperiem perpetuo sustinebis; si te in uia lata et spatiosa Christus inuenerit, in ea te, quod absit, iudicare cogetur.

## XXVI.

Sancto et merito dilectissimo fratri Sebastiano Pavlinvs et Therasia in Christo domino salvtem.

1. Benedictus dominus deus Israel, qui elegit et adsumpsit te in uas electionis suae et segregauit ab utero matris antiquae et dedit tibi pennas columbae, ut ab huius saeculi strepitu procul auolans diceres: ecce elongaui fugiens, et mansi in solitudine. quamuis tua solitudo non sola sit, quae non deserta est sed secreta, ut ab huius mundi tenebris desolata a dei lumine frequentetur et a daemonis lugentibus fugiatur atque ab angelis gaudentibus excolatur. ipse dominus deus noster donauit nobis licet longo interuallo distantibus appropinquare tibi in dilectione per odorem bonum notitiae tuae, quam per fratrem in domino carissimum Victorem acce-

7] (Matth. 7, 13). 15] Ps. 54, 8.

2 destiteris *scripsi*, desisteris *m* 3 ridebis *m*, gaudebis *Casp.* eternum *m* 4 exaltaueris *m* si non despexeris *uel* contempseris *add. Casp. recte, nisi praetuleris* nisi 5 adhipisceris *m* 7 uia *Casp.*, uita *m*. finit opus feliciter amen *m*.

*LMbkuxy.* — paulini et therasii ad sebastianum *b*, epła hieronymi ad sebastianum *x*, CXVI epła ad sebastianum *y*, ad sebastianum · XXV · *M*, Incipit epistola eiusdem ad sebastianum · XVII · *L*, sebastiano solitario ad caritatem exhortatoria *k* 11 tyrasius *b*, therasius *kxy* domino *om. y* 12 benedictus est *kxy* te et assumpsit *kuxy* 15 aduolans *x*, aduolares et *b*, euolans *Col.* elongaui *LMb*, uolaui *cet.* 16 non *om. u* 17 ut *Lb*, et *cet.* 18 de *b* daemonibus *Col.* lugentibus] furentibus *Col.* 19 ab *om. k* extollatur *b* 20 deus *om. x* nobis *om. u* 21 ordinem *b* bonum *om. u*

pimus, qui nobis et opus propositi tui et secretum tabernaculi nuntiauit, quia ueterum sanctorum strenuus aemulator super torrentem tibi, sicut illi quondam filii prophetarum Elisaeo duce super Iordanem, pacificam mansionem et spiritalia castra posuisses et diaconus tibi frater benedictus Sareptanae illius aut Sunamitidis obsequio ministraret. beatus ille, cui mandauit dominus sicut uni uolatilium caeli, ut te sicut Eliam ad torrentem secreto sedentem panibus pietatis pasceret et ad cellulam tuam assiduis sub hac ministratione uestigiis uelut ad arcam Noe fructiferum pii germinis ramum afferens columba reuolaret.

2. Benedicti uos a domino, qui facit unius moris habitare in domo et qui germanitatis uinculum duplicauit in uobis; quos et in ecclesiae utero fratres fecit et sub una fide uariis distinxit officiis, ut diuerso munere alter alterum pasceretis, tu illum spiritalibus armis ieiunans et orans iuuares et ille caelestia sibi bona sereret, dum carnalia tibi alimenta suppeditat non indigenti quidem pereuntis escae sumptu, quia fames tua iustitiam et regnum dei esurit. sed tamen quia idem dominus, qui fecit quod intus est, fecit et quod foris est, spiritus uero promptus, caro autem infirma, ideo uiuentem licet animam in uerbo dei, quod est Christus deus,

4] (IIII Reg. 6, 2; IIII Reg. 4, 8). 8] (III Reg. 17, 4). 10] (Gen. 8, 11). 12] Ps. 113, 15. Ps. 67, 7. 19] (Matth. 5, 6). 21] Matth. 24, 41; Marc. 14, 38.

2 aemulator] existis (existit *x*) item tibi *add. kxy* super torrentem tibi *LMb*, super *(duarum linearum spatio uacuo) u*, *om. kxy.* super torrentem tibi gratissimum *Col.* 3 heliseo *LMuy*, helyseo *b*, helisaeo *x* 4 spiritualia *k et sic infra* 5 benedictę *L*, benedicte *b* illius sareptenę *M* sareptenae *kuy*, sareptene *bx*, saraeptenę *L* illius aut *om. u* 6 somanitidis *xy* 7 heliam *Mx*, helyam *Lbuy* 9 sub] super *Col.* 10 archam *LMuy* 12 nos *x* a *om. kuxy* 13 in domo habitare *k* 14 nobis *x*[1] 15 distincxit *b* ut] et *ky* sub diuerso *Col.* 16 ieiunans (informares above) *y* (informares *m. 2*) iuuares] ieiunares *u* 17 ille *LMb*, ille in te *cet.* tibi dona *b*, bona sibi *Col.* 18 non *u s. l. m. 2* sūpt' *b*, sumptus *L* 19 dei *om. L* tamen *om. M* 20 est *om. LM* quod et *uy*, quod *Col.* 21 uero *LMb*, quidem *cet.* 22 in *om. LM* dominus *b*

qui est uiuus et uerus panis, tali remuneratur obsequio, ut corpori tuo id est terrenae in te fragilitati seruiat cibis modicis et ipse ieiuniorum tuorum abundantia saginetur. ideo enim dixit: non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei, quia ut infirmioris substantiae nostrae rationem habuit, perinde et carni panem necessarium ipse creator ostendit.

3. Sed ne corporis curam animae, quae uerbo dei pascitur, praeponeremus, non in solo pane uitam hominis constare monstrauit atque ideo, cum dixit: non in solo pane, etiam in pane uictum hominis constitutum docuit, quem etsi animae cura non quaerat, tamen corporis natura deposcit. ideo benedictus ille, cui ad opes animae proficit necessitas conditionis tuae, quia adhuc homo et isto uisibili pane pascendus es, etsi interius aeterno illo pane satureris. non enim proficeret spiritalis uirtus, nisi subesset carnalis infirmitas. nec esset potens fidelium ministratio, nisi materiam ministrandi plerumque inopia fraterna praeberet. unde et apostolus ait in sanctos compensationem futuram, cum ecclesiam dei ad consolationem istius benedictionis hortatur et dicit: abundantia uestra sit ad illorum inopiam, ut et illorum abundantia inopiae uestrae supplementum fiat.

1] (Ioh. 6, 41). 4] Matth. 4, 4; Luc. 4, 4; Deut. 8, 3. 20] II Cor. 8, 14.

1 est uiuus et uerus panis *LMb*, uerus et uiuus panis est *cet.* remunerat *b* 2 corpore *b* in te] uite *b*, uitae *ku* 4 in] enim in *k* pane solo *xy* omni *om. u* 5 uerbo] quod procedit de ore *add. b* ut] in *k* ut—perinde *om. M* nr̃a rõẽ *Luxy*, nostrae ratione *k* 6 habuit *Lb*, esurire habuit *kuxy*, ne esuriret habuit *Col.* proinde *bkuxy* carnis *M* creator ipse *b*, creator *k* 8 praeponeremus quae uerbo dei pascitur *kuxy Col.* 9 pane uictum hominis constitutum docuit *(mediis* are monstrauit—*l. 11* con *omissis) Col.* constrare *L* 10 cum *u s. l. m. 2*, quin *b*, id *k* pane etiam in pane] pane uiuit homo non in solo pane *k* 11 ostendit[docuit] *M* etsi] licet *M* 13 cui] quoi *b* 14 tue *b*, suae (al' tue *s. l. x*) *kx* et] in *u* 16 carnis *b* 17 materiam ministrando *b*, ministrandi locum *k* fraterna inopia *Col.* 18 agit *kx* sanctis *M* 19 cum] quin *b* 21 et ut *k* et *s. l. b* inopiae uestrae *LM*, uestrae inopiae *cet.* 22 sit supplementum *b*

4. Adhuc audeo dicere in utroque uestrum diuisa Iohannis et domini forma consistit, Iohannis in deserto clamantis et domini in templo docentis. et unus uestrum in seruitutem ministerii uocatus est, alter in monachi libertatem. sed uterque in unum dei regnum et gloriam conuocati et ambo liberi, quia ambo sub gratia, et ambo serui, quia ambo sub lege fidei. ambo liberi peccato et ambo serui iustitiae et ambo in ieiuniis domino diem sapitis et ambo in epulis sinceritatis domino gratias agitis, qui dat escam omni carni et dat escam uiuam esurientibus ueram uitam. unus uestrum audiuit, ut dicat: introibo ad altare dei, ad deum qui laetificat iuuentutem meam; et alter ab eodem propheta didicit dicere: singulariter sum ego, donec transeam.

5. Ergo quia sic electi estis et dilecti domino, ut alter alterius onera portetis, et caritate perfecta, qua inuicem uos pascitis, sustinetis instruitis locupletatis adimplentes legem Christi, orate pro nobis; conserite ualidas orationum manus, ut superetis multitudinem peccatorum nostrorum. ob hoc enim ipse misericors et miserator dominus peccatoribus suis sanctorum notitiam caritatemque procurat et donat, ut etiam inexcusabiles reos praepotens aduocatio meritis damnationis absoluat. maneatis in regno domini, quod intra uos fecit esse per inhabitantem in uobis arrabonem spiritus sancti, in quo clamatis: abba, pater, benedicti domino filii pietatis et pacis et luminis.

2] (Matth. 3, 3; Ioh. 7, 28). 9] Ps. 135, 25. (Matth. 5, 6). 11] Ps. 42, 4. 13] Ps. 140, 10. 14] Gal. 6, 2. 23] Rom. 8, 15; Gal. 4, 6.

1 diuersa *x Col.* ioannis *et infra u* 3 seruitute *L* 4 misterii *b* monachalem *u* utrique *u*[2] *Col.* 5 regnum dei *b*, regnum *u* gloriam dei *u* uocati *My* 7 a peccato *b* 10 uitam] iustitiam *Col.* 11 dñm *ex* deum *u m. 2,* dm *L,* dñm *y* 13 ego sum *Lu,* sum e. *k* 14 a domino *b* 15 perfecta *om. LM* 16 parcitis *xy* inseruitis *b* locupletastis *u* adimplentis *x,* adimpletis *b Col.* 17 manus ualidas orationum *b* 18 multorum *u* uestrorum *u* 19 ipse *LMb,* ipsum *cet., om. Col.* 20 sanctorum *om. LM* 21 [a]meritis *M* 22 absoluat] ualete *add. LMb,* finit *add. kxy* dei *xy* nos *k* 23 inhabitatem *x* arrabonem *k* sancti spiritus *u* pater] explicit *add. L* benedicti—luminis *om. LM.*

## XXVII.

Severo fratri vnanimo venerabili et semper desiderantissimo Pavlinvs.

1. Benedicam dominum in omni tempore et non obliuiscar retributiones eius, quia non secundum peccata nostra retribuit nobis, qui adsiduis et numerosis de tua unanimitate solaciis satiat desiderium nostrum; nam in paucis diebus reditum ad nos sanctorum fratrum et unanimorum communium, Postumiani et Theridi, aduentus aliorum fratrum, Virini et Soriani, consecutus est. ita nobis uno propemodum in tempore plurima gaudiorum messis obuenit, cum omnes hi, quos pariter uenisse memorauimus, litteris unanimitatis tuae dulciorem nobis praesentiae suae gratiam reddidissent. exultauit itaque in domino spiritus noster, et dilatatum est os nostrum super inimicum nostrum, cui non dabatur dicere: praeualui aduersus eos, cum potius uota desideriorum nostrorum praeualuissent, ut exoptata de te id est maxima animae nostrae cura et iudicia et eloquia reciperemus.

2. Itaque ut nihil inuicem, sicut praeceptum est, nisi amorem mutuum nobis debeamus, respondebo omnibus epistolis tuis, ac primum illi, quam primo accepi, qua de ipsis, per quos scripseras, apud me expostulas, cur aut te solum reliquerim aut illos tibi abduxerim. sed recognosces neutro me posse culpari, quia neque in te desiderando umquam modum feci neque ullum tecum habui de eorum usurpatione certamen; alioquin ultro tibi de tuo iure cessissem, si prius tua fuisset possessio. non enim a me alieni forent tecum manentes, qui

4] Ps. 32, 2. Ps. 102, 3 et 10. 14] I Reg. 2, 1; Luc. 1, 47. 16] Ps. 12, 5. 20] (Ioh. 15, 17; Rom. 13, 8; I Ioh. 3, 23).

*O.* — Incipit ad eundem · VIIII · *O.* 6 retribuet *Ov*, tribuit *Rosw.* qui *v*, quia *O* 7 satiat *v*, faciat *O* 8 sanctorum *v*, sanctum *O* 10 propemodum *v*, propemodo *O* 12 hi *O*, ii *v* litteris *v*, laetens *O* 15 dilatatum *v*, delectatum *O* 22 qua *Rosw.*, quia *Ov* 23 autē (t *supra*) *O*

totus es meus in Christo domino, per quem sum inuicem tuus, neque tantum cepissem gratiae in his receptis, quantum amisissem, si tibi praeripuissem quamlibet expetendos in salutari uia comites. nam mea quoque sententia dignissimum me iudicarem qui a tua caritate uacuarer, si ullum bonum mihi quam tibi mallem. uerum ego cum illos inopinato domini munere adlapsos mihi tales conperissem, quales et tibi postea in breui claruerunt, etiam inuidebam mihi, cur in hac parte felicior te fuissem, ut tuo conspectu et consortio digniores ego potius obtinerem uel prius agnouissem. denique ut quam primum hac qua me beatum existimabam gratia te consorte gauderem, et praesentes increpui, quod se familiaritatis ac notitiae tuae expertes faterentur, neque quicquam studiosius mandaui proficiscentibus, quam ad conspectum tuum conplexumque properarent teque cognoscere omnibus in patria rebus et curis suis anteferrent, ut diutinum damnum sibi uel sero sarcirent. et, gratias domino, recipimus eos u e n i e n t e s in e x u l t a t i o n e magnumque huius, qua nobis in te prae ceteris expetendo credidissent, conscientiae gaudium quasi benedictum et ceteris uitae suae fructibus altiorem de agro pleno manipulum reportantes. quas illi deo primum, qui non solum satiasset, sed et superasset desiderium eorum, ut plura in te quam praesumpserant inuenirent bona, quas nobis, qui tantae illis adquisitionis fuissemus auctores, quas sibimet ipsis, quod nobis in suum lucrum paruissent, gratias agebant!

3. Ineffabile mihi est quanta me uoluptate perfuderint, cum referrent et actus et sermones tuos et perfectum cor tuum caritatis diuinae scientia; qua humilis et excelsus, pauper et diues, seruus et liber, famulis conseruus, fratribus seruus, pauperibus diues in uisceribus misericordiae, diuitibus pauper in spiritu mansuetudinis, humilis uirtute pietatis, arduus sublimitate uirtutis et seruus deo, liber mammonae, totum in te

17] Ps. 125, 6.

1 suū *O* 2 his *O*, iis *v* amississem *O* 6 inopinato *Rosw.*, inopinatos *Ov* 10 ut *v*, *om. O* 18 in te *v*, inter *O* 19 gaudium *v*, et auditu *O* 21 satiasset *v*, saciasse *O* 28 qua] qua cum sis *expectes*

spirare Martinum, florere Clarum, maturari euangelium praedicabant. inpinguarunt omnino oleo laetitiae caput nostrum; propter hoc benedixerunt omnia interiora nostra dominum duplici causa gratulationis, quod et tibi plurimum praestitisse nos intellegeremus de agnitione dilectissimorum, ut probasti, fratrum et illos gratulari sibi de notitia et caritate tua ut diuino munere uideremus. quantum illi praeterea inter opera et munera in te dei admirati sunt etiam pueros tuos, qui in circuitu tuo sicut nouellae oliuarum uirent, quibus te deus noster idem fecit, quod ipse cunctis est, ut te et quasi dominum uereantur et quasi patrem diligant! in hoc tamen sermone eorum fatemur gemuisse nos ad infelicitatem nostram, quibus ab eiusmodi filiis sterilitatem grauiora peccata fecissent, sed facti sumus quasi consolati, quia uicinum esse nobis tuae felicitatis bonum iudicamus.

4. Verum ne longiore interuallo nostra iniquitas inter nos et te separet, totum hunc, quo diebus et noctibus deum mulces, sacrae pubis accinge delectum, ut aduersum peccata nostra pro nobis aciem orationum dirigant et exorent, ut confirmet hoc dominus quod operatus est nobis, id est ut caritate tua, in qua nunc adquiescimus et qua gloriamur, in illa die refrigeremur et gaudeamus.

## XXVIII.

### Sancto fratri et vnanimo conmilitoni Severo Pavlinvs.

1. Redit a me tibi Victor, ut redeat a te mihi, Victor commune pignus et fidele contubernium et solemne solatium nobis,

2] (Ps. 22, 5). 3] Ps. 102, 1. 9] Ps. 127, 3. 11] (Malac. 1, 6). 14] Ps. 125, 1. 19] Ps. 67, 29.

6 de *v*, *om.* *O* 9 nouellae *v*, nouella *O* uerent *O* 10 et *v*, *om.* *O* 12 fatemur gemuisse nos *v*, statim uriae nos *O*, scaturimus *fort.* 13 eiusmodo *O* 14 uicinum *v*, uicino *O* 16 iniquitatis $O^1$ 18 delectum *v*, dilectum *O* 20 quod *v*, quo *O* 22 refrigerem' *O*

*FLMOPU.* — incipit octaua eiusdem *F*, item epła eiusdem ad eundem · VII · *L*, ad sulpitium seuerum · $\overset{v}{X}$ · *M*, incipit ad eundem · VIII · *O*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monachum de laudibus

Victor in te meus et in me tuus, Victor epistolarum nostrarum ueredarius pedes aut ueredus bipes, uictor longissimarum uiarum, bene idem dicendus simul et uictor et uictus, quia uincitur caritate, qua uincit uias duras et magnos labores, qui in sudore uultus sui edit panem suum, ut nos reficiat annuis inter utrumque discursibus, ferens indefessus ac referens commercia litterarum, quibus mutuam uisitationem animis ac uisceribus inuicem nostris tamquam uectigal officii debiti pensitamus. sit benedictus domino puer Victor, neque illi spinas et tribulos sua terra parturiat, quia inpiger est. uiae enim pigrorum spinis stratae sunt. Victor uero noster non dicit: leo est in uiis, quia ita simplex est, ut ambulet confidens fidelis et castus, ut non timeat a timore nocturno et iaculo uolante per diem. propterea dominus custodit illum in omnibus uiis suis et angelicis mandat excubiis, ne usquam offendat ad lapidem pedem suum, neque mordeat calcaneum eius obseruans coluber in uia, quem calciatis ad euangelii cursum pedibus inpune calcabit et conteret. laudabo igitur et benedicam in domino Victoris nostri pedes et de his quoque pedibus audebo dicere: quam speciosi pedes qui euangelizant mihi pacem de te, cum incolumitatem tuam et pacem in te, cum fidem tuam nuntiant, per quam in te manet Christus pax nostra, qui et de nobis uel in nobis facit utraque unum, siue qua duo sumus in

5] Gen. 3, 19. 10] (Gen. 3, 18). 11] Prou. 15, 19. 12] Prou. 22, 13 et 26, 13. (Prou. 10, 9). 13] Ps. 90, 6. 17] Gen. 49, 17. (Eph. 6, 15). 20] Es. 52, 7; Rom. 10, 15. 24] Eph. 2, 14.

uictoris: epistolarum eius fidelissimi perlatoris: ubi etiam mentionem facit de duobus libellis: quos sibi pro munere caritatis destinare curarat *U*

25 ut—Victor *om. P* ut—commune *om. FU* redea$^{t}$* *M* 26 pingnus $O^1$ solacium *P* solatium sollēpne *M*

1 in me tuus et in te meus *M* 2 pedes—ueredus *om. LM* uictorque *M* 3 uiarum pedes *LM* qui *FPU* 4 qua] quia *O* 5 edet *F* 6 indefectus *O*, indefessim *Vatic. in mg.* 8 inuicem *om. LM* 10 perturiat $F^1$ 13 et *O*, et a *cet.* 20 audeo *F* preciosi *F* 22 fide tua *FPU* 23 xp̄s manet *M* que *FPU* 24 utramque $O^1v$, utrumque *F* quia *FPU*

corde uno siue qua utramque substantiam animae et corporis unum facimus conflante nos Christo per ignem spiritus sui, de quo ait: ignem ueni mittere in terram; et quid uult bonus dominus, nisi ut accendatur in nobis et inluminet tenebras nostras et peccata consumat, quia dominus deus noster ignis consumens est? tribuat hic mihi dominus, ut et in me pro me fiat ignis consumens. ardeat hoc igne cor meum in lumen aeternum mihi, ne eodem ardeat anima mea in poenam perennem. in hoc enim igne reuelabitur dies domini, et uniuscuiusque nostrum opus quale sit ignis probabit.

2. Oremus hunc dominum, ut doceat nos facere uoluntates suas, et spiritus eius bonus deducat nos in uiam rectam, ne labor noster inueniatur ligna fenum stipula sed potius argentum aurum lapides pretiosi, et uiui inueniamur in muris Hierusalem illius caelestis et liberae, quae aedificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in id ipsum. huius enim ciuitatis habitator in tribus unus ostenditur, unde dicitur ciuitas regis magni, ciuitas dei nostri, ciuitas domini uirtutum, quam ipse dominus, ut scriptum est, fundauit in aeternum, cuius quidem ciuitatis non solum fundamentum sed et turris et porta factus est Christus. fundamentum enim, inquit, nemo potest aliud ponere quam eum, qui est nobis turris fortitudinis a facie inimici, qui dicit: ego sum ianua ouium; nemo potest uenire ad patrem nisi per me. si igitur in hoc domus et mens nostra fundetur et digna tanto fundamento superaedificetur operatio, erit nobis in aditum ciuitatis suae porta ipse qui reget nos in saecula, et in loco pascuae conlocabit nos, quos iam per aquam

3] Luc. 12, 49. 5] Deut. 4, 24; Heb. 12, 9. 10] I Cor. 3, 13. 13] Ps. 142, 10 et 11. 14] (I Cor. 3, 12; I Petr. 2, 5). 15] (Gal. 4, 31). 16] Ps. 121, 3. 18] Ps. 47, 2 et 9. 22] I Cor. 3, 11. 24] Ps. 60, 4. 25] Ioh. 10, 7. Ioh. 14, 6. 28] Ps. 47, 15. 29] (Ps. 22, 2).

1 quia *FPU* in utramque *FU*, in utranque *P* 2 facinus *F* 8 in *OM*, et in *cet.* 10 nostrum *om. FPU* 14 nec *FLU* faenum *OP* 28 additum *PU* 29 quos—*p.* 243, 1 genuit et *om. M*

refectionis sibi genuit et nutrit epulis salutaribus in eam mensam, quam praeparauit nobis aduersus eos, qui tribulant nos. de qua dicit: beatus qui manducabit panem in regno dei, quia Christus idem et regnum et panis est, quo nos saginamur et serpens tabescit, cuius fames et poena est cibus uitae nostrae Christus Iesus, qui factus est nobis in escam, ut eo pane uiuentes et secundum eum ambulantes possimus iuxta apostolum dicere: nostra autem conuersatio in caelis est. cum enim quae sursum sunt sapimus et quaerimus, terreni esse desinimus, ut iam non simus esca serpentis, qui uicissim datus est in escam populis Aethiopum, ut ab his edatur quos edit. quod nobis e contrario salutare est, qui Christum edimus et absorbemur a Christo, qui absorbet mortalem nostrum, quia uita est, ut induat nos inmortalitate et conformes imagini suae faciat, qui dedit nobis potestatem super omnem uirtutem inimici inpune calcandi per eandem gratiam, qua dedit potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, quod est supra omne nomen. in hoc habitemus, quia ipse etiam ciuitas est, quae non potest abscondi, quia super montem posita et cuius fundamenta sunt in montibus sanctis. hanc ciuitatem ipse fundauit altissimus, sicut scriptum est, quia sapientia sibi aedificauit domum. haec est domus illa non manu facta, in qua si habitemus his operibus, quibus ciues sanctorum fieri mereamur, non ardebit opus nostrum; et ignis ille sapiens transeuntes nos per examen suum non seuero ardore ambiet puniendos, sed ut commen-

3] Luc. 14, 15. 7] (Ioh. 6, 35). 8] Phil. 3, 20. 9] (Col. 3, 1). 11] Gen. 3, 14; Ps. 73, 14. 14] (I Cor. 15, 53). 15] (Rom. 8, 29). 16] (Luc. 10, 19). 17] Ioh. 1, 12. 18] Phil. 2, 9. 19] Matth. 5, 14. 21] Ps. 86, 1 et 5. 22] Prou. 9, 1. 25] (II Cor. 5, 1; Eph. 2, 19).

1 et] ut *U* nutrit *O*[2]*v*, netrit *O*[1], nutriet *L*, nutriuit *FP*[2]*U*, enutriet *M*, nutriti *P*[1] 2 mensuram *M* praeparabit *OU* 4 et panis et regnum *LM* 5 et] ut *U* famis *FOPU* 7 esca *LO* 8 possumus *L*[1] dicere iuxta apłm *M* 12 qs̃ aedit *F* 13 absorbimur *U* 14 mortale *LMv* 16 inimici uirtutem *FPU* inpune calcandi *om.* *M* 20 supra *F* 24 iis *v*

datos suscipiens blando lambet adtactu, ut possimus dicere: transiuimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium.

3. Sed ut eodem nomine quo inchoata est epistola terminetur, ad Victorem nostrum recurram, pro quo excusationem debeo. quod ad te tardius pacto redit, ne inputes pedibus eius, qui non pigritiae uitio sed oboedientiae studio apud nos diutius restiterunt. reputa tamen tempus, non quo dimissum eum indicasti, sed quo misisti, et uidebis de placita inter nos retinendi Victoris uicissitudine stare rationem mihi. non enim ad hiemem apud nos, ut scripseras, exigendam adfuit, sed, ut adseruit, de Narbonensi, ubi fratri Postumiano occurrerat, remissus ad te, tunc a te iterum profectus est, cum ad me directus peruenire potuisset. iam igitur hieme decedente susceptum necesse habui uernis mensibus detinere, et quia breue spatium uidebatur, quoad ilico sollemnitas paschalis concluderet, cum et infirmissimus per idem tempus fuissem, ut ad rescribendi negotium non ualerem, adposui de diebus aestiuis moras eius, ut conpensarem tecum, si tantum in eo tui temporis usurparem, quantum tu in eodem occupaueras de diebus hibernis. unde concedam, si autumno peruenerit ad unanimitatem tuam, ut hiemem rursus inpendat tibi, quia uides ita placito domini procuratum, ut tempora communis unanimi, quae nobis mutua cesseramus, salua fide pacti maiori istius commodo mutarentur; nunc enim apte conuersum est, ut uerius fieret quod contra meritum indulgens mihi et tibi detrahens scripseras. tu enim uere spiritu feruens salubrius

2] Ps. 65, 12.

1 adtractu *O*, actatu *U* 4 ut] et *FPU* epistola est *F* 5 excusationem nostram *LM* 7 diutius apud nos *FPU* 10 uicissitutudine *F* mihi *om.* *F* 11 ḥad hiemen *O* apud nos *om.* *F* 12 narbonensi portu *M* postumiano *LM*, postumio *F*, postumino *OP*[2]*U*, posthumino *P*[1]*v* 13 ad] a *LM* a] ad *LM* 14 directius *FPU* 16 quoad *O*, quod *cet.* *v* illico *ex* illiquod *P*[2] sollēpnitas *MO* 17 cum] eum, cum *fort.* id *FPU* 18 de *om.* *LM* 19 tui *ex* fui *F*, *om.* *LM* 20 de *om.* *LM* 21 concedo *FPU* 24 maiori *F*, moioris *cet.* 25 commodo *Rosw.*, commoda *ω* in maiora i. commoda *fort.* ut melius (l. ueri*) *M*

eum in tempore frigoris ignito fidei tuae fouebis calore; at ego frigidus ad aestiuam illi stationem aptior ero.

4. Sed utinam uel frigidus magis quam tepidus essem nec domino meo uomitum facerem et proximi mei aestum leuarem! nunc uero fastidium potius de satietate mei facio utentibus tempore incolatus mei nec algentibus nec aestuantibus necessario, modicae fidei tepore reuomendus ab his, qui saporem societatis meae spe dulcedinis spiritalis gustare temptauerint. quo magis miror uel concupiscentiam tuam in desiderandis uel patientiam in perferendis ineptiarum mearum molestiis. sed utinam mihi tam nullum de multiloquio peccatum accedat, quam tibi magna merces de tam infatigabili caritate cumulatur! tamquam enim non defatigatus, sed potius et refectus tantis antehac per Victorem nostrum numero et copia uoluminibus, iterum postulasti per eundem librigerum, ut tibi pluribus, si possim, scriptis essem molestior.

5. Praeterea autem iussisti nimium opulenter tibi de paupere tuo blandiens, ut quae te de annalibus non unius gentis sed generis humani fugerent ego uidelicet quasi peritior edocerem; sed sibi inputet famem qui pauperis amici forem pulsat et promptuarium inane scrutatur. numquam enim in haec inuestiganda et conligenda mihi contentum studium fuit. nam etiam in tempore ueteri, quo uidebar legere nec legenda, ab historicis scriptoribus peregrinatus sum. attamen nunc operis tui curam gerens, quo te pro utilitate fidei nostrae inspiciendis et conferendis praeteritorum temporum rationibus occupatum indicasti, quod de me non habui de fratris unanimi opulentiore thesauro petiui; et ipsam adnotationem, quam commonitorii uice miseras litteris meis inditam, direxi ad

1] (Rom. 12, 11). 3] (Apoc. 3, 16). 11] (Prou. 10, 19).

1 foebis *U* 2 ergo *O* 5 nunc *ex* hunc *L* mea *F* 7 necessarius *LM* tepore *LM,* tempore *cet.* remouendus *FPU* 8 temptauerit *FOPU* 10 in *Ov, om. cet.* 12 accedat *Ov,* accideret *M,* accederet *cet.* 15 postulati *U* eum *U* 16 possem *LMU* 17 autem *om. M* 18 sed generis *om. U* 19 docerem *M* 20 famen *O* 21 enim *M s. l. m. 2* 22 contemptum *FLO,* contentu *P*[2]*U,* contemptu *P*[1], commodum *v* 23 nec legenda *Ov,* negligenda *cet.* 27 iudicasti *U*

Ruffinum presbyterum, sanctae Melani spiritali uia comitem, uere sanctum et pie doctum et ob hoc intima mihi affectione coniunctum. si ille has, quae merito te permouent de annorum siue regnorum non congruente calculo, hiantis historiae causas non ediderit, qui et scholasticis et salutaribus litteris graece iuxta ac latine diues est, uereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus. quod si praesumptioni de se meae satisfecerit, prima occasione, si dominus fauerit, transmittam unanimitati tuae, utcumque mihi super hac ratione rescripserit.

6. Interim, ut aliquid de praeceptis tuis facerem, misi ex his, quae metuo ne inertiae potius uel inprudentiae meae testimonia sint quam supernae ministrationis insignia aut certe uel humanae documenta sapientiae; misi tamen tibi, id est commisi meo pectori meas nugas, non ut sensus tuos polluant tenebrae meae, sed ut tuis sensibus diluantur. nugas autem meas de uerbis ac sententiis meis dixi; ceterum materia sancta et tuo potius ingenio eloquioque dignior, etsi meis sermonibus uelut atro habitu uestiatur, speciem tamen diuini luminis, interni decoris quamquam in egenae supellectilis uilitate custodit. habes ergo libellos a me duos, unum uersibus natalicium de mea sollemni ad dominaedium meum cantilena, cui corpore ac spiritu cotidie, lingua autem quotannis pensito dulcissimum uoluntariae seruitutis tributum, in die festo consecrationis eius immolans Christo hostiam laudis et red-

25] Ps. 49, 14.

1 rufinum *FLMO* (*in mg.:* laudem rufini presbyteri *M*) melanii *M*, melanie *ex* melanii *L*, melaniae *F* in uia *LM* 2 m[i] ītima m̩[i] *M*, utinam mihi *FPU* 3 absque *ex* hasquę *P m. 2* 5 reddiderit (*in mg.* ℓ ediderit) *M* scholasticis *O*, scolasticis *cet.* 7 de se *ex* des *P m. 2* 8 siuerit *LM* 9 unanimitate *L*[1] 13 quam] quae *F* 14 docimenta *O* misi ịṭạq; [tam̄] *M* 15 meo] tuo *LM* 16 deluantur *O* 17 de] et de *F* 18 dignior ω, digna *v* 20 numinis *U* suplectilis *L* utilitate *FU* 22 natalitium *FMU* dominedium *LMO*, domine dum *F*[1]*U*, dominum deum *F*[2] 24 tributorum *OP*[1] consecrationes *FPU* 25 reddans *L*[1]

dens altissimo uota mea; alius libellus ex his est, quos ad benedictum id est Christianum uirum, amicum meum Endelechium scripsisse uideor, non tamen edidisse conuincar. is enim mihi auctor huius in domino opusculi fuit, sicut ipsius epistola, quae libello meo pro themate praescribitur, docet. fateor autem idcirco me libenter hunc ab amico laborem recepisse, ut in Theodosio non tam imperatorem quam Christi seruum, non dominandi superbia sed humilitate famulandi potentem, nec regno sed fide principem praedicarem.

## XXVIIII.

SEVERO FRATRI VNANIMO PAVLINVS.

1. Inmoderatam, ut arguimus, in litteris uestris onus nostrum loquentibus caritatem apta atque moderata ad utilitatem nostram munerum gratia temperastis; necessario enim peccatoribus et precatu deplorationis et habitu indigentibus pallia camelorum pilis texta misistis, quae nos in conspectu altissimi stratos utilibus stimulis admonerent, dum asperitate setarum conpungimur, et peccatorum nostrorum horrore conpungi atque intus spiritu conteri, dum extrinsecus terunt habitu. multa praeterea in eorum usu de ueterum recordatione sanctorum conformandae fidei emolumenta referuntur. ueniunt in mentem

1 mea *ex* tua *O* 2 amicum meum uirum *U* 4 osculi *U* 5 stemate *M* 7 in *om.* *LM* theodosium *LM* 9 praedicarem] uale *add.* *FP²U* explicit *L*, finit ad seuerum · VIIII · *O*

*FLMOPU.* — epistola noua ad Seuerum de munere palliorum ex pilis cameli incipit *F*, epistola ad eundem · VIII · *L*, ad sulpitium seuerum · XVI · *M*, incipit ad eundem X de palliolis *O*, ad Seuerum. De munere palliorum ex pilis cameli *inscr.* *P m. 2*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monachum ubi ei gratias agit pro palliis de pilis camellorum sibi destinatis. super quibus plura scripturarum exempla adducere tropologico sensu exponit. ubi etiam sancte melanie illustris matrone cõpendiose intexit historiam *U* 11 seuero fratri *om.* *O* unanimo fratri *FPU* Paulinus Paulinus Paulinus *F* Paulinus seruus x iħu seuero kmo frĩ in deo patre et xp̃o iħu salutẽ *LM* 17 utilius *F* 18 et] atque *F* 19 habitu *U*, habitum *cet.* multum *O* 21 confirmandae *U*

translatus Elias et praemissus Iohannes, quorum alterum hispida setis zona cingebat, alium pili, ut scriptum est, camelorum hirto tegmine uestiebant. reminiscimur etiam Dauid et omnis mansuetudinis eius, qua contritum cor et humiliatum deo sacrificans induebat se cilicium; et operiebat in ieiunio animam suam, ut eam spiritali saturitate contegeret. unde discimus uestimentum animae illud esse ieiunium, quo ab omnibus lege diuina uetitis abstinemus. id enim et de primorum patrum dispoliatione cognoscimus, qui postquam ab interdicto cibo destiterant ieiunare, nudati sunt. sed et propheta ipse nos docet quali ieiunio animam suam a confusionis nuditate munierit, cum ait domino: ab omni uia mala prohibui pedem meum, ut custodiam uerbum tuum.

2. Ex hoc eodem muneris uestri lanitio et illa nobis de euangelio camelus ingeritur, quae facilius per foramen acus transit quam diues in regnum caelorum. ex quo nostras diuitias, quae nunc in peccatis tantum manent, cogitantes, quia similes diuinis illis uiris uirtutes affectare non possumus, illius saltem nobis gratiam publicani cupimus prouenire, qui in corde detrito semet ipsum accusans deo et pectus adflictum crebra manu tundens et oculos conscientiae pudore depressos in caelum leuare non audens, iniquitate illa uitiorum dorso cameli aemula, ita se in humilitatem debitam strinxit et resipiscentis animae conplanatione direxit, ut se foramini acus hoc est uiae uerbi uel crucis, quae arto tramite ducit ad uitam, diuinarum aurium penetrator insere-

2] (IIII Reg. 1, 8; Matth. 3, 4; Marc. 1, 6). 3] Ps. 131, 1; 50, 19; 68, 11; 31, 1. 10] (Gen. 3, 7). 12] Ps. 118, 101. 16] Matth. 19, 24; Marc. 10, 25. 21] (Luc. 18, 13). 26] Matth. 7, 14.

1 helias *FMOP*, ẹlias *U*, helyas *L* 2 alium] alterum *v* 4 omnes mansuetudines *O* quia *M* contritum *Ov*, contribulatum *cet.* 5 cilium *O*, cilicio *cet.* 6 in *Ov*, *om. cet.* ieiunia *O*[1] 8 abstine nemus *F* 9 despoliatione *LM* 15 lanicio *P* ille *M*, illae (ae *ex* a?) *L* 16 camilus *O* quae] qui *M*, qui *ex* quae *L* foramem *FO* 19 diuinis *om. LM* 20 possimus *P* saltim *L* 22 tondens *P*[1] 25 respicientis *FPU* contemplatione *FPU*

ret. oratio enim, inquit, humiliantis se nubes penetrat; quo contra ille iactantiae suae spiritu diues Pharisaeus, qui inputatione operum debitorum, quia ex lege operandi debitor erat, tamen quasi uoluntaria fecisset supra debitum, praedicator sui, accusator alieni, qui conueniret magis deum quam rogaret, intrare non potuit, quia subfarcinatos arta non capiunt. nec poterat eo recipi lata iactantia, quo se humilitas angusta conlegit et angusto angustior contriti cordis exilitate penetrauit.

3. Interueniant orationes tuae, ut animam meam multa corruptione discissam et spinis meorum sensuum temere consertam dominicae crucis acus inserto uerbi salutaris filo sarciat; fidem enim et uerbum crucis Christi hanc arbitror acum, qua uitae nostrae habitus innouatur, mens nostra conpungitur nosque ipsi deo per interuentum ipsius mediatoris adsuimur. in eodem est et foramen illud, quia per ipsum et in ipso ad uitam uia illa multis desiderabilis, paucis penetrabilis, per quam facilius ingreditur humiliata iniquitas quam superba iustitia. quo maiorem uobis ut medicis spiritalibus debemus gratiam, qui etiam carnalia nobis munera spiritali utilitate confertis, ut haec pallia nobis ad stimulum orationis et habitum humilitatis tamquam sterili illi ficulneae cophinum stercoris miseritis. in quo mihi uidetur aeterna piae humilitatis utilitas indicari, quae sterilem fecundat animam, ne per uacuam adrogantiae speciem sibi iuxta illum Pharisaeum placens uelut arbor infelix frugibus inutili fronde luxuriet. quam bonum autem et utile ad culturam salutis huiusmodi stercus sit, docemur in beato Iob, qui postquam sedit in stercore, tem-

1] Eccli. 35, 21. 18] (Matth. 7, 14). 22] (Luc. 13, 8). 25] (Luc. 18, 11). 26] (Matth. 21, 19). 28] (Iob 2, 8).

2 quo] qua *O* 3 computatione (com *in ras.*) *L* 5 [sui] alieni accusator *M* 6 subsarcinatos *LM* 7 que *U* 8 colligit *O* angusta *v* cordis *LMv*, corde *cet.* 10 interueniunt—*l.* 15 adsuimur *exh.* *Δ* (= *Dungalus*) correctione *U* 11 descissam *ΔO* consectam *FU* 13 et] ut *F* quo *ΔFOU* 14 mens] mors *ΔFPU* 15 ipsius *om.* *M* 16 in *om.* *U* 17 multis] paucis *M* 20 sp̃uali *M* 22 cofinum *O*, cophanum *FPU* 26 quam utile autem ad *M*

ptari destitit. consumpserat enim temptatoris inuidiam humilitate perfecta, quae facilius surgere quam deici potest. quia in fimo sedens unde cadat non habet, habet unde consurgat per eum, qui suscitat de terra inopem et de stercore erigit pauperem et in stercora redigit superbos, quia omnis, ut scriptum est, superbus inmundus coram deo; et ideo iustior apud deum ille accusator iniquitatis suae quam ille iustitiae praedicator. ille laudando se accusauit, hic accusando defendit.

4. Et ideo nihil nobis de nostris operibus blandientes semper in manus eius commendemus spiritum nostrum, quoniam apud ipsum est fons uitae. ab illo intellectum itineris nostri petamus, quoniam a domino gressus hominis diriguntur. sed et si poterimus mandata eius per ipsius opem facere, necesse habemus sic quoque inutilitatem nostram fateri, quia inputare non possumus debitam seruitutem, si tantum praecepta faciamus. inutilis enim et nequam seruus est, qui nihil ad necessitatem debiti muneris uoluntario addit affectu, non habiturus unde praemium speret, si tantum conditionis officia dependerit. quamobrem etiam mandata conplentes, ut saepe tibi scribo, timeamus semper dicentes domino: ne intres in iudicio cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. poterit nos uel humilitas confessionis adserere quasi modestos apud dominum, quos commendare non poterit ut ignauos strenuae seruitutis utilitas. nam et Niniuitae probant quantum apud diuinam clementiam peccatori remedium sit, ut sibi ipse non

4] Ps. 112, 7. 5] (Iob 40, 6). 11] Ps. 30, 6. 12] Ps. 35, 10. 13] Ps. 36, 23. 15] (Luc. 17, 10). 22] Ps. 142, 2. 27] (Ion. 3, 10; Matth. 12, 41; Luc. 11, 32).

2 in fimo *v*, in femo *O*, in infimo *cet.* 3 habet *scripsi*, et habet *ω*, sed habet *Rosw.* 6 deo est *F* 8 acusando *O* 12 illo] ergo *add. M* 14 poterimus *O*, potuerimus *cet.* 16 quia *om. L* 19 condicionis *P* officia conditionis ipendat ([t] dependat *in mg. m. 2*) *M* 22 iudicio *O*, iudicium *cet.* serto *O*[1] 24 molestos *P*[1] 25 dominum *O*, bonum dominum *cet. v* 26 ninęuitę *O*

parcat, quando quidem suffragio paenitentiae reconciliati deo meruerunt denuntiatum euaderē excidium, quia se spontaneis luctibus cruciando diuinam sententiam praeuenerunt sua.

5. Nos uero neque uerbis neque rebus digna pensantes unica tamen facultate nobis caritatis, qua uobis sola pares sumus, misimus tunicam, quam ab usu meo ut de stercoris uilitate conlectum pannum dignare suscipere; nam uel hoc innocentiae tuae congruit, quod de tenero agnorum uellere contexta blanditur adtactibus. addo autem adhuc pretio eius et gratiae, quod, quo dignior probetur usu tuo, de sanctae et inlustris in sanctis dei feminae Melani benedictione mihi pignus est. unde te dignior uisa est, cuius fides illi magis quam noster sanguis propinquat. fateor tamen ausum me, ut eam quamuis ilico ut acceperam tibi destinatam meo tamen uestitu initiando praetererem, sciens magis me tibi hac iniuria praestiturum, quam si te intemerata nouitate illius honorassem, simul ut mihi benedictionem quasi de tua iam ueste praecerperem, ut iactare possim uestimenti tui me esse participem, qui propitio deo futuram usus tui tunicam, quasi fuisset, induerem.

6. Addidit autem dominus hanc gratiam de muneribus et litteris tuis, ut ad eos potissimum dies nobis frater Victor occurreret, quibus sanctam ipsam ex Hierusalem post quinque lustra remeantem excepimus. at quam tandem feminam, si feminam dici licet, tam uiriliter Christianam! quid hoc loco faciam? uetat fastidii intolerabilis metus uoluminibus adhuc addere; sed personae dignitas, immo dei gratia postulare uidetur, ut commemorationem tantae animae praegressus non raptim omittam et paulisper ad eam tibi narrandam, uelut nauigantes si aliquem in litore locum spectabilem uideant, non praeteruehuntur, sed contractis paululum uelis aut remigio pendente

5 tantum *F*$^1$ nobis *om.* *FP*$^2$*U* nobis *F* 6 utilitate *O* 7 uel] et *LM* 8 contesta *U* 9 actattibus *U*, aetactibus *L*$^1$ 10 quod quo] quia ut *M* probetur dignior *M* 11 melaniae *LMO*, melanie *PU* 13 ut *om.* *M* 16 illius nouitate *LM* 17 iam *om.* *F* 18 quo *O* 20 addidit *FM*$^2$*v*, addit *cet.* 21 hos *M*, $^{h}$os *L* 23 at *M*, ad *cet.* si] si tamen *M* 24 dicere *FPU* 27 progressus *F* 28 et ω, sed *Rosw.* 29 preteruheuntur *P* 30 uelis *Rosw.*, remis ω

pascunt oculos intuendi mora, ita sermonis mei cursum detorqueam, quo etiam inlustri illi materia et eloquentia libro tuo uicem aliquam uidear reddere, si feminam inferiorem sexu uirtutibus Martini Christo militantem prosequar, quae consulibus auis nobilis nobiliorem se contemptu corporeae nobilitatis dedit.

7. Opinor autem et hoc ad cumulum diuinae gratiae pertinere, quod sanctitatem laudandam de laudibus generis praedicare ordior. sed hunc ordinem non a rhetoricis institutis magis quam de euangelicis exemplis usurpari doctissimus Lucas mihi testis est, qui baptistae beati meritum ab originis claritate detexuit et, ne tantum historiae gratia eum commemorasse existimes nobilem dominici praecursoris parentem, ueneranda priscae nobilitatis insignia et suum cuique stemma conectit, dicens sacerdotem Zachariam de uice Abia, credo, ut ex eo ipso dignitatem meriti eius ostenderet, adiciens nomen ex infulis, quod procul dubio in Hebraeis esset insigne, de cuius uice honoratum sortitus sacerdotium fungeretur. denique addit: et uxor illius de filiabus Aaron. uides euangelistam de commemoratione natalium sanctis dictionem fecisse meritorum, ut his, quos erat de propriis meritis praedicaturus, nomina auita praeferret; et uxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron. auxit meritum sacerdotis commemorata nobilitate coniugii et laudaturus uitam genus ante laudauit, ut uenerabilior existeret qui sanctis parentibus responderet sanctitate ingenita quasi quadam iustitiae hereditate, qui illud principale in sacerdotibus nomen Aaron et honoris in munere et generis in uxore successor referret, at-

10] (Luc. 1, 5). 15] Luc. 1, 5. (I Par. 24, 10). 19] Luc. 1, 5.

1 detorquam *U* 2 illi *om. LM* 3 inferiore *OPU* 4 martyni *O* 5 nobis *U* nobilitatis *M s. l. m. 2, sed* uoluptatis *in text.* 8 ad sanctitatem *FU* 9 rethoricis *LMO* institutis euangelicis *add. in mg. L* 11 mihi *Ov, om. cet.* 13 domini *L* 14 *tema (s *eras.*) *L,* scema *FM*[1]*PU* 15 auia *O* 16 ipsi *O* adiicens *U* 17 infibulis *O* 19 addidit *O* 20 sanctis *ω,* sancti *v,* in sanctis *fort.* dictionem] adiectionem *coni. Cauchius,* auctionem *coni. Ducaeus* 21 de propriis meritis erat *M* 23 ausit *O* 27 aron *O* 28 successor *om. M*

que illa, quae concors in itinere iugum ueritatis cum marito trahebat, ad pariendum eligenda per angelum, de quo scriptum est: ecce mittam angelum ante faciem tuam, dignior et uiro sacerdote et filio prophetis praeferendo existeret, quam diuinis idoneam dotibus non solum uita iustitiae sed et familiae praerogatiua fecisset. sed et ipsius domini ortum praeter illum a fonte diuino fluentem etiam istum, quo filius hominis esse dignatus est, euangelistae duo numeratis ab initio maioribus ordiuntur, diuersam utroque scriptore corporei sanguinis uenam pari fide et dignitate referente, quia dignum erat, ut unigenitus dei et primogenitus totius creaturae atque uniuersi corporis caput etiam in generis corporei dignitate primatum teneret, ut unus in caelo dei filius ante saecula ineffabili natus exordio etiam in terris inlustrium titulorum sibi apices uindicaret, regum pariter et sacerdotum, ut duo testantur auctores, clara progenies. quamobrem non uidebimur aliena potius quam nostra uti regula terrenam quoque nobilitatem in supradicta dei famula praedicantes, quia perspicuum sit id quoque ad operis sui gloriam dominum contulisse, quo magis confunderetur iste mundus, qui talibus titulis gloriatur, ut quo uanitas hominum ad contemptum dei utitur, ista potius ad contemptum mundi uteretur, simul ut maior salutaris exempli proderetur auctoritas humiliandis superborum oculis, mulier celsiore gradu ad humilitatis cultum ob amorem Christi deiecta sublimiter, ut uiros desides in infirmo sexu fortis argueret, adrogantes in sexu utroque personas pauperata diues et nobilis humiliata confunderet.

8. Igitur Marcellino consule auo de ambitu generis et opum luxu in teneris adhuc annis nuptias passa et breui mater, sed

3] Malac. 3, 1; Matth. 11, 9; Marc. 1, 2; Luc. 7, 26. 8] (Matth. 1, 1; Ioh. 1, 1). 15] (Matth. 1, 1; Luc. 3, 23). 23] (Ps. 17, 28).

1 concor *U* in *Ov, om. cet.* 3 angelum meum *LM* 4 proferendo *U* 9 utroque] quoque *F* 10 referente *Rosw.*, referentes *ω fortasse recte si reponas* utrique scriptores 12 dignitatem *U* 16 non *om.* *FP²U* 18 quia *ω*, qua *v* 19 ad *ex* et *P m. 2* confundereretur *F* 20 iste] hic *LM* 22 exemplo *FPU* 23 produceretur *F* 29 sed *om.* *M*

ea felicitate mortalium non longum potita est, ne diu terrena diligeret. nam praeter alias orbitates, quas inrito in fetibus abortiuis labore adhuc marito participe defleuit, ita creuit aerumnis, ut duos filios et maritum intra anni tempus amitteret, unico tantum sibi paruulo ad memoriam potius quam ad conpensationem affectuum derelicto. sed et de malorum nostrorum seminibus causas bonorum caelestium nobis domino prouidente pietatem diuinam per humanae pietatis damna concepit. misera facta est, ut efficeretur beata. percussa est, ut sanaretur, quoniam ego percutiam, et ego sanabo, dicit dominus. tanta est enim summi patris pietas, ut etiam ira eius ex misericordia sit et ideo castiget, ut parcat. denique beatus apostolus ideo caecatus est, ut inluminaretur, cecidit persecutor, ut apostolus surgeret, in itinere iter repperit et in inpietatis uia uiam pacis agnouit. sic ergo bonus dominus in omni tempore isdem circa nos quoque minimos suae pietatis inpendiis usque adhuc, ut ipse testatus est, opera patris operans sanctam quoque istam, non quia infidelem haberet, sed ut perfectam redderet, paterna pietate corripiens, in misericordia uerberauit temptationibus, ut patientia coronaret: flagellat enim omnem filium quem recipit. itaque luctuoso ambitu trium funerum comes, uidua pariter et orbata, Romam uenit cum unico suo incentore potius quam solatore lacrimarum, siue infans ante sui sensum mala sentiens iam saperet alienam lugere mortem, qui adhuc uitam suam nosse nesciret, siue ignara male securus infantia miserabili ludo inter matris lamenta rideret.

10] Deut. 32, 39; Ps. 76, 10. 12] (Apoc. 3, 19). 13] (Act. 9, 8). 17] (Ioh. 5, 17. 9, 4. 10, 25. 12, 10. 15, 24). 19] (Prou. 3, 12). 20] Hebr. 12, 6.

1 ea *Rosw.*, in ω non dici *M* 2 fletibus *FU* 3 auortiuis *O* laboore *F* 4 annis *L*[1] 5 sibi potius *v*, scilicet potius *coni. Sacch.* 6 affectum *F* 15 cognouit *L* 16 iisdem *M*, hisdem *cet.* 18 quoque] que *FPU* istam] hisdem *L* infidelis esset *M* 20 patientem iam *uel* patientiam *fort.* 21 omne *O* ita *FPU* luctuosa *O* 22 ambitu] obitu *Grynaeus* 23 solatore *Ov*, consolatore *cet.* 24 iam raperet *LMP*[1], inciperet *FP*[2]*U* 25 nosset *PU*

9. His edocta documentis non finiri saeculo fragili et spem tantum in deo ponere, quem solum amittere inuiti non possumus, salutarem sibi filioque scientiam induit, ut paruulum suum neglegendo diligeret et dimittendo retineret, firmius habitura absentem, quem domino commendasset, quam conplexura praesentem, si sibi credidisset. imitata est conditione qua potuit Annae sterilis fidele uotum; nam et istam damnosa fecunditas sterili proximam fecerat, et talis effici post euacuatam fecunditatem timens, qualis illa fuerat ante. promeritam fecunditatem, diuersum deo munus simili dedicauit affectu. ista de parto pignore, illa de concipiendo sollicita; illa ut mater esse inciperet, haec ne esse desineret. quod si ideo dissimile iudicatur, quia non huius ita ut illius filius in templo depositus seruiat domino, qui et opibus saeculi utatur et honoribus, tamen e diuerso conpensationem pietatis et fidei uide adaequari, quia haec idem de semet ipsa persoluerit domino, quod gloriosa Anna de filio. illi enim uotiuus Samuel in plures partus postea repensatus est; huic unicus suus summa partuum, finis luctuum fuit. illam mandato primogenito in statione templi et alia domi pignora et ipsius quamquam sacrati filii non longinqua tamen discretio sollemnisque ad templum recurrendi uisitatio consolabantur; ista, ut unicum suum a pectore suo abscidit et in sinum Christi iactauit,

7] (I Reg. 1, 11). 13] (I Reg. 3, 1).

1 his edocta *Ov*, se docta *P*[1], sed docta *cet.* docimentis *OP*[1] finiri *Ov*, finire *FLPU*, fidere *M*, inniti *coni. Sacch.* et *om. U* 2 non amittere *FPU* inuiti amittere *M* 7 qua potuit conditione (condicione *P*) *FPU* fidele] filie *U* 8 proximam] similem *M* 9 fecunditatem *om. M* 10 deo *Ov*, dn̄ŏ *cet.* simile *P*[1] 11 concupiendo *OPU* 12 ne] ut *LM* 14 seruia *U* deo *FPU* qui *Ov*, quia *cet.* 15 compensatione *Sacch.* 16 uide *LMO*, uidetur *FPU*, uideat *v*, uideatur *coni. Sacch.* adaequari *O*, aequa *FP*[2], equa *U*, adęq[illegible] *M*, adęqua *LP*[1], aequari *v et Sacch.* qui *O* de] per *U* 17 ille *F* 18 huc *U* 19 illa *FOPU* mandato *Ov*, mandata *cet.* 19 primogenitu *U*, primogenita *LM* 22 recurrendo *v* consolabantur *Mv*, consolabatur *FLPU*, consulabatur *O* 23 abscidit suo *FPU* sinu] suum *O* iactabit *O*

ut eum ipse dominus enutriret, nihil postea illi suae sollicitudinis dedit, diffidentiae peccatum iudicans, si quem Christo commiserat ipsa curasset. quanta autem hoc fide fecerit, hinc perspici licet, quod in magna licet potentissimorum et carorum propinquorum Romae copia nemini paruulum suum uerbo, ut dici solet, alendum erudiendum tuendum mandare dignata est. tam certa fuit a Christo esse susceptum, et ideo meruit obtinere, quia frui noluit, et nunc reuisere meruit per eius fidei pietatem, qua semel relictum in deo non desiderauerat in hoc saeculo. itaque fecit illi magna qui potens est maiora praesumpto donare credentibus. ita huic, ut filium et in hoc loco uideret, adiecit sicut Solomoni, quia sapientiam petere elegisset, etiam ceteras opes, quas non poposcerat, ob hoc ipsum, quia non desiderauerat, contulit. remuneratus intellectum bonum, quo infimis summa praetulerat, minora maioribus superfudit. ita ille meruit possessor omnium opum fieri, qui esse summarum petitor elegerat. quo quidem omnes exemplo admonemur sapere, cum docemur eligere. minora enim maioribus et summis infima bona id est terrena caelestibus anteponentes, in poenam stultae cupiditatis omni carebimus summo simul atque infimo bono, et illa iuste non accepturi, quae non desiderauerimus, et istis merito defraudandi, quorum amore noxio potiora neglegimus. sic et pater Abraham recepit oblatum deo unicum, quia prompte obtulit postulatum. sufficit domino sacrificium pietatis in corde perfectum et ob hoc interposita angeli manu iam uibrantem dexteram percussuri patris excipiens subiecit uictimae ouem subito praepara-

1] (Ps. 54, 23). 10] Luc. 1, 49; Eph. 3, 20. 14] (II Par. 1, 10; III Reg. 3, 23; Sap. 7, 11). 23] (Gen. 22).

2 indicans *FPU* 3 commiseserat *L* 4 clarorum *P* 6 dici *om. M* 9 in] ꝑ (*sed in mg. m. rec.* ł ĩ) *M* desideuerat *L*[1] 11 ut filium et] et filium ut (et *P*[1]) *FP*[2]*U* 12 solomoni *Ov*, salamoni *P*, salomoni *cet.* 13 legisset *LM* 14 desideuerat *O* 15 quod *F* infirmis *FU* pertulerat *U* 19 et *om. U* 21 iuxte *O* 23 neglegimus *O*, negligimus *FPU*, neglеximus *LM* 24 ablatum *U* 25 suffecit *LM* perfectam *O*[1] 26 dextram *U*

tam, ut nec deo deforet hostia nec patri filius, simul ut mysterium in Christo conplendum, quatenus imagini licebat, in Isaac exercitum in ariete formaretur, cum et agnus ille ad formam saluatoris in Aegypto postea immolandus iam in sui generis pecore praetenderetur, hoc est in eo ariete, qui pro Isaac occurrit in uictimam, ut pro Christo in figuram praecurreret. itaque aries illi inuentus est, cui non debebatur summa mysterii, sed illi occisus est, cui reseruabatur perfectio sacramenti.

10. Multa illi et in ipsius huius militiae rudimentis aduersus draconem inuidum fuere certamina; non enim passa est liuidi hostis inuidia facili illam et pacato abire digressu; sed tota nobilium propinquorum potentia ad retinendum armata propositum inpedire et eunti obstare conatus est. sed illa ultra uirtutem temptationum iam confortata et corporeae pietatis uincula et nauem cunctis flentibus laeta soluit constanterque congressa fluctibus maris, ne tantum saeculi fluctus uinceret, nauigauit et simul saeculum orbemque commutans urbem Hierusalem spiritali dono, in qua a corpore peregrinaretur, elegit, exul ciuium et ciuis effecta sanctorum. prudenter et sancte in ista uoluit seruire, quae seruit, ut in illa possit regnare, quae libera est.

11. De multis tamen in illa uirtutibus dei unam saltem, de qua eius omnia aestimentur opera, praedicabo. tempore illo Valentis, quando ecclesiam dei uiui furor Arrianorum rege ipso inpietatis satellite persequebatur, haec erat princeps uel particeps cunctis pro fide stantibus. haec fugatos recipiebat

4] (Ex. 12, 3). 19] (Eph. 2, 19).

1 neque patri *M* 2 quatinus *O* ymigini *U* 3 exertum ([1] ci *m. 2*) *M* 5 eo] ipso *FPU* 6 occurreret *M* 7 illi *Ov*, ille *cet.* 8 ille *Rosw.* reseruabatur] debebatur *M* 9 ipsius *Ov*, ipsis *cet.* aduersum *FLPU* 10 passe $O^1$ 11 paccato *P*, paccatu *U*, peccatu *ex* pacatu *L* abire *ex* habere *U* 13 conata *FU* 14 corporeae *MO*, corporea et *cet.*, corpore *v*, et corpore *coni. Sacch.* 17 conmutaris *U* 20 ista] uita *add.* $FP^2U$ 22 saltim *L* 23 extimentur *U* operam predicabo *O*, praedicabo operam *FPU* 24 arrianorum *ex* arrienorum *L*, arianorum *FU* 26 stantibus *scripsi*, istantibus *U*, instantibus *cet.* rapiebat *F*

aut adprehensos comitabatur; sed cum eos recepisset in latebram, qui propter insignem fidem maiore et haereticorum odio infestabantur et occultantium tegebantur inuidia, graui tunc seditione diabolicis facibus inflammata quasi contra legem publicam contumax protrahi ac pati iussa est quae illos manebant, nisi prodere maluisset. processit inpauide cupida passionis et iniuria publicationis exultans, quamuis non expectasset trahi, tracturos anteuolans ad iudicem, qui confusus ueneratione praesentis non executus est infidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam. eadem tempestate per triduum quinque milia monachorum latentium panibus suis pauit, ut per eius manum iterum dominus Iesus pristinum numerum in deserto pasceret, tanto quidem nunc inpensiore clementia, quanto minore licentia fouebantur occulti quam illi quondam, qui ad dominum uoluntarie in libertate et pace conuenerant. sed haec nec timida deprehendi interdictum secura praebebat officium, nec uolens gloria operationis agnosci, tamen operis magnitudine prodebatur, totidem apud homines testimoniis gloriosa quot pastis deo conscia. quid haec meriti habeat aestimemus. cum in historia Regnorum ille celebretur, qui absconditos ab ira aeque inpii regis centum uiros dei pauit, dubitandum est hanc in opere simili saepe milies hunc numerum supergressam fructum fecisse centesimum?

12. Reliqua nunc eius negotia ac tempora transilibo et hoc ipsum, quo remeans nauigauit, ut cursum ipsius aemuler, transfretabo, quo citius sermonem meum in eius ad nos aduentu exponendo determinem, in quo magnae dei gratiae spectator fui. Neapolim urbem breui spatio a Nolana qua degimus ciuitate distinctam aduecta est, ubi filiorum nepotum-

12] (Matth. 14, 21). 20] (III Reg. 18, 13). 22] (Matth. 13, 8).

2 et *om.* *M* 3 tegebantur *LMOP*¹, detegebantur *cet.* 9 praesentes *O* est executus *F* 10 eandem *U* 11 monacharum *O* 12 manus *U*¹ 13 nunc ω, tunc *Rosw.* 14 quia *P* ad *om.* *FPU* 19 quod *OPU* pascis *U* conscia *Ov*, conscientia *cet.* habeant *M* existimemus *F*, extimemus *PU* 20 aeque ab ira *M* 21 dei uiros *F* 25 quod *LM* ipsius] eius *M* 26 aduentū *L*¹ 27 exponendo *om.* *M* magno *U*

que occursu excepta mox Nolam ad humilitatis nostrae hospitium festinauit, quo nobis aduenit ambitioso ditissimorum pignorum uallata comitatu. uidimus gloriam domini in illo matris et filiorum itinere, ⟨qui⟩ quidem in eo, sed longe dispari cultu, macro illam et uiliore asellis burico sedentem tota huius saeculi pompa qua honorati et opulenti poterant circumflui senatores prosequebantur, carrucis nutantibus, phaleratis equis, auratis pilentis et carpentis pluribus gemente Appia atque fulgente; sed splendoribus uanitatis praelucebat Christianae humilitatis gratia. admirabantur diuites pauperem sanctam; at illos nostra pauperies ridebat. uidimus dignam deo huius mundi confusionem, purpuream sericam auratamque supellectilem pannis ueteribus et nigris seruientem. benediximus dominum, qui humiles et excelsos facit sapientes et inplet bonis et diuites dimittit inanes. in istis tamen diuitibus eadem die de maternis bonis pauperem spiritum stupebamus, qui magis sancta matris inopia quam sua uisibili abundantia gloriabantur. id ipsum autem gloria domini uidebatur operari, quod egenulae nostrae diuitias in eius filiis intuebamur, ut iam hinc fructum fidei suae caperet, cum uictoriam suam de huius saeculi uanitate ipsa despectaret, comminus uidens omnia quae propter Christum reliquerat et contemnere perseuerarat. illi sericati et pro suo quisque sexu toga aut stola soliti splendere filii crassam illam uelut spartei

14] I Reg. 2, 7. 15] Luc. 1, 53.

2 quo—aduenit *om.* *M* 4 filiorum *LM,* filiarum *cet.* qui quidem in eo *scripsi,* quidem in eo *FMOPv,* in eo quidem *LM,* quidem uno *Rosw.* 6 poterunt *O* 7 cerrucis *U* 8 pilaentis *L* (ae *ex* a) 9 atque ∕∕flente (fl *in ras.*) *L* 11 ad $FOP^1$ ịṛridebat *M* 12 paupeream *O,* pauper ea *FPU* serecam *U* 13 superlectilem *O* 14 et *Ov, om. cet.* sapientes *FOPU,* esurientes *LM,* sapientes esurientes *v* 15 *pr.* et *Ov, om. cet.* 16 die *Rosw.,* dei *FLOPUv,* dei gratia *M* spũ *O* 18 abondantia $F^1P$ gloria *Ov,* gratia *cet.* 20 ut iam] utinam *FPU* fidei suae fructum *M* 21 dispectaret *FPU* 22 cumminus *O* 23 perseuerat $OP^1$, perseueraret $FP^2U$ seritati *U* 24 sthola *O* spartei *Pv,* sparte $F^1LOU$, sparti $F^2$, spartẹ *M*

staminis tunicam et uile palliolum gaudebant manu tangere, et uestimenta sua uelleris auro et arte pretiosa pedibus eius substernere pannisque conteri gestiebant, expiari se a diuitiarum suarum contagio iudicantes, si quam de uilissimo eius habitu aut uestigio sordem conligere mererentur.

13. Tugurium uero nostrum, quod a terra suspensum cenaculo una porticu cellulis hospitalibus interposita longius tenditur, quasi dilatatum gratia domini non solum sanctis ⟨cum⟩ illa plurimis, sed etiam diuitum illorum cateruis non incapaces angustias praebuit, in quo personis puerorum ac uirginum choris uicina dominaedii nostri Felicis culmina resultabant. neque e diuerso habitationis eiusdem dissoni licet proposito hospites obstrepebant; sed et in illis religiosa modestia imitabatur nostrae silentium disciplinae, ut si dissimularent concinere uigilantibus pigro uentre sopiti, tamen non auderent piis uocibus dissonare, fideli timore conpositi, quo placidis psallentium uocibus conpresso saecularium turbarum tumultu etiam taciti concinebant. uerum ut ad perfectam domini columbam recurram, scito nunc istam tantam in sexu infirmitatis uirtutem dei, cui refectio in ieiunio, requies in oratione, panis in uerbo, habitus in panno, lectus in sagulo et centone durus in terra fit mollis in littera, qua rigidi cubilis iniuriam mitigat lectionis uoluptas et sanctae animae in domino uigilare requiescere est. hanc ergo filia Sion hactenus habuit et desiderat, nunc filia Babylonis habet et admiratur, quia iam et

1 tonicam *O* et uile *om. O* 2 sui $P^1$ uelleris *FOPU,* uillis *LM,* uelleribus *v* et $FP^2U$, *om. cet. v* 3 conteri *LM,* contere *O,* conterere *FPU,* contegere *v* 5 ut *L* merentur *OU* 6 tugurium — *l.* 11 resultabant *exh. Δ* 7 portico *Δ* 8 cum illa *scripsi,* qui illam *ω* 9 plurimis *Δ,* plurimi *cet.;* comitabantur *add. Rosw.* sed etiam *LM,* iam *cet.* diuitum *P s. l. m. 2* non *om. M,* nunc *Δ* incapaces *O,* capaces *cet.* 11 dominedii $LMOP^1$, domini $FP^2U$, domnidii *Δ* 13 hospites *supr.* homines *scr. M m. 1* in *O, om. cet.* illi *M* molestia *FPU* imitabantur *M,* emittebatur *FP,* emictebatur *U* 14 uti *FLMU* 15 uigilantibus *om. M* 16 placitis *L* 19 cito *FPU* 20 dei *om. FPU* 21 habitus] requies *FPU* fit durus in terra *M* 22 fit] sit *L* qua littera *coni. Sacch.* quia *LM* iniuria *O* 23 uoluptas *M,* uoluntas *cet.* uigilare in dño *M*

ipsa urbs in pluribus filia Sion est quam filia Babylonis; et ideo miratur in humilitatis obscuro et ueritatis luce uiuentem et fidei incitamenta diuitibus, angustiarum solatia pauperibus ministrantem, quamquam illa quietis et latebrae suae apud Hierusalem in Romanis modo turbis aestuans clamet: heu me! quod incolatus meus prolongatus est. ideone dilata sum, ut nunc habitarem cum habitantibus Cedar? hoc enim nomine apud Hebraeos, ut conperi, significatur obscuritas. quare ita illi gratulandum de memoratis uirtutibus puto, ut de praesenti sede timeatur, ut tam insignis anima plus Romae conferat quam de Roma trahat et sic sedeat supra flumina Babylonis, ut recordetur Sion et organo corporis sui suspenso ab inimicae omnibus Babylonis insidiis et inlecebris in sui propositi tenore uelut in salicibus genuino semper umore uiuentibus constituta uirere non desinat et permanente fidei constantia uirtutisque gratia folium eius non defluat, ut sicut uita eius in itinere adspectatur, ita et laus in exitu canatur.

14. Non tuli, frater, ut te ista nesciret. ut gratiam in te dei plenius nosceret, tuo te illi magis quam meo sermone patefeci. Martinum enim nostrum illi studiosissimae talium historiarum ipse recitaui. quo genere te et uenerabili episcopo atque doctissimo Nicetae, qui ex Dacia Romanis merito admirandus aduenerat, et plurimis dei sanctis in ueritate non magis tui praedicator quam mei iactans reuelaui. gloria enim mihi est diligi te et amari, quem famulum ueritatis consona linguae uita testatur. det nobis in illa die misericordiam

5] Ps. 119, 5. 11] Ps. 136, 1. 16] Ps. 1, 3. 17] (Ps. 113, 1). 27] II Tim. 1, 18.

5 ierusalem memor in *M ut Sacch. coni.* 6 quia *F* est *s. l. m. 2 F* dilatata *FPU* 7 habitare *FU* cędar *M* 8 ut comperi apud (aput *U*) hebreos (hebręos *L*) *FLMPU* 9 illi ita *M* 10 timeatur] orandumque sit nobis *add. M* 11 thraat *L* super *M* 15 humore *FLMPU* uirere *LM,* uertere *FOPUv* 17 itinere [l initio] *M* 19 *alt.* ut *Ov,* et ut *cet.* 21 martini enim nostri *LM* enim nostrum *om. F* 22 historiam *LM* 23 nictee *P,* nicteae *FU* datia *LO* 26 dili *U* amare $O^{1}$

dominus a domino per hanc gratiam, cuius ipse auctor est, ut sicut nunc in uisceribus caritatis tuae refrigeramur, ita ab ignibus meritis in tuae sortis digito refrigeremur. spero enim habebimus indulgente domino ut amantissimi tui de iustitia tua suffragium, etsi indigni coronae non audeamus sperare consortium.

## XXX.

Sancto fratri et vnanimo Severo Pavlinvs.

1. Beato apostolo dictum est: multae litterae te ad insaniam perduxerunt. in quo illorum uera insania apparet, quibus sapientia dei, quam Paulus loquebatur, stultitia erat, quia uacui fide ueritatis intellegere non merebantur sapientiam dei, Christum. at ego quamuis propitio Christo ab illorum persona discrepem, quorum infidelitati insanire ille sanitatis magister uidebatur, tamen unanimitatis licentia, quae mihi tecum de unanimitate fidei est artior, usurpabo uerbi, non animi similitudinem, ut dicam: Seuere, mi Seuere, multa te caritas pene delirum facit, et circa me non aetate sed sensu paruulum tuum tamquam auus circa serum nepotem nimia pietate, quod tamen pace prudentiae tuae dixerim, stultus efficeris.

2. Quid enim tibi de illa petitione respondeam, qua imagines nostras pingi tibi mittique iussisti? obsecro itaque te per

3] (Luc. 16, 24). 9] Act. 26, 24. 11] (I Cor. 1, 23).

2 refrigeremur $L^1$ 5 corenę $O^1$ 6 consortium] oro ut ualeas *add.* $P^2U$, oro ut ualeas oro ut ualeas *add.* *F.* — explicit epistola nona *F*, explicit *L*, finit ad seuerum X · *O.*

*FLMOPU.* — incipit septima eiusdem *F*, item epistola eiusdem ad eundem VI · *L*, ad sulpitium seuerum · XIIII · *M*, incipit ad eundem VIII · *O*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monachum ubi eum benigna humanitate reprehendit: eo quod nimia uictus dilectione sui uultus ymaginem pictam petebat ab eo simi transmicti *U* 8 unanio *F* 9 paulo apostolo *FU* 10 perduxere *U* 14 infidelitate *O* 15 unitatis *F* 17 *pr.* Seuere *om.* *U* 18 delerum *PU* 19 tuum] tu enim $FP^2U$ seruum $F^1$ 20 effeceris $F^1$

uiscera caritatis, quae amoris ueri solatia de inanibus formis petis? qualem cupis ut mittamus imaginem tibi? terreni hominis an caelestis? scio quia tu illam incorruptibilem speciem concupiscis, quam in te rex caelestis adamauit. neque enim alia potest tibi a nobis necessaria esse quam illa forma, ad quam ipse formatus es, qua proximum iuxta te diligas nulloque te nobis excellere uelis, ne quid inter nos inaequale uideatur. sed pauper ego et dolens, quia adhuc terrenae imaginis squalore concretus sum et plus de primo quam de secundo Adam carneis sensibus et terrenis actibus refero, quomodo tibi audebo me pingere, cum caelestis imaginem infitiari prober corruptione terrena? utrimque me concludit pudor: erubesco pingere quod sum, non audeo pingere quod non sum; odi quod sum et non sum quod amo. sed quid mihi misero proderit odisse iniquitatem et amare uirtutem, cum id potius agam quod odi nec elaborem piger id potius agere quod amo? ipse discors mei intestino bello distrahor, dum spiritus aduersus carnem et caro aduersus spiritum dimicat, et lex corporis lege peccati legem mentis inpugnat. infelix ego, qui uenenatum inimicae arboris gustum nec crucis ligno digessi! durat enim mihi illud ab Adam uirus paternum, quo uniuersitatem generis sui pater praeuaricatus infecit, ut qui naturali bono oculos mentis apertos innocentiae et iniquitati clausos habebam, letalem prudentiam boni malique ⟨mali⟩ delectu de infausto nemoris interdicti cibo caecatus pariter et male luminatus haurirem.

3. Atque utinam hoc saltem remedio crimen inlicitae concupiscentiae diluissem, ut accepta per gustum nocentem boni

2] (I Cor. 15, 47). 8] (Ps. 68, 30). 17] Gal. 5, 17. 19] (Rom. 7, 13). 22] (Gen. 3, 6). 28] (Gen. 2, 9).

1 solacia *P* 4 enim *om. FPU* 6 ipse *om. U* qua] quam *OP*¹, per quam *FP*²*U* 8 qui *M* 9 conceptus *U* quam *om. O* secundo quam de primo *FPU* 11 caelestis] hominis *add. M s. l. m. 2* 17 ipso *O* discor *U* 18 aduersum spiritum *O* 20 nec] non *FPU* 24 mali ^q; *M* (q; *m. 2*) mali *addidi, om. ω* 25 delectu *v*, dilectu *O*, delectum *cet.* interdicti nemoris *M* interdicto *L*¹ 27 saltim *L* licitae *FPU* 28 deluissem *O* innocentem *O* boni malique *LM*

et mali scientia bonum potius elegissem! praesertim cum salutare consilium dei suadentis audissem, ut aqua et igne, uita et morte propositis ad aquam potius manum mitterem et uitae munus eligerem. sed de insipientiae crimine mihi culpa creuit audaciae, quod cum et boni electum accepissem, malui quod nocebat adpetere. quae ergo misero mihi subpetit uenia peccati, cui ignorantiae excusatio non remansit? agnoui bonum, et feci malum, cum aeque mihi liberum esset bonum facere, nisi utilitatem animae contempsissem uitio uoluntatis, qua id quod non expediebat admisi, dum non tempero quod licebat. propterea iuste illos innocentiae oculos, quibus malum non uidebam, perdidi et istos inuicem, quibus peccatum agnoscitur in poenam conscientiae, iniquitatis accepi.

4. Nam et uidisse primos generis humani parentes et non uidisse scriptura declarat. uidit enim mulier arborem quia bona ad manducandum, et grata erat oculis ad uidendum. uidit, inquit; ergo habebat oculos. et quid deinde subtexit? cum manducassent, inquit, aperti sunt oculi eorum. ergo caeci fuerant. unde aduertimus, quoniam non potest in eodem corpore simul conuenire caecitas et uisus oculorum, sed certe est quoddam caecum in nobis et uidentibus et econtra etiam in caecis uidens. propter quod arbitror illud a domino esse dictum: in iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant. uenit enim in hunc mundum quaerere quod perierat et reluminare quod caecatum fuerat. denique huius medici egens homo in propheta clamat: inlumina tenebras meas, domine. etenim misericors et miserator

15] Gen. 3, 6. 18] Gen. 3, 7. 23] Ioh. 9, 39. 25] Luc. 19, 10. 26] (Ioh. 8, 12). 27] Ps. 17, 29. 28] Ps. 111, 4.

1 prertim *U* 2 dei consilium *LM* aqua et igne *om. O* 3 quam *L* 5 et *om. F* boni] et mali *add. LM* 6 subpetet *O* 7 ignorantia *O* 9 quia *O* 11 iuxta *FPU* 14 humani generis *FMPU* 17 subtext *F* 18 inquid *O* 21 est] esse *fort.* 22 et e contrario *Pv* 23 a domino illud *FPU* 24 ut] et *F* 27 medici] modi *LM* 28 miserator et misericors *M*

dominus, qui in tenebris caecitatis humanae lumen exortum est, ut erigeret elisos, solueret conpeditos, inluminaret caecos, quomodo caecandis uidentibus uenerat? atqui in euangelio docemur illum multis caecis uisum redonasse, nemini sustulisse. sed sicut scriptum est in lege: ego occidam, et ego uiuere faciam, sicut etiam in euangelio, quia ipse positus est in ruinam et in resurrectionem multorum, ita et illud est: in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et uidentes caeci fiant. uenit ergo dominus, ut uetera transirent et noua orirentur. et inpletum est quod dixerat: ego occidam et uiuere faciam, quia ueterem nostrum hominem adsumendo interfecit, adfigens illum cruci, dispolians se carne transduxit principatus et potestates libere, triumphans eum in semet ipso, et uiuificauit nouum ex resurrectione mortuorum, adscendens in altum et conlocans eum in caelestibus.

5. Sic ergo uenit, ut inluminarentur caeci et caecarentur uidentes, ut oculi nostri qui in transgressionem aperti fuerant caecarentur et uicissim qui caecati fuerant aperirentur. bene enim caecus sum, si non uideo peccatum, et bene oculatus, si cerno iustitiam. ora ergo, mi frater, ut utrumque in me operetur dominus, caecet uidentem meum, ne uideam uanitatem, et inluminet non uidentem, ut uideam aequitates. occidat in me ueterem hominem cum actibus suis, ut reflorescat in Christo caro mea et renouetur sicut aquilae iuuentus mea. haec est enim mutatio dexterae excelsi, cum inmutabimur a nobis in illum hominem, qui secundum deum

2] (Ps. 145, 8). (Luc. 7, 21). 5] Deut. 32, 39. 7] Luc. 2, 34. 8] Ioh. 9, 39. 10] (Apoc. 21, 5). 11] Deut. 32, 39. 13] Col. 2, 15. 16] Eph. 2, 6. 24] (Ps. 118, 37). 25] Col. 3, 9. 26] Ps. 102, 5. 27] Ps. 76, 11. 28] Eph. 4, 24.

2 et solueret *F* 3 atque *FPU* 9 uident] qui uident *M* 11 *alt.* et] ego *LMv* 13 illud *L* despolians *LM* traduxit *LMv* 15 uiuicauit *U* 23 meum *LMPv*, in eum *O*, eum *FU* uideam *OPv*, uideat *cet.* 24 et *om. FPU* uideam *Ov*, uideat *cet.* 27 ĩmutamur *LM*

creatus est, cuius imago caelestis est, deponentes eum qui corrumpitur secundum desideria erroris. huius imaginem in me, quaeso, deus conterat et ad nihilum redigat imaginem nostram id est terrenam in ciuitate circumstantiae et instauret in nobis atque perficiat imaginem suam, in qua nos pingi non pudet, quam praeferentes uere dicamus: defecit cor meum et caro mea, deus cordis mei et pars mea deus in saecula. cum enim bona commutatione, quae est homini dexterae excelsi, defecerit cor meum et caro mea id est actus uoluntatis et fructus carnis meae, tum iam ut a corporeis nexibus liber et a meo corde purgatus dicere audeam: deus cordis mei et pars mea deus in saecula. utinam conpleatur in me uerbum illud euangelici Symeonis, ut fiat mihi Christus in ruinam et resurrectionem, ruina exteriori meo et interiori resurrectio, ut cadat in me peccatum, quod anima cadente consistit, et exurgat ille inmortalis, qui cecidit exurgente peccato. exterioris enim status interioris casus est, et ideo quando infirmatur exterior, qui intus est renouatur de die in diem. quo genere perfectus magister ait: quando infirmor, tunc potens sum.

6. Gratias autem domino, quod perenni magis et uiuente pictura imagines nostras non in tabulis putribilibus neque ceris liquentibus, sed in tabulis carnalibus cordis tui pinxit, ubi nos inpressos et animae tuae conformatos fidei et gratiae unitate custodiens, non solum istic sed etiam in aeterno saeculo indiuidua semperque praesenti contemplatione conspicies. hic etiam, si tantus amor est uisibilia quoque captare

1] Eph. 4, 22. 3] (I Cor. 15, 49). 5] (Ps. 72, 20). 6] Ps. 72, 26. 8] (Ps. 76, 11). 12] Ps. 72, 26. 14] Luc. 2, 34. 18] II Cor. 4, 16. 20] II Cor. 12, 10. 23] II Cor. 3, 3.

2 corruptus est *M* 4 circuminstantiae *O* 6 deficit *U* 9 dexterę *O*, a dextera *cet.* 10 actus uoluntatis *om.* *U* iam *om.* *U* ut a] ita *FPU* 11 corporis *FP* 13 euangelii *F* simeonis *FLU* 14 et] et in *LM* 21 domino *Ov*, deo *cet.* peremi *U* 23 cereis *F* 24 imprexos *U* fide *FOPU* 25 istic *Ov et fort.* *M*[1], ista *cet.* 26 conspiciens *FOU*

solatia, poteris per magistras animi tui lineas uel inperitis aut ignorantibus nos dictare pictoribus, memoriam illis tuam, in qua nos habes pictos, uelut imitanda de conspicuis adsidentium uultibus ora proponens. sed si forte ad intellectum uerbi tui inscitior manus artis errauerit, dissimiles pinget aliis, tibi tamen nos semper animo consideranti et conplectenti, quoslibet uultus sub nostro nomine inperitia sua pinxerit, tamen tua conscientia nos erimus.

## XXXI.

### SANCTO FRATRI ET VNANIMO SEVERO PAVLINVS.

1. Frater Victor inter alias operum tuorum et uotorum narrationes retulit nobis desiderare te ad basilicam, quam modo apud Primuliacum nostram maiorem priore condideris, de sacris sanctorum reliquiis benedictionem, qua adornetur domestica tua ecclesia, ut fide et gratia tua dignum est. testis est autem dominus quod, si uel scripulum sacri cineris habuissemus supra quam nobis ad basilicam, quae proxime in nomine domini consummabitur, dedicandam necessarium erit, misissemus unanimitati tuae; sed quia nos non habuimus huius mu-

1 solacia *P* magistros *F*¹ 2 in quo *F* 4 propones *F* si] sit *F* 5 artis] artificis *coni. Lebrun* dissimilis *O* pinget *M* (ns *m. 2*) tamen] autem *coni. Lebrun* 6 et *Ov*, *om. cet.* 7 tam in *M* 8 erimus *s. l. O* erimus] ualeto *add. P²U*, ualeto, ualeto, ualeto *add. F.* — explicit epistola septima *F*, explicit *L*, finit VIII · *O*.
*FLMOPU.* — incipit decima eiusdem ad seuerum de cruce: ad seuerum de cruce *F*, item epistola eiusdem ad eundem · VIIII · *L*, ad sulpicium seuerum · XVII · *M*, incipit ad eundem XI · de cruce *O*, ad seuerum de cruce *P*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monachum de quadam ligni xpi yhu particula pro munere debotionis ad eum transmissa. ubi etiam quomodo ipsa crux deo inuenta extiterit stilo breuiore retexit historiam *U* sancto et unanimo fratri seuero paulinus *inscr. FU*, karissimo (rmo *M*) fratri seuero paulinus *LM*, or unaio fri seuo pauli' *P m. 2*, *om. O* 11 frater — *p.* 269, 6 inuaditur *exh.* *Δ* (= *Dungalus*) 12 nobis] mihi *FPU* 13 primuliacum *Ov*, primoliacum *Δ*, primiliacum *cet.* nrm *O*, nostra *Δ* 15 testes *O*¹ 16 est *M s. l. m. 2* ÷ autem est (÷ *in ras.*) *L* deus *FPU* 18 erat *Pv* missisemus *O* 19 unianimitati *L* huius *om. LM* muneris copiam huius *U*

neris copiam et ille se spem eiusdem gratiae copiosam habere dixit a sancta Siluia, quae illi de multorum ex Oriente martyrum reliquiis spopondisset, inuenimus quod digne et ad basilicae sanctificationem uobis et ad sanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus, partem particulae de ligno diuinae crucis. quod nobis bonum benedicta Melanius ab Hierusalem munere sancti inde episcopi Iohannis adtulit, hoc specialiter sorori nostrae uenerabili Bassulae misit conserua communis; sed quod alteri uestrum datur utriusque uestrum est, quia in utroque uestrum una ratio manet et sexum euacuat fides, qua in uirum perfectum ambo concurritis. accipite ergo ab unanimis fratribus in omni bono uestrum sibi consortium cupientibus, accipite magnum in modico munus et in segmento pene atomo hastulae breuis sumite munimentum praesentis et pignus aeternae salutis. non angustetur fides uestra carnalibus oculis parua cernentibus, sed interna acie totam in hoc minimo uim crucis uideat. dum uidere uos cogitatis lignum illud, quo salus nostra, quo dominus maiestatis adfixus tremente mundo pependerit, exultetis cum tremore. recordemur et petras fissas ad huius adspectum crucis, et saltem saxorum aemulatione praecordia nostra findamus timore diuino. reputemus et uelum templi eodem crucis mysterio scissum et intellegamus illius ueli scissuram eo fuisse praetentam, ut audientes uocem domini et mysterium pietatis inmensae non obduremus corda nostra, sed a carnalibus diuidamur et scindamus infidelitatis uelamen, ut reuelata cordis facie salutarium dei munerum sacramenta uideamus.

10] (Gal. 3, 28). 11] (Eph. 4, 13). 22] Matth. 27, 51; Marc. 15, 38. 25] (Ps. 94, 8). 26] (II Cor. 3, 18).

2 dixit *Ov*, dicebat *cet.* scilicet siluia *L* 6 melanias *FU*, melania *OMv* (M *s. l. m. 2* ł melanius) 7 inde *ex* id est *P m. 2* adtulit — *l.* 13 cupientibus *om.* *Δ* 8 basulę *M* 11 quia *F*[1] accipite ergo *Δ* 14 athomo *FOP*[2]*U*, athomi *M* astulae *ΔM*[1]*U* 16 intermacie *U* 17 totum *O* uos *om.* *F* 20 fixas *FPU* 21 saltim *ΔL* fundamus *L*[1], findimus *O*[1] 23 pe^r^tentam *O* 24 dei *FPU*

2. Non autem uobis et hoc scribimus, ut imitemini conpositionem istam, qua tubello aureolo rem tantae benedictionis inclusimus. magis enim nos tali paratu fidem uestram imitati sumus, ut uestram uobis formulam mitteremus in specie auri, quia scimus uos ut aurum ignitum intra uos habere regnum dei hoc est fidem crucis, qua regnum caelorum inuaditur. si enim, inquit, conpatiamur, et conregnabimus. et ideo non ad fidei firmamentum, quia uisionem fide praeuenistis, sed propter meritum fidei, quam auditu receptam factu probatis, misimus uobis donum in domino ligni salutaris, ut et corpore possideretis quam tenetis spiritu et propositi uirtute portatis.

3. Sed quia id ipsum fides uidetur postulare, non alienum puto, quia cognitu dignum est, enarrare specialem post tempora passionis historiam reseratae et inuentae crucis. quae si ignoretur, facile est perspici, qua difficultate adprobetur dominicae crucis esse lignum hoc, quod certum est, si in manus Iudaeorum uenisset omnia contra fidem Christi praecauentium, conterendum et exurendum fuisse. neque enim in cruce omittenda neglegentes fuissent, qui signauerunt sepulchrum, aut ferre potuissent, ut in cruce superstite passio illius coleretur, cuius resurrectionem uacuato discussis signaculis suis monumento probatam coli ferre non possunt. quid ergo nunc quaeritur ubi fuerit abdita, quia nisi latuisset, illis praesertim persecutionum temporibus Iudaicam consecutis inuidiam et pene supergressis saeuitiam, manifestum est abolendam fuisse? facile enim adsequi coniectura possumus, qua ui excidissent crucem,

5] (Apoc. 3, 18). (Luc. 17, 21; Luc. 16, 16). 6] Rom. 8, 17. 9] (Rom. 10, 17). 11] (Gal. 6, 14). 19] (Matth. 27, 66 et 28, 13).

6 qui L 7 *post.* et *om.* U 9 facto *LM*, factis *Bigneus* 10 ut] ut crucem *v* 14 reseratae *scripsi*, reuersatae *Ov*, reuelatae *cet.*, reuersatae *coni. Sacch.* 15 qua *Ov*, quia *cet.* difficultate *Ov*, difficulter *cet.* 17 precauentium *O* 18 exuendum *U* obmittenda *U*, omittenda *cet.*, abolenda *v* 19 signauere *FU* aut *LMO*, *om.* P[1], et *FP*[2]*U*, nec *v* auferre *FPU* 20 ut] ne *FP*[2] (*P*[2] *in ras.*) *U* 21 indiscussis *coni. Bigneus* 22 queritur *FLMOP* 23 obdita *LMO* quia *LOv*, quae *F*, que *PU*, quā (ł que *s. l. m. 2*) *M* 24 temporibus persecutionum *M* 25 seuitia *L*, seuicia *M* abolenda fuisset *FPU* facili *LM*

si extare uidissent qui et crucis locum persecuti sunt. nam Hadrianus imperator existimans se fidem Christianam loci iniuria peremptarum in loco passionis simulacrum Iouis consecrauit, et Bethlehem Adonidis fano profanata est, ut quasi radix et fundamentum ecclesiae tolleretur, si in his locis idola colerentur, in quibus Christus natus est ut pateretur, passus est ut resurgeret, surrexit ut regnaret iudex uel rex iudicaret. me miserum! etiam ista pro nobis dominus omnipotens perpeti non recusauit, ut ubi pro salute generis humani crucifixus pependerat, ibi hominum sacrilegio sperneretur; et super crucem, ad quam orbe concusso et sole refugo et dissilientibus mortuorum excitatione monumentis rerum natura nutauerat, stabat simulacrum daemonis et ara simulacri pecudum busta fumabat et dei nomen deferebatur statuis mortuorum, cum ipse uiuorum deus, qui et resurrectio mortuorum est, non solum mortui sed et crucifixi hominis blasphemaretur obprobrio. in Bethlehem quoque, ubi agnouerat bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, ibi principes hominum infitiati saluatorem deum infames hominum amores mortesque coluerunt. prodita nouo sidere regis aeterni ubi cunabula supplices cum suis opibus adorauerant Chaldaei, ibi barbaras libidines sacrauerunt Romani. ubi natum saluatorem cum exercitu angelorum concinentes caelesti gaudio salutauerant inlustrata nocte pastores, ibi Veneris amasium mixtae semiuiris planxere meretrices. pro dolor! quae pietas

15] (Matth. 22, 32; Ioh. 11, 25). 17] Es. 1, 3. 23] (Luc. 2, 13).

2 adrianus *FLMU* 4 bethlem *O*, bethleem *FM*, bethelem *PU* adonis *Ov* phano *FM* prophanata *FLMPU* ut] et *F* 5 fundamtũ *M* 6 natus est christus *M* 7 iudex uel rex] iudicatus ut *v* 8 perpeti *om.* *FPU* 11 urbe *O* et sole] sole *LM* 12 mutauerat *LU* 14 busto *L* 15 quia *FL*[1]*PU* 17 bethlem *O*, bethleem *F*, bethelem *PU*, betlehem *L*, betleem (h *m. 2*) *M* 18 ibi] ubi *O* 20 ubi prodita *M* aeterni natumate *L* 21 cunabula ubi *FP*[2]*U* supplices ubi cunabula *P*[1] cunabula cum suis opibus supplices adorauere *M* adorauerunt *O* 23 gaudo *F*[1] 24 exultauerunt *L*, exultauerant *M* admasium *O* 25 prho *PU*, proh *FM*

hominum hanc inpietatem conpensare poterit? ubi sacra nati saluatoris infantia uagierat, illic Veneris lamenta fingentium lasciuis luctibus infamis ritus ululabat, et ubi uirgo pepererat, adulteri colebantur.

4. Mansit hoc saeculi prioris nefas in tempora nostris proxima Constantini, qui princeps esse principibus Christianis non magis sua quam matris Helenae fide meruit, quae diuino, ut exitus docuit, inspirata consilio, cum Hierosolymam agnosceret, nomine conregn⟨ans Augustae eum rog⟩abat, ut sibi facultatem daret cuncta illic loca dominicis inpressa uestigiis et diuinorum erga nos operum signata monumentis purgare destructis templis et idolis ab omni prophanae inpietatis contagio et religioni suae reddere, ut ecclesia tandem in terra originis suae celebraretur. itaque prompto filii imperatoris adsensu mater Augusta patefactis ad opera sancta thesauris toto abusa fisco est, quantoque sumptu atque cultu regina poterat et religio suadebat, aedificatis basilicis contexit omnes et excoluit locos, in quibus salutaria nobis mysteria pietatis suae incarnationis et passionis et resurrectionis atque ascensionis sacramentis dominus redemptor inpleuerat. mirum uero inter haec, quod in basilica ascensionis locus ille tantum, de quo in nube susceptus ascendit, captiuam in sua carne ducens captiuitatem nostram, ita sacratus diuinis uestigiis dicitur, ut numquam tegi marmore aut pauiri receperit semper excussis solo respuente quae manus adornandi studio temptauit ad-

22] Act. 1, 9; Eph. 4, 8; Ps. 6, 19.

3 pepat *M* 5 nephas *FPU* 6 constantini *L*[1] 7 promeruit *M* 8 ierosolimã *M*, hierosolimam *FOPU*, hierusolimam *L* 9 conregnans Augustae eum rogabat *scripsi*, conregnabat *FOPUv*, eum rogauit *LM*, quae Augusta cum filio conregnabat eum rogauit *Lebrun secundum Sulpicium Seuerum II c. 33*, filium rogabat cum quo Augustae nomine conregnabat *coni. Duc.*, filium rogabat *coni. Cauchius* 11 monimentis *L*[2]*M* 13 redderet *O* tantem *L*[1] 14 itaque — *l.* 17 locos *exh. Δ* prumpto *O* 18 et *om. M* 19 et *om. M* assensionis *PU et infra*, escenssionis *L* 24 pauiri *Ov*, paueri *FPU*, pauimentari *LM* receperit] potuerit *LM* 25 studium (um *in ras.*) *L*

ponere. itaque in toto basilicae spatio solus in sui cespitis specie uirens permanet et inpressam diuinorum pedum uenerationem calcati deo pulueris perspicua simul et adtigua uenerantibus harena conseruat, ut uere dici possit: adorauimus ubi steterunt pedes eius.

5. Sed in historia crucis accipite magnum et uere diuinum miraculum. regina illa uenerabilis ut uenit Hierosolymam diligenter et pie locis illic et circa omnibus diuinorum curiosa insignium et oculis haurire gestiens fidem, quam piis auribus litterisque perceperat, crucem domini studiosissime inquirere adorsa est. sed quae uia uel ratio inueniendi subesset, cum index idoneus nemo inueniri potuisset, ubi memoriam et curam religiosae conscientiae uel obseruantiae et antiquitas aeui et superstitionis inpiae diuturnitas aboleuisset? uerum ipso omnium et terris et animis opertorum conscio et teste domino fidelis mulier sanctum spiritum per affectum pium meruit, quo adspirante, cum rem ab humana conscientia diuinitus remotam frustra diligens requisisset, de loco tantum passionis certior fieri studuit. itaque non solum de Christianis doctrina et sanctitate plenos uiros, sed et de Iudaeis peritissimos ut propriae, qua miseri et gloriantur, inpietatis indices exquisiuit et accitos in Hierosolymam congregauit. tum omnium una de loco testificatione confirmata est. iussit ilico urgente sine dubio conceptae reuelationis instinctu in ipsum locum operam fossionis accingi parataque mox ciuium pariter et militari manu breui laborem istius molitionis hausit, et contra spem

4] Ps. 131, 7.

1 in sui] a sua *F*, in sua *U* cespis *U*, *om. F* 3 perspicua deo *F* 5 ubi] in loco ubi *LM* 6 sed in — *l.* 11 adorsa est *exh.* *Δ* 7 ueṇenit *L* hierosolimam *ΔFOPU*, ierosolimã *M*, hierusolimam *L et infra* 8 locis illic et] lociscilicet *O*, locis illis et *v*, loci illius et *Δ* omnium *Δ* 9 aurire *O* 11 uel] uel que *FPU* inueniendi *om. F* 12 iudex *FU* reperiri *FPU* possit *O*, potuisset *LM* 14 aboleuissent *F* uero $O^1$ 15 deo *FPU* 16 spirante *F* 20 peritissimos] perimos *F* ut] et $FP^2U$ 21 et $OP^1v$, *om. cet.* inpietates *O* iudices *LMU* (*sed* indices *s. l. m. rec. M*) 23 testificatio $L^2$, testificationis *Rosw.* est *om. v* urguente $O^1$ 24 operum $L^1$ 26 ausit *O*

omnium sed secundum ipsius tantum reginae fidem alta egestione reseratis terrae sinibus abditae crucis arcana patuerunt. sed cum tres pariter cruces, ut quondam fixae domino et latronibus steterant, repertae fuissent, gratulatio repertarum coepit anxia dubitatione confundi iusto piorum metu, ne forsitan aut pro cruce domini patibulum latronis eligerent aut salutare lignum pro stipite latronis abiciendo uiolarent. respexit pias fideliter aestuantium curas dominus et ipsi potissimum, quae tam piae sollicitudinis princeps erat, huius consilii lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri et inferri iuberet. nec mora; uerbum factum, cadauer inlatum est; deponitur, iacenti una de crucibus admouetur et altera; sed reorum ligna mors spreuit. postremo dominicam crucem prodit resurrectio et ad salutaris ligni tactum morte profuga funus excussum et corpus erectum est tremefactisque uiuentibus stetit mortuus et funebribus, ut Lazarus quondam, uinculis expeditus, ilico inter expectatores suos rediuiuus incessit.

6. Ergo crux domini tot operta aetatibus et Iudaeis in tempore passionis abscondita neque gentibus in aedificatione fani terram sine dubio ad ipsam fabricam egerentibus reuelata, nonne diuina manu latuit, ut nunc inueniretur, cum religiose quaereretur? ita, ut crucem Christi decuit, experimento resurrectionis inuenta et probata crux Christi est dignoque mox ambitu consecratur condita in passionis loco basilica, quae auratis corusca laquearibus et aureis diues altaribus arcano repositam sacrario crucem seruat, quam episcopus urbis eius

16] (Ioh. 11, 44).

3 sed cum — *p.* 274, 17 corruptionem *exh.* *Δ* ut *ex* et *F m. 2* quodam *F* lationibus *U* 5 forsitam *FL*[1] 9 infundit *ΔFOPU* 10 quaeri *Δ* $\overset{\text{l in}}{\text{afferri}}$ (l in *m. 2*) *M* 11 uerbo facto *M* allatum *F* 12 et altera *om.* *Δ* reorum *Rosw.*, eorum *ΔFOPUv*, earum *LM* 16 quondam Lazarus *FPU* expediditus *Δ* 17 exspectatores *Ov*, spectatores *cet.*, exportatores *Sacch.* 20 reuelatam *U*, reuelata est *ΔOv* 21 diuina *ω*, *om.* *Lebrun* inueneretur *F*[1] 23 $\overset{\text{christi}}{\text{crux}}$ *F* 25 corrusca *PU*, coruscat *F*, chorusca *LM* 26 positam *v* seruat] *add.* *LM:* quod crucis dñicę lignum innumeris pio munere distributum diuina uirtutę nullum sentiat (sentit *M*) detrim̃tũ

quotannis, cum pascha domini agitur, adorandam populo princeps ipse uenerantium promit. neque praeter hanc diem, qua crucis ipsius mysterium celebratur, ipsa, quae sacramentorum causa est, quasi quoddam sacrae sollemnitatis insigne profertur, nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo peregrinati aduenerint, ut sibi eius reuelatio quasi in pretium longinquae peregrinationis deferatur. quod solum episcopi beneficio obtineri ferunt, cuius et tantum munere de eadem cruce haec minuta sacri ligni ad magnam fidei et benedictionis gratiam haberi datur. quae quidem crux in materia insensata uim uiuam tenens ita ex illo tempore innumeris pene cotidie hominum uotis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat et quasi intacta permaneat cotidie diuidua sumentibus et semper tota uenerantibus. sed istam inputribilem uirtutem et indetribilem soliditatem de illius profecto carnis sanguine bibit, quae passa mortem non uidit corruptionem. speramus autem et uobis non solum benedictionis monimento sed et incorruptionis seminario futuram, ut eius inspectio fidem uestram etiam de recordatione beati illius latronis accendat, qui bene uerso latrocinio longas in magnis laboribus sanctorum uias de momenti fide et momento confessionis anticipans non inmerito ante ipsos apostolos et martyres praeparatum ipsis ab initio, ut ait, regnum primus inuasit et pius caeli praedo diripuit, quia Christum crucifixum similitudine suae poenae uidens in eo statu, de quo etiam discipulorum fides turbata nutauerat, dominum tamen maiesta-

16] (Ps. 15, 10; Act. 2, 27). 19] (Luc. 23, 43). 23] Matth. 25, 34.

3 eius *FPU* ipsa quae *Rosw.*, ipsaque *ω* 4 sollempnitatis *OP* 5 interdum *om. M* hac *om. ΔO*, ea *v* tatum *Δ*$^1$ 6 peregrinanti *U*, peregrinationis *Δ* aduenerant *U*$^1$ 7 lognique *U* solo *Δ* 8 et *om. M* 9 minuta (*l* minutia *s. l. m. 2*) *M* 10 maceria insinsata *O* 11 itaque *F* 14 totam *Δ* 18 monimento *Ov*, munimento *cet.* et *om. FL*$^1$*PU* futuram *O*, futurum *LMv*, fructum *FPU* 20 quod *FPU* longuas *L* 24 cęli (*l* cęlum *m. 2*) *M* dirripuit *PU* 25 similitudine suae poenae *om. M* similitudini *L* penae *F*, pene *PU*, pone *L* 26 turbata *om. M* mutauerat *L*$^1$ maiestatis *om. F*

tis, ut erat, confessus est et petens in regno dei memoriam sui fieri in gloriam resurrectionis ante ipsam resurrectionem credidit, quam apostoli, posteaquam facta est, non tantum uidendo sed experiendo crediderunt, nec ipsi tamen de resurrectione carnis potius quam de resurrectionis qualitate dubitantes, quia uidelicet qui in orbem terrarum mittendi forent ad omnium gentium informationem non auribus tantum sed et oculis praedicandam fidem capere debebant, ut quod firmius didicissent constantius edocerent.

## XXXII.

1. Insertis his uersiculis patens pagina sollicitauit linguam et manum, ut occuparet uacantia, et succurrit animo esse quod scriberem. perquam enim gratulor, quod unam cordis et corporis nostri, operum quoque et uotorum similitudinem ostenderimus, eodem tempore basilicas dominicis adicientes ouilibus. tu uero eodem baptisterium basilicis duabus interpositum condidisti, ut nos in horum quoque operum, quae uisibiliter extruuntur, aedificatione superares. sed domino gratias, qui dedit nobis in quo et uinci uictoriam duceremus. uincimus

5] (Luc. 24, 39; Ioh. 20, 27). 7] (Matth. 28, 19).

1 *post* ut *spatium in F* dñi *LM* 4 sed et *M* 6 uidelicet uidelicet *U* qui *om. Ov* 9 dedicissent *O*[1] edocerent] ualeas oro *add. FP*[2]*U*. — explicit epistola decima *F*, explicit *L*, finit ad seuerum XI *O*. *FLMOPU*. — itẽ ad Seueř de basilicaram disposicioẽ ·XXI· *L*, item ad seuerum de basilicarum dispositione X[X]VIIII *M*, incipit ad seuerum de basilicarum dispositione *O*, de basilicarum dispositione *P m. 2*, epistola sancti paulini episcopi ad seuerum monacum de dispositione siue ędificatione quarumdam basilicarum. in qua inserit uersus plurimos et ualde peregregios ad ornatum ipsarum basilicarum sculpendos *U* Seuero fratri dilectissimo Paulinus *inscr. FU* (epistola XXI de basilicarum dispositione *add. F*), seuero frĩ unanimo paulinus in dño dõ iħu xpo *LM*, Seuero fratri dilectissimo paulinus *P m. 2, om. O* 11 insertis — *l.* 13 enim *om. M* insertis *Ov*, censetis *FPU*, cõpositis *(partim in ras.) L*, recensitis *ed. Schot. in mg.* uersitus *U* 12 occurrit *L* 13 quod qui unam *fort.* unum *F*[1]*LPU* 15 dominicis *om. O* 16 eodem *O*, etiam *cet.* 18 aedificationes *O*

enim uoto, in quo uincimur gratia ab eo, quem nobis iudicio anteponimus, dilectione conparamus. tu es iste quem loquimur, tu inquam pars nostri maior et melior, tu requies nostra, tu gaudium; in te reclinatio capitis nostri et mentis habitatio est, quae non tantum in praesenti tempore sed, ut speramus et confidimus in domino, perpetua nobis ab ipsius munere et in ipsius corpore ac spiritu manebit. ideo si quid per gratiam domini amplius agas, nobiscum profecto, certe pro nobis agis.

2. Sed in eo metuo, ne operibus tuis, quibus iniqua uiarum saecularium dirigis et cliuosa conplanas, ex illo, de quo semper conqueror affectu in nos tuo, salebram offensionis inmisceas, quod splendidos deuotionis in Christo tuae titulos nostris nominibus infuscas et iustis laboribus hanc iniquitatem inseris, ut locum sanctum etiam uultibus iniquorum polluas. recte enim in loco refectionis humanae Martinus pingitur, qui caelestis hominis imaginem perfecta Christi imitatione portauit, ut deponentibus in lauacro terrenae imaginis uetustatem imitanda caelestis animae occurrat effigies. noster uero quis illic locus est, qui nec infantibus innocentia neque uiris concurrimus sapientia et ab inmaculatis malitia, a perfectis infirmitate distinguimur? quae ergo societas lumini et tenebris? lupis et agnis? serpentibus et columbis, hoc est nobis et Martino? nonne tu lactis et fellis poculum miscuisti? sed bene, quod non ut in liquoribus uno calice confusis ita in hominibus eodem loco mixtis, si discrepent meritis, boni suauitas amaritudine mali uenenatur contraque euenit, ut peccator iusto conpositus magis sordeat et peccatore conlato magis iustus eluceat. quo minus moueor errore caritatis tuae, quia nullam beato illi fecisti iniuriam potiusque ad gloriam illius contulisti,

21] II Cor. 6, 14.

2 iste] is *FPU* 5 quae] quem *F* ut] et *F* 7 manebis *F* 8 certo *F*, *om.* *L*, et *M* 10 dirrigis *PU* cliuosa *add. in mg.* *O*[2] de quo *et* conqueror *om.* *M* 12 in x (o *superscr.*) deuotionis *M* 15 refectionis] renouationis *M* 17 terrenę (ren *in ras.*) *L* 18 qui *FPU* 19 nec *FPU* 21 lumini et] lumine *O* 24 bñe *L* *post.* in *om.* *FPU* 25 si (etiã *superscr.*) (etiã *m. 2*) *M* 26 uenenantur *FPU* contra quae *M* 28 luceat *FPU*

ut contra despicabilem facies uenerabilis pingeretur, quo splendor eius conparatione tenebrarum clarius emicaret, qui etiam in splendoribus sanctorum conspicua claritate praefulget. et quidem nisi scirem te inpenso nimii in nos amoris studio hanc informasse picturam, malitiosum te et callidum criminarer, qui nostrae humilitatis obscuras animorum nocte personas ex aduersi iuxta parietis regione depictas sancto capiti contulisses, ut illum tantum pingeres, nos uero potius deformares, quos iure conspecta Martini facie despuendos ad probrum ridiculae conparationis exponeres.

3. Sed ne nostri causa, quorum multo amore dum falleris, falsum facies, haec commentatio tua de caritate prolapsa inrideretur, ut reuera potest et debet, hac tantum gratia parui tibi in uersiculis de huiusmodi tua pictura ad te mittendis, ut consilii tui ratio proderetur, qua salubriter nouorum hominum informationi studens diuersas longe sibi imagines proposuisses, ut emergentes a sacro fonte et uitandum et sequendum pariter conspicarentur. itaque sic habes; si placet, utere:

Abluitis quicumque animas et membra lauacris,
  Cernite propositas ad bona facta uias.
Adstat perfectae Martinus regula uitae,
  Paulinus ueniam quo mereare docet.
Hunc peccatores, illum spectate beati;
  Exemplar sanctis ille sit, iste reis.

Item de eodem:

Diues opum Christo, pauper sibi pulchra Seuerus
  Culmina sacratis fontibus instituit.

3] Ps. 109, 3.

1 dispicabilem *FPU* pinguueretur *L* quo] ut scilicet *M* 2 comparationi *U* 4 te *om. LM* in nos *om. L* 5 informatam esse *M* 7 iusta *U* parietes *O* depicta *FOU* 9 despuendos *v*, dispuendos *ω* 11 dum] diu *LM* 12 falsum facies *om. M* facis *Rosw.* irridetur *U* 13 hanc *L*, ac *O* 16 ꝑposuisti (*s. l. m. 2:* ł proposuisses) *M* 17 emergente *U* pariter et sequendum *M* 18 utere] *add. M:* Vers' beati Paulini in baptisterio 19 ablutis *O* lauacro *M* 23 nunc *FU* 25 item de eodem] item alii uersus in eodem *M* 26 christus *U*

Et quia caelestes aulam condebat in actus,
Qua renouarentur fonte deoque homines,
Digna sacramentis gemina sub imagine pinxit,
Disceret ut uitae dona renatus homo.
Martinum ueneranda uiri testatur imago,
Altera Paulinum forma refert humilem.
Ille fidem exemplis et dictis fortibus armat,
Vt meriti palmas intemerata ferat;
Iste docet fusis redimens sua crimina nummis,
Vilior ut sit res quam sua cuique salus.

4. Certe probatur iam te non ridendum magisque probandum, si hac tantum ratione longissime dissimiles comminus pinxisse uidearis, ut in Martino forma iustitiae et summa uirtutum, in nobis conscientiae iniquitatis obtritio et confessio cerneretur, ut et beatis exemplum pateret et miseris, in illo speculum fortitudo, in nobis solatium haberet ignauia, illum intuerentur qui praeceptum sufficerent inplere uirtutibus, in nobis consolarentur qui remedium uellent adferre criminibus, quia innocentiae fiducia destitutis et nexu iniquitatis adstrictis sola ut captiuis potest redemptio subuenire. quaeso te tamen, ne oboedientiam meam crimen facias, si uersus tuos illos luminis et fauorum, sicut denuntiasti, auferas. uerecunde quaeso illud magis quam uere minatus sis, et si istos adscribendos putaueris, illi permaneant, ut horum quasi gemmulae sint et faciant uilibus pretium et claro atra distinguant. sane accepta licentia dixi linguae meae, non iuxta prophetam, ut maneret in requie sua et custodiret uias meas, sed potius oppositae sibi custodiae frenos rumperet, dum seruiret tibi. ita te diligo, ut magis de non obtemperando tibi quam de multiloquio peccatum timerem.

26] (Ps. 38, 2). 29] (Prou. 10, 19).

9 numis *U* 11 non *om. O* magisque *Ov*, magis quam *cet.* 12 longissimis *U* conminus *O* 14 in] ut *F* conscię *M* 15 in miseris *F* 16 solacium *L* 18 uelint *FPU*, *om. M* [at]ferre *M* 19 distitutis *PU* 21 meum *L* 22 illud queso *M* 25 distingant *L* sane *OPv*, sine *cet.*

5. Quam ob rem etiam basilicis tuis uersiculos quasi uotiuos sacris fontibus titulos destinaui. si quid in his apte locutus uidebor, haec quoque fratris Victoris gratia est. cuius oculis et uerbis omnia, quae in Christo domino fecisti et agis, uidi; et ideo uersus, quos et de basilicis interposui, ipso auctore censebis, qui materiam dictauit enarratione factorum tuorum. de baptisterio igitur ipso erunt isti, de cuius pictura tantum sunt illi superiores:

Hic reparandarum generator fons animarum
  Viuum diuino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc caelo descendit spiritus amnem
  Caelestique sacras fonte maritat aquas;
Concipit unda deum sanctamque liquoribus almis
  Edit ab aeterno semine progeniem.
Mira dei pietas: peccator mergitur undis,
  Mox eadem emergit iustificatus aqua.
Sic homo et occasu felici functus et ortu
  Terrenis moritur, perpetuis oritur.
Culpa perit, sed uita redit; uetus interit Adam,
  Et nouus aeternis nascitur imperiis.

Corpore mente fide castissimus incola Christi
  Condidit ista deo tecta Seuerus ouans.
Totus et ipse dei templum uiget hospite Christo
  Gaudentemque humili corde gerit dominum.
Ecce uelut trino colit unam nomine mentem,
  Sic trinum sancta mole sacrauit opus.
Ampla dedit populo geminis fastigia tectis,

2 apte *ex* aperte *F*, apte *M* 6 qui *Ov*, quia *cet.* et narratione *FPU* 8 superiores] *M add.:* item de baptisterio 9 generantur *O* 13 unda] una *O* sanctumque *O* 14 edidit *F* 17 sic] hic *M* 19 reddit *L* 20 imperiis] sequentes ad (ad *om. L*, et *FU*) basilicarum (picturam *add. v*) sunt *add. FLPUv*, item uersus de dispositione basilicarum et baptisterii *add. M* 21 corpora *O* 22 tacta $L^1$ 24 dom̃ *O* 25 trina *M*, trino (i *supra*) *P*, trinio *FU* colet *FPU* 26 trinum sancta *Rosw.*, trinum sanctum *ω*, trina sanctum *fort.* 27 gemis (ni *supra*) *L*

Legibus ut sacris congrueret numerus.
Nam qua latorem duo testamenta per unum
Pacta, deum in Christo copulat una fides:
Iste duas inter diuersi culminis aulas
Turrito fontem tegmine constituit,
Laeta nouos geminis ut mater ecclesia partus
Excipiat sinibus quos aqua protulerit.
Aula duplex tectis ut ecclesia testamentis,
Vna sed ambobus gratia fontis adest.
Lex antiqua nouam firmat, ueterem noua conplet;
In ueteri spes est, in nouitate fides.
Sed uetus atque nouum coniungit gratia Christi;
Propterea medio fons datus est spatio.
Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes niueos corpore corde habitu
Circumdansque rudes festis altaribus agnos
Cruda salutiferis inbuit ora cibis.
Hinc senior sociae congaudet turba cateruae;
Alleluia nouis balat ouile choris.

6. Cum hos operibus unanimitatis tuae manufactis dedissem, illam non manufactam in domestica tua ecclesia gratiam dei, qua perpetuum tibi hospitem in ea Clarum largitus est, silere non potui. itaque sanctae ipsius memoriae uersus, non quia aliquid diuinis eius meritis dignum loqui possem, sed ut studium plurimae in illius anima caritatis exprimerem, ausus sum facere et unanimitati tuae mittere. quos tu coram domino sanctae et cohospitanti tecum semper in domino animae eius recitans excusabis audaciam meam et commendabis obsequium.

2 qua *scripsi*, quia *ω* 8 aecclā̃ *O* 10 nouo *U* 13 datus] danis *U* 14 petens *U*, patens *F* 16 testis *PU* 17 cruda *cod. Vat.*, cura *FO PUv*, pura *LM*, cara *Schot.* 18 hinc *Ov*, nunc *M*, tunc *cet.* 19 ballat *FPU* 20 didicissem *F* 21 domesticatu aecclesiam *O* 23 itaque — *l.* 28 obsequium *exh. Δ* 24 dignum *om. FPU* possem *ΔO*, possim *cet.* 25 anima *ΔLM*, animae *FO*, anime *PU*, animam *Rosw.* 26 unanimitatis *O* 28 obsequium] epitaphium scī clari discipuli bī martini *add. M*

Nominis ut titulo, sic mentis lumine Clarus
Presbyter hoc tegitur; sed membra caduca sepulchro,
Libera corporeo mens carcere gaudet in astris
Pura probatorum sedem sortita piorum.
Sancta sub aeternis altaribus ossa quiescunt,
Vt dum casta pio referuntur munera Christi,
Diuinis sacris animae iungantur odores.

Item de eodem, ut quos malueris eligas; sed ego scio in hoc te potius ambigere debere, non ut aliquos ad titulum eligere, sed ne ullo debeas iniuriam sancto dei facere.

Presbyter hic situs est meritis et nomine Clarus,
Martino studiis comes et meriti modo consors.
Digna pio domus est altaria, sub quibus artus
Conditur, exanimo; nam spiritus aethere gaudet
Discipulumque pari sociat super astra magistro.

Clare fide, praeclare actu, clarissime fructu,
  Qui meritis titulum nominis aequiperas,
Casta tuum digne uelant altaria corpus,
  Vt templum Christi contegat ara dei.
Sed quia tu non hac, qua corpus, sede teneris,
  Qui meritis superis spiritus inuolitas,
Siue patrum sinibus recubas dominiue sub ara
  Conderis aut sacro pasceris in nemore,
Qualibet in regione poli situs aut paradisi,
  Clare, sub aeterna pace beatus agis.
Haec peccatorum bonus accipe uota rogantum,

1 lumine] nomine *M* 6 ut] et *FLU* pie *coni. Sacch.* christi *O*, christo *cet.* 7 diuinae *FLM*, diuine *U* 8 item] item uersus in eodem epitaphio *M* de eodem — *l.* 10 facere *om. M* eligas *O*, legas *cet.* 10 ne ullo *scripsi*, ne nullo *O*, de nullo *cet.*, ne nullam *v* 11 praesbiter — *p.* 284, 8 iuuat *exh. Δ* meritis *LM* 13 arcus *O* 14 conditor *LO* exanimos *M*, exanim' *v* spiritus *om. O* gaudet] *inserit M inscriptionem:* item alii uersus de sancto claro 16 fidem *O* 17 aequiparas *F* 21 meritus *LMU* superis *om. O* 22 recubas sinibus *FPU* dñiq̃ue *M* 23 aut] ut *U*

Vt sis Paulini Therasiaeque memor.
Dilige mandatos interueniente Seuero
Quos ignorasti corpore sic meritos.
Vnanimi communis amor sit fomes utrisque
Perpetui summo foederis in domino.
Non potes inplicitos diuellere; si trahis unum,
Vnus adhaerentes qua rapitur rapiet.
Ergo indiuiduos pariter conplectere fratres,
Vtque sumus, sic nos dilige participans.
Sic deus acciuit, sic nos Martinus amauit;
Sic et tu pariter, Clare, tuere pares,
Non meritis sed amore pares. tu, sancte, ualebis
Exorare pares et meritis fieri,
Si cum Martino socia pietate labores,
Vt uincant uestrae crimina nostra preces,
Et simul in uestri ducamur sorte Seueri
Vestraque nos semper protegat ala sinu.

7. Quod si dominus desiderium animae uestrae fecerit secundum fidem uestram adiciens ornatui et sanctificationi operum uestrorum, ut sacros cineres de benedictis gloriosorum apostolorum aut martyrum reliquiis adipiscamini: qui huius uoti praesumptione uos aliam apud Primuliacum nostram et priore maiorem basilicam praeparasse cognouimus, dignum opere fidei uestrae et operis fideliter elaborati dedicatione procul dubio celeberrima, sanctorum quoque reliquiis decens arbitramur, ut hoc etiam quod de cruce misimus pariter depositum sacratumque ueneremini. quod si ita placuerit, placitum uestrum hi, si uidebitur, uersiculi nuntiabunt:

1 terasiaeque *L* 3 merito *LM* 6 si *ex* sed *F* 7 adherentes *ΔF OPU*, adherentem *LMv* qua *ΔFLMPU*, quae *O*, quo *v* 9 participes *coni. Sacch.* 10 asciuit *LM* 12 sanctę *LO* 13 exorando *M* 17 semper] ambos *Δ* blando protegat aula *L* 20 sacras *LO* benedictis] sanctis *v* 21 adipiscar *ΔL*, adipiscam *FPU* qui *Ov*, quia *cet.* 22 praesumptionem *ΔFOU* aput *M*, aut *F* primiliacum *FMU* et] ex *FPU* priorem *L* 26 de cruce scripsimus (mi *m. 2*) *P* misimus de cruce *U* 27 nostrum *F*[1] hii *MO* 28 nuntiabunt] uersus in altari *add. M*

Diuinum ueneranda tegunt altaria foedus
  Conpositis sacra cum cruce martyribus.
Cuncta salutiferi coeunt martyria Christi,
  Crux corpus sanguis martyris, ipse deus.
Namque deus semper uobis sua munera seruat;
  Atque ubi Christus, ibi spiritus et pater est.
Sic ubi crux, et martyr ibi, quia martyris et crux,
  Martyrii sanctis quae pia causa fuit.
Illa cibum uitae mortalibus, illa coronas,
  Quae domino famulos participant, peperit.
In cruce fixa caro est, qua pascor; de cruce sanguis
  Ille fluit, uitam quo bibo, corda lauo.
Christe, tuo coeant simul haec tua dona Seuero,
  Portitor et testis sit crucis iste tuae.
Carne tua uiuat, tuus illi pocula sanguis
  Praebeat, in uerbo uiuat agatque tuo.
Quaque tuum socio Martinum adscendere Claro
  Vidit, et ipse tuo munere uectus eat.

8. Si uero magis placeat uobis hanc de cruce benedictionem ad cotidianam tutelam atque medicinam in promptu habere, ne semel condita in altario non semper ad manum, ut usus exigit, praesto sit, sufficit et illa ad basilicae consecrationem gratia, si demus eam apostolis et martyribus, quorum uenerandus cinis si sine crucis consortio subiciatur altaribus, hic opertos titulus indicabit:

1 corpus (foedus *supra*) *O* 2 compositisque *v* sacrum *ΔFPU* 3 saluti fieri *U* coehunt *PU* misteria *M*, insignia *Col.* 5 nobis *M ut Sacch. coni.* 7 ibi quia *LM*, ibi qua *P*[1], ibi quam *O*, ibique *FP*[2]*U*, ibi q̃ *v* martyris] martyr ibi *v* et] est *M*, *om. Δ* 10 dñm̃ famulis *M* 11 qua] qui *FPU* 12 fuit *ΔFLMU* uita *F* corque lauo (al corda lauo *m. 2*) *M* 17 quaeque *O* sotium *O'* 18 uectus *LM*, uictus *cet.*, iunctus *v* 19 magis *s. l. F* 21 non *om. FPU* 23 si *ω*, scilicet *Rosw.* demus *scripsi*, dicemus (dedicemus *supra*) *M*, dominus *cet.* eam *ω*, cum *Rosw.* uenerandi (*partim in ras.*) *M* 24 cinis est *L*, cineres *M* subiciantur *MO* hic — indicabit *om. FPU; inscriptionem ins. M:* item de loco reliquiarum

Pignora sanctorum diuinae gloria mensae
Velat apostolicis edita corporibus,
Spiritus et domini medicis uirtutibus instans
Per documenta sacros uiua probat cineres.
Sic geminata piis adspirat gratia uotis,
Infra martyribus, desuper acta sacris.
Vota sacerdotis uiuentum et commoda paruo
Puluere sanctorum mors pretiosa iuuat.

9. Habes uersus operibus quidem tuis sanctis et magnificis indignos, persuasioni tamen tuae quam habes tibi de me quam mihi credere conpetentes. quos si non erubueris spectandis domesticae ecclesiae tuae parietibus inscribere, uindicabor. credo enim uel tunc de meis ineptiis erubesces et poenitebit te desiderii et exactionis tuae, cum aedificia, quae inmaculata adhuc operis tui gratia splendent, obscurata naeniis insipientiae meae et, ut digno meis uersibus uerbo utar, caccabata ridentibus multis uel nauseantibus confusus adspicies. nec laborabis fallere, ut te lector auctorem putet et, cum ineptia nemini in te nota possit instruere lectorem, ne tibi meum carmen id est crimen inponat, qui tamen uel proditoris uel scriptoris nomine culpandus es. sed ne quis me iniuriosum iudicet illa regula qua praescribitur: quod tibi nolueris, alii ne feceris, idem a me prius basilicas meas pertulisse praesentibus illi documentis probabis, ut hoc quoque ostendas unanimitatem

22] Tob. 4, 16.

3 medicis *FPUv*, medius *O*, medici *LM* instat *Δ* 4 docimenta *ΔO* 5 si *FLPUv*, hic *M* piis] sacris *M* 6 acta] tecta *L*, aucta *M* 8 uiuat *PU* 10 qua *M* habes] magis *M*, de me habes *v* tibi—credere *om. v* 11 uis cōpetentes (entes *eras.*) *M* quod si *FPU* erubieris *L* spectandos *v* 12 inscribere *Ov*, scribere *cet.* 15 obscurata—meae *om. M* 16 et *om. FPU* 18 et cum] cum *M* 19 ne—*l.* 21 sed *om. M* ne tibi *O*, et ibi *FPU*, me tibi *L* 20 qui tamen—culpandus essem *uel* si quid tamen—culpandum esset *coni. Sacch.* proditoribus *FPU* nomine uel scriptoris nomine *FOPU* 21 es sed *O*, esset *cet. v* me] me tamen *M* 22 perscribitur *FOPUv* tibi] tu *F* 23 illi *om. LM* 24 docimentis *O* ostendat *LM*

nostram, quod siue gratia siue iniuria me tibi conparans eadem in tuas qua etiam in meas aedificationes temeritate peccaui. sed huius siue gratiae iuxta patientissimum mei animum tuum siue iuxta meum indignissimum munus iniuriae auctor aut reus noster tibi Victor habeatur, qui sanctissimus nostrae caritatis interpres hoc se tibi gratiorem a nobis redire praesumpsit, quo depressior sub iniusto ineptiarum ad te nostrarum onere reuertisset. nam hoc etiam adcrescere fascibus suis uoluit, ut nostrarum tibi basilicarum uersus simul picturasque portaret. meritoque faciet, si cum hac se tibi querimonia deficiens et curuus intulerit, ut clamet: ecce propter mandata labiorum tuorum ego ambulaui uias duras, et clamet: super dorsum meum fabricati sunt peccatores, qui in tot epistolas prolongauerunt iniquitatem suam.

10. Recepi igitur et hunc ad peccata mea cumulum, ut fratri cupidissimo talis sarcinae, qua eius anima grauato corpore leuaretur, praestarem quam desiderabat iniuriam. nam et uere ad unanimitatem nostram congruere haec illius postulatio uidebatur, qua adserebat, et oportere tibi nostras in domino aedificationes ita notescere, ut nobis tuas in titulis et in picturis indicare uoluisses. hac igitur ratione persuasus basilicas nostras tuis, sicut et operis tempore et uoti genere coniunctae sunt, ita etiam litteris conpaginare curaui, ut in hoc quoque nostra coniunctio figuraretur, quae iungitur animis et distat locis; sic et ista, quae in nomine domini eodem spiritu laborata construximus, diuersis abiuncta regionibus, eiusdem tamen epistolae serie sibi tamquam consignata uisentur.

11] Ps. 16, 4. 13] Ps. 128, 3.

1 comparas *M*, conparas *L* 2 quam *FOPU* 4 iniuriae iuxta meum indignissimum munus auctor *M* 6 in hoc *LM* se tibi *LM*, te sibi *cet.* 7 quod *FLPU* ad] a *FPU* 8 et hoc *FPU* facibus *F* 9 uoluit ut] uoluitur *O* nrām *O* 11 popter *U* 12 laborum *F*[1]*U* 14 epistolis *LMv* iniquitates suas *FPU* 15 recipi *L*[1] et *om. FPU* 16 tales *O* 19 et *scripsi*, ut *cet. sed exp. M m. 2* oportere *M*, oporteret *cet.* asserebat oportere *uel* ut asserebat oportere *coni. Sacch.* 20 notificationes *U* innotescere *LM* tua sit *FPU*, tuas et *LM* 24 iniungitur *F* 25 sic] si *fort.* 26 elaborata *Rosw.* 27 epistulae *O* series *FOPU*, serię *L* contignata *Rosw.*, coutiguata *coni. Sacch.*

basilica igitur illa, quae ad dominaedium nostrum communem patronum in nomine domini Christi dei iam dedicata celebratur, quattuor eius basilicis addita, reliquiis apostolorum et martyrum intra absidem trichora sub altaria sacratis non solo beati Felicis honore uenerabilis est. absidem solo et parietibus marmoratam camera musiuo inlusa clarificat, cuius picturae hi uersus sunt:

Pleno coruscat trinitas mysterio:
Stat Christus agno, uox patris caelo tonat
Et per columbam spiritus sanctus fluit.
Crucem corona lucido cingit globo,
Cui coronae sunt corona apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.
Pia trinitatis unitas Christo coit
Habente et ipsa trinitate insignia:
Deum reuelat uox paterna et spiritus,
Sanctam fatentur crux et agnus uictimam,
Regnum et triumphum purpura et palma indicant.
Petram superstat ipse petra ecclesiae,
De qua sonori quattuor fontes meant,
Euangelistae uiua Christi flumina.

11. Inferiore autem balteo, quo parietis et camerae confinium interposita gypso crepido coniungit aut diuidit, hic titulus indicat deposita sub altari sancta sanctorum:

1 illa] nostra *FPU* dominedium *FLMOP*, domine diuum *U* 2 domini nostri *L*, dñi iħu *M* dei *om. M* 3 abdita *U* 4 trichoram *coni. Lebrun* 5 cuius absidam *M* 6 pictura *F*[1]*PU* hii *M* 7 uerbis *F* 8—21 *exh. syll. inscript. christ. (ed. de Rossi II, 1, p. 191)* coruscas *L* 9 agno (ĩ *m. 2*) *M*, agnus *inscr.* (*cf. p.* 292, 13 stat Christus in agno) 12 corona *FPU* 14 trinitas *inscr.* cogit *inscr.* 15 et *M*, *om. cet.* in ipsa *M* habent et ipsa trinitatem *coni. Sacch.* 16 deum *Ov*, dominum *cet.* 17 sacram *M* fatetur christus agnus *inscr.* 18 purpurae *FUv*, purę *LM* palma *O*, palmae *cet. v* 19 ipsae al ipsa *inscr.* petro aecclesiae *O* 20 quas *inscr.*[1] sonori *inscr.*[2] *Rosw.*, honori *FL POU inscr.*[1] *v*, bonorum *ex* honorum (?) *M* 22 balneo *LM* parietes *LOPUv* camere *FL*, canire *U*, camre *P* 23 gipso *FPU* coniugit *P* hic titulus—*p.* 287, 17 requiem *exh.* *Δ* 24 sanctorum] *inscr. ins. M:* item in loco reliquiarum

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Christi,
Hic est martyribus crux sociata suis.
Nam crucis e ligno magnum breuis hastula pignus
Totaque in exiguo segmine uis crucis est.
Hoc Melani sanctae delatum munere Nolam,
Summum Hierosolymae uenit ab urbe bonum.
Sancta deo geminum uelant altaria honorem,
Cum cruce apostolicos quae sociant cineres.
Quam bene iunguntur ligno crucis ossa piorum,
Pro cruce ut occisis in cruce sit requies!

12. Totum uero extra concham basilicae spatium alto et lacunato culmine geminis utrimque porticibus dilatatur, quibus duplex per singulos arcus columnarum ordo dirigitur. cubicula intra porticus quaterna longis basilicae lateribus inserta secretis orantium uel in lege domini meditantium, praeterea memoriis religiosorum ac familiarum accommodatos ad pacis aeternae requiem locos praebent. omne cubiculum binis per liminum frontes uersibus praenotatur, quos inserere his litteris nolui; eos tamen quos ipsius basilicae aditus habent scripsi, quia possent, usurpare si uelis, et ad tuarum basilicarum ianuas conuenire, ut istud est:

Pax tibi sit, quicumque dei penetralia Christi
Pectore pacifico candidus ingrederis.

Vel hoc de signo domini super ingressum picto hac specie, qua uersus indicat:

Cerne coronatam domini super atria Christi
Stare crucem duro spondentem celsa labori
Praemia; tolle crucem, qui uis auferre coronam.

15] Ps. 1, 2.

1—10 *exh. inscr. christ. l. c.* 3 magnum *inscr. om.* astula *inscr.* pignus] habetur *add. inscr.* 4 in *s. l. m. 2 F* semine *FU* 5 melanii *M* sancto *inscr.* 6 hierusalem *L*, hierusolimae *O*, hierusolyma *inscr.* 7 uelat *FU*, uel *O* 12 gemmis *U* utrinque *FP*, utrumque *U* 14 longis *s. l. F* 16 familarium *L* 17 loquus *L* 18 bonis *FPU* 19 ipsis *U* additus *PU* 20 usurpare si *O*, si usurpare *cet. v* 21 istud est] *inscr. ins. M:* uersus in ingressu basilicę 24 de signo — *l.* 28 coronam *exh. Δ* ac *FLPU* 28 offerre *FLPU*

Alterae autem basilicae qua de hortulo uel pomario quasi priuatus aperitur ingressus, hi uersiculi hanc secretiorem forem pandunt:

Caelestes intrate uias per amoena uirecta,
Christicolae; et laetis decet huc ingressus ab hortis,
Vnde sacrum meritis datur exitus in paradisum.

Hoc idem ostium aliis uersibus ab interiore sui fronte signatur:

Quisque domo domini perfectis ordine uotis
Egrederis, remea corpore, corde mane.

13. Prospectus uero basilicae non, ut usitatior mos est, orientem spectat, sed ad domini mei beati Felicis basilicam pertinet, memoriam eius adspiciens; tamen cum duabus dextra laeuaque conchulis intra spatiosum sui ambitum absis sinuata laxetur, una earum inmolanti hostias iubilationis antistiti patet, alia post sacerdotem capaci sinu receptat orantes. laetissimo uero conspectu tota simul haec basilica in basilicam memorati confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucente transenna, per quam uicissim sibi tecta ac spatia basilicae utriusque iunguntur. nam quia nouam a ueteri paries abside cuiusdam monumenti interposita obstructus excluderet, totidem ianuis patefactus a latere confessoris, quot a fronte ingressus sui foribus noua reserabatur, quasi diatritam speciem

4] (Verg. Aen. VI, 638).

1 alterae *FOv*, altere *PU*, alteri *LM* ortulo *ω* 2 hii *MO* 4 uireta *LMP* 5 et *om. M* ortis *FLMPU* 7 hostium *FLPU* aliis uersibus *om. FU* ab *v*, a *FO*, ad *cet.* interiorem sui frontem *LM* signatur aliis uersibus *FPU*, signatur. Ex alia parte uersus *M* 9 quisque *ω* (*nisi quod* que *in* qus *corr. O*), quisquis *v* domo domini *ω*, ab aede dei *v* 11 perspectus *FPU* 13 dextera *L* 14 conculis *FLMOU*, chonculis *v* spatium *U* absçisinuata *F*, absisi nuta *PU* 15 laxectur *F* uni *F* ostias *L* antisti *O* 16 alia *LO*, altera *cet.* capaci sinu *om. M* 17 tota simul *om. FU* simul *om. P* in basilica *FOPU* 18 perducente *fort.* 20 absidę *O*, absida (a *ex corr.*) *M* 21 munimenti *L* 22 latae *O* confessionis *LMO* quod *FOPU* 23 reserebatur *FO*, referebatur *U* diatretam *scripsi*, diatritam *ω*

ab utraque in utramque spectantibus praebet, sicut datis inter utrasque ianuas titulis indicatur. itaque in ipsis basilicae nouae ingressibus hi uersiculi sunt:

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu
Testaturque piam ianua trina fidem.

14. Item dextra laeuaque crucibus minio superpictis haec epigrammata sunt:

Ardua floriferae crux cingitur orbe coronae
Et domini fuso tincta cruore rubet.
Quaeque super signum resident caeleste columbae
Simplicibus produnt regna patere dei.

[Item de eo:]

Hac cruce nos mundo et nobis interfice mundum
Interitu culpae uiuificans animas.
Nos quoque perficies placitas tibi, Christe, columbas,
Si uigeat puris pax tua pectoribus.

15. Intra ipsam uero transennam, qua breue illud, quod propinquas sibi basilicas potius discludebat, interuallum continuatur, e regione basilicae nouae super medianum arcum hi uersus sunt:

Vt medium ualli, pax nostra, resoluit Iesus
Et cruce discidium perimens duo fecit in unum,
Sic noua destructo ueteris discrimine tecti

1 ab utraque *om.* *FPU* utranque *FPU*, utrumque *Ov* inter] in *L* 2 inducatur *U* 3 hii *OM* sunt in ingressu basilicae *M* 4 patet *Rosw.*, parte *ω* arcu *Rosw.*, archum *FP*, arcum *cet.* 6 item—*l.* 16 pectoribus *exh.* *Δ* munio *L*[1], minioque *U*, nimio *O*[1] haec *om.* *FPU* 7 epigramata *LM et sic infra* sunt] *inscr.* *M:* item utraque parte ianuae 8 florigerae *M* 12 de *om.* *Δ*, in *M* eo *om.* *Δ*, eodem *LM* 13 munda (o supra a) *M* interficere *L*[1] 14 animas *M*, animae *O*, anima *L*, animam *cet.* 16 pax *M et Sacch.*, pars *cet.* 17 inter *F* ipsum *O* 18 potius] prius *coni.* *Sacch.* 19 e] et *U* super—*p.* 290, 5 sacerdos *exh.* *Δ* regem (arcu supra) *O*, archum *P* hii *MO* 21 ihesus *M* 23 hic *M* distructo *Δ* tectis *O*

Culmina conspicimus portarum foedere iungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus intrantumque manus lauat amne ministro.
Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,
Paulus apostolico quam temperat ore sacerdos.

Haec uero binis notata uersiculis epigrammata super arcus alios dextra laeuaque sunt.

Adtonitis noua lux oculis aperitur, et uno
Limine consistens geminas simul adspicit aulas.

In alio:

Ter geminis geminae patuerunt arcubus aulae,
Miranturque suos per mutua limina cultus.

Item in isdem arcubus a fronte, quae ad basilicam domini Felicis patet, mediana, hi sunt:

Quos deuota fides densis celebrare beatum
Felicem populis diuerso suadet ab ore,
Per triplices aditus laxos infundite coetus;
Atria quamlibet innumeris spatiosa patebunt,
Quae sociata sibi per apertos comminus arcus
Paulus in aeternos antistes dedicat usus.

In aliis isti bini:

Antiqua digresse sacri Felicis ab aula,
In noua Felicis culmina transgredere.

8] (Verg. Aen. VIIII, 110).

2 atria] taria *O* 3 kantarus *M*, chantarus *O* lauat amne $\Delta L^{2} O v$, lauat ālę $L^{1}$, lauat amnis *M*, lautamur *FPU* ministro *om. M* 4 *et* 5 *exh. syll. inscr. christ. l. c.* plebs] lex *inscr.* 5 Paulus] Xystus *inscr.* quod temporat *inscr.* 6 hanc *FPU* binis uero *LM* arcus alias *O*, alios arcus *LM* 7 dextera *L* leuaq. sinister sunt *O*; in primo arcu *add. M*, in uno hoc *add. v* 8 uno] in alio *add. L* 9 lumine *FU* 10 in alio *MOPU*, in alio in alio *F*, in altero hoc *L v* 12 uultus *FPU* 13 isdem *P*, hisdem $L O U^{1}$, eisdem *M*, iisdem $U^{2}$ fronteque quae *U* 14 hii *MO* 17 aditus] lapsus *FPU* infundito *O* 19 apertas $O^{1}$ cominus *F* 20 antistitis *FPU* 21 in aliis isti bini] item alii *M* 22 sacra *FPU*

[Item:]

Vna fides trino sub nomine quae colit unum
Vnanimes trino suscipit introitu.

16. In secretariis uero duobus, quae supra dixi circa absidam esse, hi uersus indicant officia singulorum.

A dextra absidae:

Hic locus est, ueneranda penus qua conditur et qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

A sinistra eiusdem:

Si quem sancta tenet meditanda in lege uoluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

17. Egrediamur iam Nolana hac basilica et in Fundanam transeamus. Fundis nomen oppido est, quod aeque familiare mihi fuit, dum maneret possessio, quam illic usitatiorem habui. itaque uel ad pignus quasi ciuicae caritatis uel ad memoriam praeteriti patrimonii basilicam dare in ipso oppido, quoniam et indigebat ruinosam et paruam habens, uoti fuit. propterea et hos uersiculos adiciendos putaui, quos illi in hoc oppido dedicandae basilicae paramus. nam adhuc in opere est, sed propitio deo dedicationi propinqua. quod tamen ea mihi maxime ratio persuasit, quia et in huius absida designatam picturam meus Victor adamauit et portare tibi uoluit, si forte unam de duabus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua aeque absidam factam indicauit. sed de hac absida aut abside num magis

4 secratariis *L* absidam *ω*, apsidem *v* 5 hii *MO* uersus — singulorum *om. M* 6 a dextera *LMv*, dextra *O*, *om. FPU* absidę *MO*, abside *L*, apsidis *v*, *om. FPU* 7 penu *FPU* 9 a] ad *U* sinistris (*sed supra in mg.* sinistra) *L* eiusdem *om. M* 10 meditandi *FMU* 11 libris] *inscr.* de fundana basilica *add. OPv* 12 hac nolana *M* 13 fundus $F^1$ oppidi $U^1$ 14 usitatiorem illic *FPU* illic *in mg. add. L* 16 patronomii *O*, matrimonii *U* 17 rumnosa *U* parua *U* 19 paramus *O*, parauimus *cet.* 21 huis *L* absidam *O*, asida *F*, abside *v* 22 unam *scripsi*, etiam *O*, eam *LM*, ea *FPU*, et eam *v* 23 elegeris ea de duabus *FPU* recensiore *FPU* 24 absidem *LM* sed si de (si *m. 2*) *M* apsida *Pv*, absidia *U* aut *ω*, an *v* abside num (*an* ne?) *scripsi*, absidine *FOPU*, abside *Pv*, abside// *L*

dicere debuerim, tu uideris; ego nescire me fateor, quia hoc uerbi genus nec legisse reminiscor. uerum hanc quoque basiliculam de benedictis apostolorum et martyrum reliquiis sacri cineres in nomine Christi sanctorum sancti et martyrum martyris et dominorum domini consecrabunt. ipse enim testatus est se uicissim confessorum suorum confessorem futurum. ideo super hac praeter picturam gratia geminatus est titulus.

De pictura:

Sanctorum labor et merces sibi rite cohaerent,
Ardua crux pretiumque crucis sublime, corona.
Ipse deus, nobis princeps crucis atque coronae,
Inter floriferi caeleste nemus paradisi
Sub cruce sanguinea niueo stat Christus in agno,
Agnus ut innocua iniusto datus hostia leto,
Alite quem placida sanctus perfundit hiantem
Spiritus et rutila genitor de nube coronat.
Et quia praecelsa quasi iudex rupe superstat,
Bis geminae pecudis discors agnis genus haedi
Circumstant solium; laeuos auertitur haedos
Pastor et emeritos dextra conplectitur agnos.

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
  Regia purpureo marmore crusta tegit.
Hic et apostolicas praesentat gratia uires
  Magnis in paruo puluere pignoribus.
Hic pater Andreas et magno nomine Lucas
  Martyr et inlustris sanguine Nazarius;

2 neglexisse *FP*, neglessisse *U* uerum — *l.* 16 coronat *exh* *Δ* in hac *U* quoue *FU* 3 benedictis *om. FPU* 4 cineris *FOU* martyres *O* 7 praeter *ΔFOv*, preter *PU*, propter *LM* 9 recte *O* 10 coronae *ΔO* 12 florigeri *M* 13 agro $O^1$ 14 ostia *L* loeto *Δ*, leto loco *FPU* 15 hiantem] ouantem *M* 16 rutilat *L* 17 quia] qua *fort.* 18 pecudes $M^1$ agni genus *FU*, genus agnus et *M* 19 hedus *M* 20 paster et *ex* pastore te *P m. 2* emeritos $L^2MP^2v$, meritos *cet.* agnos] item alii uersus de reliquiis *add. M*, de reliquiis *add. Rosw.* 21 ascensis *M* 22 marmare $O^1$ 23 apolicas *U* 26 illustri *FPU*

Quosque suo deus Ambrosio post longa reuelat
Saecula, Protasium cum pare Geruasio.
Hic simul una pium conplectitur arcula coetum
Et capit exiguo nomina tanta sinu.

18. Haec interim, mi frater, et alia huiusmodi opera uisibilia de terrenis in terra labore molieram; sed benedictus dominus diei cotidie, qui facit mirabilia solus, sicut conuertit petram in stagnum aquae, sic et terrena caelestibus mutat et hanc nobiscum quamquam de suis et hic et ibi rebus permutationem facere dignatur, ut quae corporaliter molieram in terris latenter in caelis per ipsum aedificentur, tunc reuelanda nobis, cum ipsa acie uidebimus quae nunc per fidem prouidemus. itaque hic seminamus et ibi metimus; hic spargimus et ibi congregamus; hic uiuimus et ibi conuersamur; hic accingimur et ibi militamus; hic pugnamus et ibi uincimus uel si istic uincimus, ibi coronamur. ita quod istic manu struimus, illic fide condimus. et harum nobis quamuis terrestrium aedificatio fabricarum si uoto et studio spiritali struatur, beata caelestium est praeparatio mansionum. haec enim aedificantes in domino ex adeptu fidei, aedificamur ipsi a domino per eiusdem fidei profectum. nam et euangelicus ille centurio exemplum nobis est ad spem certam mercedis aeternae huius specialiter operis gratia recipiendae, qui ad promerendam filii sanitatem et ipsum dominum Iesum fidei

6] Ps. 67, 20. 71, 18. 113, 8. 12] (II Cor. 3, 18; I Cor. 13, 12). 13] (Gal. 6, 8). 19] (Ioh. 14, 2). 21] (Matth. 8, 5).

2 prothasius *M* patre *O* 4 tanta] magna *M* 5 huiuscemodi *F* uisibili *FLPU* 6 laborem *FOU* molieram *ex* meliora *L* 7 diei *OPU,* die *LMv,* dei *F* sicut] qui sicut *M* 9 *pr.* et] qui *M* 10 cōmutationem *M* 11 molimur *M* per ipsum aedificemur in cęlis *M* 12 ipsa acie *scripsi,* specie *ω,* facie *coni. Lebrun* 13 praeuidemus *M* itaque—metimus *om. FPU* metemus *LMO* 17 istic (ic *corr.*) *L,* ista *FPU* condinus *U* 19 spūali *M* praeparatio est *FPU* 20 adeptu] affectu *coni. Sacch.* 22 iste *F* 23 recipiendum *FPU* quia *FPU* 24 promerendum *FPU*

suae praedicatorem habendum eo potissimum meriti ualuit, quod plebs domini, quae tunc adhuc in Iudaeis tantum erat, illi de Synagogae aedificatae testimonio suffragata est.

19. Quid igitur miseri nunc quiescimus oscitantes et quasi non conducti mercennarii in tumultuoso huius saeculi foro uacua manu stamus uel si conductos nos debere patrifamilias suum denarium cogitemus, ut aliquid in uinea eius operemur, id ipsum quasi indebitum gratumque praestantes, inputare etiam meditamur domino, tamquam illi potius quam nobis profutura faciamus? o miseri homines! largiri nos aliquid credimus; negotiamur et liberales habemur qui auarissimi esse conuincimur, et quidem tanto auariores cupidissimis terrae feneratoribus, quanto amplius est caelestia de terrenis et beata de miseris egenisque rebus emere quam terrena terrenis et labentibus lapsura mercari et dominum quam hominem fenerare. damnatur in lege qui pecuniam suam dederit ad usuram et munera super innocentes acceperit. ecce euangelii gratia ostendit nobis quomodo eadem crimina ad innocentiam sanctitatemque mutentur, nec poenae sed praemii retributio consequatur, si tantum in praecepta diuina salutaris cupiditate fidei conuertantur. da ad usuram pecunias tuas, sed Christo, et salutaris usura est.

20. Item in saeculo corrupti muneribus reorum iudices condemnantur; sed quisquis homo praeuentus in aliquo peccato diffidens innocentiae tuae adfers pretium salutis tuae iudici nostro, ne uerearis quasi corruptionis iniuriam iustitiae dei

3] (Luc. 7, 5). 5] (Matth. 20, 6). 16] Ex. 22, 25; Leu. 25, 36; Deut. 23, 19; Ps. 14, 5. 21] (Prou. 19, 17; Eccli. 29, 1). 23] (Ex. 23, 8; Deut. 16, 19).

1 meriti (*s. l.* ł merito *m. rec.*) *M*, merito *coni. Sacch.* 2 dei *M* 5 conducta *U* 6 mana *U* conductis nobis debere patrem familias *v* 8 gratuitumque *M* 10 aliquid nos *F* 11 quia *FU* auriores (a *m. 2*) *F* 13 de *om. F* 14 de miseris] dimiseris *O* 15 lapsura labentibus *FPU* domino quam homini *M* foenerari *F*, fenerari *PU* 16 dedit *PU* 17 munere *U* 20 si tantum] stantum *FU* 21 conuertamur *F* 23 in sclo *in textu, in marg.* ał ĩpsalmo *M* reorum *Rosw.*, *om. M*, eorum *cet.* 26 nec *FPU*

facere. accipit a te Christus libens salutis tuae pretium, quia magis uult misericordiam quam sacrificium. sed forsitan quaeris, ubi illum inuenias et qua corrumpas uia quem non uides. surge, inquit, qui dormis et erigere a mortuis, et adtinges Christum; hoc est discute carnalis inertiae somnum et depressam cogitatione terrena mentem a mortuis curis hoc est conuersatione carnali erige adtollens et dirigens in dominum animam tuam, et adtinges Christum. operando praeceptis ipsius uidebis eum in omni paupere, tanges eum in omni egeno, recipies eum in omni hospite, quoniam sibi fieri ipse testatur quae in eius nomine minimis eius fiant. ecce nos⟨ti⟩ iam contra quomodo uideas inuisibilem et inadprehensibilem conprehendas. ergo nunc istic pauperemur, ut tunc ibi locupletemur. nunc ploremus, ut tunc gaudeamus. nunc esuriamus, ut tunc saturemur. omni, inquit, tempore pauperes uobiscum habetis. uides quia nulla nobis occasio est beneficentiae umquam procrastinandae, cum, si uoluntas nostra non absit, pauper in promptu sit.

21. Commodemus ergo securi nunc egeno et in pauperibus suis Christo, ut ex eius abundatura in isdem gloria participare possimus. propterea enim dominus ipse praemonet dicens: facite uobis amicos de iniquo mamona. uides quomodo omnipotens faciat de nocte lucem et de iniquitate iustitiam,

2] Oseae 6, 6; Matth. 9, 13. 4] Eph. 5, 14. 11] (Matth. 25, 40). 15] Matth. 26, 11.

1 Christus *om.* *FPU* qua *F* 2 magis uult] mauult *LMv* forsitam *FU* 3 inuenies *Ov* quia *O* corripias *LM* 4 erige te *Ov* 5 attingis *O* hoc est — *l.* 8 Christum *om.* *M* 7 est *om.* *U* a conuersatione *FPU* 8 adtingis *O* 9 praeceptis *Ov*, in praeceptis *cet.* illius *FPU* et in *O* tangis *O*, tangens *U* 11 testatus *O* eius in *LM* fiunt *M* 12 nosti iam contra *scripsi*, *om.* *M*, nos iam contra *cet.*, nobis iam constat *v* 13 istis *F* ut] et ut *O*, et *F* 14 esuriamur *F*[1] 15 ut] et *U* 16 occasione *L* est *s. l.* *F*, *om.* *L* beneficientiae *L* 17 umquam *om.* *M* 18 absis *U* 19 commendemus *F* nunc] et nunc *coni.* *Sacch.* et *om.* *M* $\overset{o}{\text{x}}$ in pauperibus suis *M* 20 habundantia *F* isdem *PU*, iisdem *F*, $^{h}$isdem *L*, hisdem *MO* 21 ipse dominus *F*, ipse *M* 22 mamona *LOPU*, mammona *FM*

*ut cum defeceritis*, inquit, *recipiant uos in tabernacula aeterna*, quia uicissitudine quadam copiae uel inopiae humanum genus temperetur, quod in illo inferno diuite et superno in regno paupere euangelicus sermo patefecit, ut intellegamus consilium communis auctoris, quo diuitem pauperi et pauperem diuiti praeparauit, ut abundans egenti substantia alimoniae sit et opulento inops materia iustitiae, *ut fiat*, sicut apostolus dixit, *aequalitas*, et in illo saeculo repensanda illis egestate praesenti opibus aeternis redundet illorum abundantia ad inopiam nostram, si nostra istic abundantia ad illorum indigentiam commodauerit. seminemus ergo illic carnalia, ut et metamus ab illis spiritalia. laboret nunc de terrenis manus, ut tunc de caelestibus anima reficiatur. spes praesens aedificet rem futuram. faciamus istic tecta, quae nos illic tegant. pascatur istic pauper, ubi me diuite eget, ut me illic pascat, ubi me egente saturabitur. uidete commercium spiritale et, si potestis, negate nos auaros, qui terram uendimus et tributum, ut inmunitatem regni cum aeternitate coemamus.

22. Fragilem harenam iacimus, ut domum fundemus aeternam et de uilibus adtingamus astra caementis, de quibus non illam confusionis et superbiae turrem destruendam opere inrito machinamur, sed in ipso angulari lapide fundamur, ut surgamus per ipsum in ipsius plenitudinem, qui est *turris fortitudinis a facie inimici*. hanc ipse nos turrem aedificare conputatis ante sumptibus iubet, ne interrupta aedifica-

1] Luc. 16, 9. 3] (Luc. 16, 19). 7] I Cor. 8, 14. 11] (I Cor. 9, 11). 20] (Gen. 11, 4). 22] (Eph. 2, 20). 23] Ps. 60, 4. 24] (Luc. 14, 28).

1 aeterna tabernacula *LM* 2 qui sic (qui *del. m. 1,* enī *add. m. rec.*) *M* 3 temperat *M,* temperatur *v,* tēpat (at *in ras.*) *L,* tempore *O* 4 in regno *O, om. cet.* 5 quo] quod *O* 6 substatia *F* aelimoniae *PU* 8 et *om. FPU* repensanda—aeternis *om. M* 9 abundantia illorum *M* 11 illic *Ov,* illis *cet.* ut et *Ov,* ut *cet.* 12 meditamus *U* spiritualia *FMPU* laboret (t *in ras.*) *L* in (l de *m. 2*) *M* 15 istic] illic *F* illic] ille *FPU* 17 uos *LMU* 20 camentis *FPU* 21 turrim *FPU* 22 fundemur *FPU* 23 per ipsum resurgamus *FPU* 24 turrim *FPU* 25 ne] non *LM* aedificatione interrupta *FPU*

tione defecti temeritatis inprouidae notam et dignam inrisionem frustra audacis ignauiae perferamus. sumptus autem noster fides firma est. ergo et secundum ueritatem dei credens, qui spes et opes et uires suas dominum Iesum habet, eius omnis aedificatio conpacta crescit et surgit et conscensio est in plenitudinem dei. itaque nisi dominus aedificauerit domum, in uano aedificantes labore sudabimus. sed ne uel perfecta licet cooperante domino aedificatione resupini securas manus remittamus, adicit scriptura diuina, quod etiam aedificatam domum nisi deus idem custodiat, inrita seruantium cura uigilabit.

23. Oremus ergo dominum, ut dum nos illi foris aedificamus domicilia quae uidentur, ille in nobis intus aedificet illa quae non uidentur, domum uidelicet illam, ut magister ait, non manufactam, quam ingressi intellegemus in nouissimo, uidentes scilicet facie ad faciem quod in aenigmate nunc uidemus et ex parte cognoscimus. sed nunc, dum adhuc in tabernaculo istius corporis constituti quasi sub illius antiqui tabernaculi pellibus in deserto et tentoriis agimus, praecedente nos per istius orbis aridam dei uerbo uel in columna nubis, ut obumbret super caput nostrum in die belli, uel in columna ignis, ut cognoscamus in terra caelestem eius uiam: oremus, ut per haec nunc ecclesiae tabernacula ingrediamur usque ad domum dei,

5] (Eph. 2, 21). 6] Ps. 126, 1. 19] (ib.). 14] II Cor. 5, 1. 16] I Cor. 13, 12. 19] (Ex. 25, 40 et 26, 30). 20] Ex. 13, 21. 14, 19 et 23, 20. 21] Ps. 139, 8. 22] Ex. 13, 21; Ps. 66, 3. 24] Ps. 41, 5.

1 defecti *Ov*, defectu *cet.* temeritatis ne dignam irrisione notam frustra *M* 2 sumtus *M*, spiritus *cet.* 3 ego *FPU* et *om. LM* 4 quae *FO*, que *PU* 5 conpicta *PU*, compicta *F* *alt.* et *om. LM*, in *v* conscensio est *scripsi*, *om. LM*, consensionem *cet. v* 6 ita quod *F* 7 in *om. LMv* sudauimus *FPU* 8 uel *om. M* coeperante *F*[1] 12 nobis *FPU* 14 magister] apostolus *M* 15 intelligemus *v*, intelligamus *LM*, intelligimus *FPU*, intellegimus *O* nouissima *M* 17 nunc nunc *U* dum *om. FPU* 21 umbret *O* 23 caelestem *om. FPU* oremus *om. M* nunc *om. LM*

ubi ut ipse dominus ille summus et factus nobis a domino et excisus a monte et idem auctus in montem lapis extat, qui est mirabilis in oculis nostris. ipse se nunc aedificationi nostrae et fundamento praestet et culmini, quia ipse est initium et finis. super eandem petram (nam et petra Christus est), extra quam nemo potest domum stabilem fundare, non stipulam aut fenum et paleas, sicut in Aegypto seruientes in cophino, manus congerant, ne luteis aedificiis operum sordidorum laterem, ut aiunt, lauemus et incuruati oneribus laborum seruilium deuertamus dorsum nostrum a domino, quia ut conuersos ad se reficit lumine, ita auersos adficit caecitate.

24. Videamus autem aedificantes quid de nostra fragili terrenaque substantia dignum diuino fundamento superaedificare possimus, ut ipso principali lapide uiuificati lapides in fabricam templi caelestis aptemur. aurum sensus nostri et sermonis argentum conflemus in Christo, ut nos in huius mundi fornace purgatos aurum ignitum et moneta imaginis suae dignum ipse placitarum sibi animarum discussor efficiat nosque ipsos illi de operibus luminis pretiosos lapides adferamus. neque in cordibus ligni duritia stolidi neque in operibus fenea siccitate aridi neque in fide uel caritate mobiles et infirmi leuium fragilitate palearum, sed ut opus arbitrii nostri non arsurum paretur et inconcussum pacifica operatione consurgat,

1] Ps. 117, 23. 10] (Ps. 80, 7). 14] (I Cor. 3, 10; I Petr. 2, 5). 17] (Sap. 3, 6).

1 ut] et *LMv* 2 excissus *FP* autus *U*, actus *L*[1] 3 ędificationi[s] *M* 4 *post.* et *om.* *O* 5 eadem petra *FPU* 7 et *LOv*, *exp.* *M*, aut *FMPU sed M. s. l.* 8 cofino *O* 9 ut aiunt] crudum *add.* *M* incuruata *FU*, incuruatione *Ov* 10 oneribus] riuus *O*, per riuos *v* diuertamus *FMU* nostrum *om.* *M* 11 qui *FPU* ut] aut *P*[1] adsepeficit *O* aduersos *F* 13 terrena fragili[que] (que *m. 2*) *M* 15 ipso *O*, ab ipso *cet.* lapides] lapidis *O* 16 celestis (*s. l. F*) templi *FPU* cęlestes *O* 18 moneta *MOv*, monetam *cet.* 19 dignum *Ov*, dignam *cet.* sibi *M s. l.* discursor *O* 21 foenea *PU* 23 leuiuir *O* 24 inconcussa[m] *M*, incursum *O*

oremus altissimum eam pacem aedificationis nostrae, qua paries ille aliquando in templi murum factus est, ut malleus et securis et omne uas ferreum non audiatur in ea, nec, sicut postea in eiusdem templi reparatione inimica Persarum inuidia, fabricam resurgentem hostilis inpediat et interrumpat incursus. sic enim in domum orationis et pacis perficiemur, si nulla nos carnalium cogitationum cura concidat, nullus quietem nostram saeculi tumultus interstrepat. malleus enim nobis cura uictus et cura uestitus est; securis et ferrum nobis cupiditas temporalium et nocturnus mortis timor et liuor inimicus et res huius saeculi, in cuius aut male cura aut bene amore anima comeditur, mens conpeditur, et pax bonae uoluntatis, quae conpositis religioso silentio sensibus confirmatur, atque orationis intentio, quae inoffensa de libero et puro corde dirigitur, carnalium oblatratione curarum quasi interstrepente malleo uel securi feriente conuellitur. sed quia maior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo, potens est dominus conterere Satan sub pedibus nostris, ut inpleatur et illa pro nobis prophetia: contritus est malleus uniuersae terrae.

25. Expedit autem nobis, ut etiam aedificatum cordis nostri templum saepe dominus Iesus reuisat ueniens in flagello timoris sui, ut eiciat de nobis mensas nummulariorum et uenditores bouum uel columbarum, ne quod auaritiae conmercium animus noster exerceat neque in nostris sensibus tarditas bouum stabulet, quia ubi non sunt boues, praesepia

1] (Ps. 121, 6). 2] II Reg. 6, 7. 5] (I Esdr. 4, 4). 16] I Ioh. 4, 4. 17] Rom. 16, 20. 19] Hier. 50, 23. 23] (Matth. 21, 12; Marc. 11, 15). 26] Prou. 14, 4.

1 qua] qui *O* 4 reparationem *O* 8 tumultus] quietus *O* 9 et cura] et *F* 10 mortis] noctis *FPU* 11 cuius] quibus *FPU* aut] rei *add. in mg. L* male *OP*, malae *cet.* bene *O*, bone *P*, bonae *cet.* 12 comeditur *scripsi*, conciditur *M*, conditur *cet.*, tunditur *coni. Sacch.* compeditur] conciditur *coni. Sacch.* 14 orationi si *O* 15 oblataratione *O* 18 satam *F*, sathanan *M*, Satanam *Rosw.* 19 contritus *Ov*, quia contritus *cet.* 22 saepe] ipse *FPU* fragello *U* 24 bouum *O*, boum *cet.* uel] et *FPU* 26 bouum *OU*, boum *cet.*

munda sunt. neque simus innocentiae nostrae uel diuinae gratiae uenditores, ne faciamus orationis domum speluncam latronum. expurgatis enim omni malitiae fermento sensibus nostris inambulabit libenter dominus noster Iesus Christus et uelut in illis quinque porticibus spatiabitur sapientia, uirtus dei, quae sanat omnes languores nostros. nam et in anima nostra multi, sicut in illa ad piscinam olim medentem porticu, iacent aegri et debiles; quae si audiat dei uerbum, et auaritiae lepram et inuidiae ferruginem et intemperantiae caecitatem et iracundiae phrenesim et luxuriae paralysim praecepto medente depellet, et nos non solum ad sanitatem innocentiae, sed etiam ad firmitatem patientiae refectos iubebit ilico non solum exurgere de infirmitatis lectulo, sed etiam ipsum lectum tollere, ut portemus ualidi quo portabamur infirmi. quod profecto etiam in spiritali uel aegritudinis uel sanitatis nostrae genere conpletur, cum carnem nostram, cui ut lectulo dediti iacebamus in uinculis uitiorum et infirmitate uirtutum, postea in uerbo dei per gratiam Iesu Christi ad bonam incorruptamque mentem renouato interiore sani quasi grabatum illud tollimus et spiritu praeualente portamus, ferentes ipsam sequentem quo uolumus, in qua infirmabamur expectantes alienam opem semperque praeuenti celeritate pisci-

2] (Matth. 21, 13; Luc. 19, 46). 3] (I Cor. 5, 7). 4] (Ioh. 5, 2). 6] Ps. 102, 3. 14] (Ioh. 5, 8).

1 inmunda *O* 2 spelumcam *L* 4 noster *om. M* 5 quinque *om. O* et uirtus *LM*, untus *U* 6 langores *FMP* 7 animã nr͡ã *O* ad—olim *om. U*, adipisci nam olim *P*[1] 8 porticum *FOPU* multi iacent *M* quae *Ov*, quam *cet.* audiat *O*, adeat *LMv*, adiiciat *F*, adiciat *PU* 10 effrenesim *O*, frenesim *cet.* paralysim *v*, paralisim *L*, paralisin *M*, paralisem *O*, paralesim *FPU* 11 innoceutie sanitatem *FPU* 14 portabamus hoc in *M* infirmi *Ov*, infirmitatis *FMPU*, infirmitatis nostrae pondere soluemur (pondere soluemur *in ras.*) *L* 15 quod—sanitatis *om. FMU*; quod—completur *om. L* 16 nr̃o *O* 17 in infirmitate *FPU* 18 dei uerbo *F* 19 interiores *FL*[1]*U* sani quasi *Ov*, antiqua si *FPU*, nostro quasi *M*, homine si *in ras. L* 20 grabbatum *O*, grabattum *M* illud *om. M* tollimus *FP*[2]*U*, tulimus *LOP*[1], ferimus *M* portemus *L*[1] 21 quo] qua *O* infirmabimur *FU* spectatores *U*, pectatores *F* 22 celebritate *FPU*

nam occupantium, quia non erat qui porrigeret manum neque qui saluos faceret, donec ipse legatis et angelis maior, quippe ut prophetarum et angelorum dominus, adueniret et omnem infirmitatem nostram miserando susciperet, adsumendo purgaret et animam esurientem repleret bonis et iuberet nos abire in domum nostram illam, ut supra dixi, non manufactam, in qua uox laetitiae et salutis et ipse omnibus suis Christus habitatio et regnum et rex erit testante apostolo, quia semper cum domino erimus, cui honor et gloria et potestas in saecula.

## XXXIII.

Beato et merito venerabili ac dilectissimo fratri Alethio Pavlinvs.

1. Deo gratias, qui odorem gratiae in te suae per eloquium litterarum tuarum manifestauit mihi. per fratrem enim carissimum in deo Victorem meum hoc munere militantem deo, ut fraternae seruiat caritati hisque nobis per longinqua terrarum interualla discretis inpigrum annuis discursibus tabellarium praebeat et religiosissimis officiis mutuo uisitantium corporalem laborem spiritali inpendat affectu, per hunc ergo fratrem et conseruum in domino et communem unanimum (nam

4] (Es. 53, 4). 5] I Ps. 106, 9; II Cor. 5, 1; Ps. 117, 15. 9] I Thess. 4, 16. 14] (II Cor. 2, 14).

4 mirando *FU* 6 ut] quam *M* 8 et rex erit *ex* erexerit *P m. 2* 9 qui *U* 10 secula] bene ualeas *add. FP*[2], bene uale *add. U.* — finit ad seuerum de fabricis *O*, explicit de fabricis ad seuerum *P*.

*FLMOPU.* — ad aletium ep̃m frẽm ipsius florentis ·XLI· *M*, ad aletium ep̃m frẽm supra scripti ·XXXIII· *L*, incipit ad aletium ep̃m fratrem supra scripti *O*, epistola sancti paulini episcopi ad aletium: ubi pro transmissis epistolis plurimum gratulatur et de elemosinis: et earum utilitate longa sermonis congerie eum commendans ipsam intexit et complet epistolam *U* 12 beato—Paulinus *om. O* aletio *FLMPU* Meropius Paulinus salutem epistola XXVIII *F* 14 eloquium *O*, eloquia *cet.* 17 hisque *FOPU*, isque *LM*, seque *v* 18 annius *U* 21 et] ẽ[illegible] *L*, qui *Chiffl.* communem *M*, communis *cet.* unanimum *M*, nobis unanimus (nobis *in ras.*) *L*, unanimus *cet.*, et unanimus *Chiffl.*

et uobis ea se, qua nobis insitus est, acceptissimum gratia gloriatur), per hunc, inquam, mihi sancte uenerabilis frater, tam dulce quam insperatum mihi munus accepi, epistolam tuam, in qua nobis bonus cordis tui thesaurus apparuit, ut merito percepta officii tui benedictione gauderem, cum faciem interioris tui castissimo speculatus eloquio, quantum in te mihi a domino adiutorium conferatur, agnoscerem.

2. Sed in his, quae mihi iniungenda diues inopiae aestimator putasti, sanctam quidem purissimae caritatis fiduciam demonstrasti, fama tamen, quantum intellego, dominici operis persuadente inductus es, ut secundum opus domini, qui nobis curam redemptionis nostrae inspirare dignatus est, ingenii quoque et oris opes subpetere nobis arbitrareris. sed bonam concupiscentiam magna fide uacuis opinionibus spes inlusa decepit. unde enim mihi tantum aquae, quantum sitis, aut tale poculum, quod digne bibas? unde tantos panes, quantos postulas? sed ipse tibi auctor iniuriae tuae eris diutius esurire, qui euangelicos lucis et uitae cibos in alta huius saeculi nocte desiderans somnolenti et pauperis amici egenam penum pulsas, qui flumina aquae uiuae sitiens arentem uenulam scalpis et humorem de pumice conaris exprimere. aut enim nullus mihi de inspirantiae siccitate aut amarus de malitiae felle fons intus est, quem utinam orationes et litterae tuae saepius inpensae mihi exundare et dulcescere faciant fidei tuae ligno et eloquii suauitate, ut et uerbo dei, quod bonus minister

4] (Matth. 12, 35). 16] (Luc. 11, 5). 20] (Ioh. 7, 38). 24] (Ex. 15, 25).

2 mihi *om.* *LM* 3 minus *O* 5 percepti *F*, percepto *PU* 6 tui] tui hominis *M* 7 conferatur *scripsi*, conferam *FOPU*, conferat *LM*, conferant *Schot.* 8 hiis *U*, iis *Schot.* inopia *O* 9 sanctum *U*, scm̃ *O* 11 qui *O*, quo *cet.* 13 arbitraris *FU* 15 tantum aquae mihi *M* aut] ut *O*, unde *M Schot.* 16 tanti *LM Chiffl.* 17 esuriens *M* 18 euangelicus *O* 19 somnulenti *O* 20 aq. *O* scalpis *M Schot.*, scalpes *FOPU*, calpes *L* 21 pumitetonaris expremere *O* 22 inspirantiae] insipientiae *coni. Latinius et Sacch.* 23 orationis *O* 24 exundare et *scripsi*, exundarent *FOPU*, exundare ac *LM*, exundanter *Rosw.* 25 ut et—*p.* 303, 1 cordis *om.* *M*

pio ore deprompseris, quasi uirga prophetae percusso cordis * * * * *

## XXXIIII.

### De gazophylacio.

1. Non frustra, dilectissimi mei, iumentis praesepe ponitur neque tantum ad speciem uidendi iacet; mensa etenim quaedam est quamlibet inrationabilium animantum tamen ab hominum ratione conposita, ut per eam quadrupedia cibum capiant. quod si hi qui praesepia aedificare curauerint neglegant pabulum inferre, procliui tabida inopi stabulo iumenta deficient et non pascentia fames depascitur animalia. at illi dignum neglegentia uel auaritia damnum de toto capessent, quibus praesepis parandi tantum labor fuerit et replendi cura defuerit; pariter enim cum animalibus mortuis et usum praesepis amittent, duo grauia damna iuste ferentes qui unum necessarium utilis inpendii sumptum pepercerint ministrare. hoc igitur exemplo, dilectissimi, cauere debemus, ne damnum animae et dispendium salutis adeamus neglegentes in ecclesia positam a domino mensam indigentibus, quam despicientibus oculis intuemur aut aridis manibus praeterimus. absit, quaeso, ab animis uestris tale contagium. facile enim serpit cancer auaritiae

1] (Ex. 17, 6).

1 depromseris *FU*, deprumpseris *O* profectę *O* corde *FPU L add.*: hic deest finis superioris epistolae et inicium sequentis (*i. e. decimae tertiae*) que scribitur ad pamachium · XXXIIII ·
*FLOPU*. — incipit epistola XXIX *F*, sermo sc̄i paulini ep̄i de gazophilatio · XXXV · *L*, incipit de gazophilatio *O*, epistola sancti paulini episcopi ad aletium de auaritia fugienda. et de elemosinis erogandis: et de earum utilitate: ubi etiam ipsum ad hoc nititur prouocare *U* Venerabili et beato ac dilectissimo (dectissimo *F*) fratri Aletio paulinus *praem. FUP*[2] 5 dilectissime *FU* mei *om. FPU* 7 animantum *O*, animantium *cet.* 8 rationem *O* ea *U* 9 hii *FO* 10 procliuius *L* tapida *FPU* 11 fanus *FPU* 12 capescent *FPU* presepibus *FPU* 13 parandis *FOPU* laboris *FPU* 14 amittet *FOP*, amictet *U* 16 ut illis *FOPU* 17 dilectissimi *om. FPU* 19 mensam a domino *U* quam despicientibus *om. U* intuemur *v*, praeterimus *ω* 20 praeterimus *v*, intuemur *ω* ab inimicis (animis) *O* 21 coniugium (tagium) *O* carcer *U*

in praecordia nullis misericordiae munita uisceribus captamque uipereis adligat uinculis animam, si ab operibus bonis nudam et materia captiuitatis hoc est infructuosis opibus abundantem serpens inimicus ·inuenerit. non patiamur ergo mensam domini et nobis uacuam et egentibus inanem relinqui et uisui tantum stare, non usui, ne de neglegentia nostra esurientibus expressi gemitus in nos retorqueantur. qui enim spernit pauperem exacerbat, ut scriptum est, eum qui fecit illum hoc est communem omnium creatorem, qui sicut refectione inopum gaudet, ita defectione tristatur.

2. Excitemus ergo nos ab inertiae somno et, uel ut neglegentiae torporem discutiamus uel auaritiae uincla rumpamus, inspiciamus diligenter in omnia uerba praecepta promissa opera consilia saluatoris nostri dei reputemusque nobiscum, cur haec mensa et quo auctore proposita sit in atriis domus domini, in conspectu omnis populi eius, quodque maxime considerandum est, cui bono, qua gratia, in quem fructum locata praeniteat et pateat. consule ipsa ueritatis oracula, et respondebit tibi propheta: qui miseretur pauperi, dominum fenerat. caelestis igitur trapezitae haec mensa est thesaurum uitae struens et ad margaritam negotiandam dei fenus exercens. qui enim fenerat pauperes domini praestolatur a domino retributionem mercedis aeternae. sed et beatus apostolus Paulus docens inter sollicitudines omnium ecclesiarum non minimam sibi curam pauperum esse testatur; ait enim, tantum ut pauperum memores simus, quod studui facere id ipsum. idem alibi clamat: nihil intulimus in hunc mundum, uerum

7] Prou. 14, 31 et 17, 5. 19] Prou. 19, 17. 21] (Matth. 13, 45). 25] Gal. 2, 10. 27] I Tim. 6, 7.

1 nullius *F* 5 nobis *v*, uobis *ω* 6 uisu *O* 7 pressi *F* 8 est *om. F* 9 commune *O* 11 nos *om. F* 12 torporem *Ov*, teporem *cet.* decutiamus *L*, descutiamus *U* uincula *F* 16 quodque] quod *F*, quod quam *v* 17 pertineat *Bigneus*, perniteat *v* 19 deum *v* 20 trapizite *P*, trapicitae *F*, trapezetae *O* 21 negotiandum *FOU* 22 domino deo *v* 23 paulus apostolus *U* nos docens *v* 25 pauperem *O* 26 quid *F*[1] studui *Ov*, studii *cet.*

nec auferre possumus, et iterum: quid enim habes quod non acceperis? atque ideo, dilectissimi, non ut de proprio restricti simus, sed ut de credito feneremus. dispensatio enim, inquit, nobis credita est, et temporalis pecuniae usura communis, non priuatae rei aeterna possessio. si cognoscas eam temporaliter in terra tuam, poteris in caelestibus tibi facere perpetuam; si reminiscaris in euangelio illos susceptores domini talentorum et quid cuique paterfamilias reuersus retribuerit, scies quanto sit utilius ponere ad mensam domini multiplicandam pecuniam, quam sterili fide otiosam re⟨seruare⟩ sciesque rem nullo reditu creditoris, magno inutilis serui dispendio, in sola poenarum illius incrementa seruatam.

3. Festina igitur illam potius uocem mereri, ut audias: euge, bone serue, intra in gaudium domini tui, quam illam: serue nequam et piger, de ore tuo te iudico, et reliqua quae nota sunt, misso inutili in tenebras exteriores ac talento eius illi, qui multiplicatis creditis abundabat, adiecto: omni enim, inquit, habenti dabitur, non habenti uero et id quod habet auferetur. reminiscamur et illius uiduae, quae pauperum cura sui neglegens totam uictus sui substantiam, futuri tantum memor, iudice ipso teste uacuauit. alii enim, inquit, de abundantia sua superante contulerunt; illa uero multis forsitan et pauperum egentior, cui duo minuta

1] I Cor. 4, 7. 3] I Cor. 9, 17. 7] (Matth. 25, 14). 15] Matth. 25, 21. 16] Luc. 19, 22. 19] Matth. 25, 29; Luc. 19, 26. 24] (Marc. 12, 43; Luc. 21, 3. 4).

3 sumus *U* credito] proprio *FPU* 5 si *om. O* 6 in terram tuam *FU*, in terra (terram *O*) tua *LO*, interituram *coni. Sacch.* 8 reuersurus *U* 10 otiosam reseruare sciesque rem *scripsi*, odiosam reminiscant (reminiscantur *U*). Quare *ω*, odiosam, reminisci a te, auare *Chiffl.*, *om. v* 11 nullo] in illo *F* redditu *LPU* 12 in] ut in *FLU* esse seruatam *v* 14 illa *O* 15 serue bone *FU* quam *v*, potius quam *ω* 17 ac *O*, at *cet.* 18 eius] abiecto *hic inscr. L* qui *v*, *om. ω* creditis c̣ṛẹḍịṭịṣ *O* abundabant *L* adiecto *v*, abiecto *FOPU*, *hic om. L* 22 uacauit *L*, uocauit *FPU* 23 superante *L*, superantes *cet.*, superantia *Schot.* 24 forsitam *O* pauperibus *L*

omnis census erant, sed animo cunctis diuitibus opulentior, solas mercedis aeternae opes spectans, caelestis auara thesauri pariter sibi totum eius substantiae, quae de terra sumitur et in terram reuertitur, abdicauit. misit quod habebat, ut quod non uiderat possideret. misit corruptibilia, ut inmortalia conpararet. non despexit illa paupercula dispositam a deo ordinatamque rationem de receptione uenturi, et propterea non fuit inmemor eius ipse dispositor iamque sententiam suam ipse mundi arbiter praecucurrit et quam in iudicio coronaturus est in euangelio praedicauit.

4. Feneremus igitur dominum de donis domini; nihil enim sine eius munere possidemus, sine cuius nutu nec ipsi sumus. et nos praecipue quid nostrum putemus, qui maiori et speciali debito non sumus nostri, et non solum quia facti a deo, sed et empti sumus? gratulemur autem quia magno empti quippe sanguine ipsius domini, quo pretio et uiles et uenales esse desistimus, quia uilior seruitute libertas liberum esse iustitiae. talis etenim liber seruus peccati et captiuus est mortis. sua igitur domino dona referamus; demus illi qui in omni paupere accipit; demus, inquam, gaudentes et recipiamus, ⟨ut⟩ inquit, ab ipso exultantes. placet enim ipsi talis iniuria, ut uim regno ipsius inferamus bonis operibus caeli claustra frangentes. dominus enim noster, qui s o l u s  b o n u s  ut  u n u s  d e u s, non auaritiae studio accipere desiderat sed largitatis affectu. quid enim non habeat qui omnia dedit? aut quid non possideat qui ipsos possidet possidentes, quia omnes uiri diuitiarum in manibus eius? sed inmensa eius iustitia pariter et bonitas de ipsis muneribus suis uult sibi munera inuicem

15] (I Cor. 6, 20). 23] Matth. 19, 17.

2 solas *L*, sola *cet.* et celestis *FLPU* 4 abducauit *U* habeat *L* 7 de receptione] dereptione *O* 9 praecurrit *FOP*, percurrit *U* 11 donis *in mg. add. L, om. cet.*, bonis *v* domini] muneribus *add. U* 13 *post.* et] et et *F* 14 et] sed *FPU* qui *FPU* 15 sed *Ov, om. cet.* graulemur $F^1$ 16 quippe quia *F* 19 dona domino *F* 20 ut inquit *scripsi, om. L,* inquit *cet.* 22 fragrantes *U* 26 ipsos *om. FU* 27 inmense *O*

fieri, ut sibi materiam erga te beneficentiae pariat, quia bonus est, tibi faciat meritum, quod digne recipias, quia iustus est.

5. Patent igitur thesauri bonorum illius et diuitiae bonitatis eius in promptu sunt, ut unusquisque non expectet accipere, sed ultro sibi rapiat quantum uelit. in hoc enim nos fecit bonus dominus et pater sanctus, ut nostro bono essemus boni. nam quo ille indigeret extrinsecus bono qui totus ipse, quantus est, bonitas et beatitudo est? ob hoc, quantum in ipso est, carissimi, omnem hominem uult saluum fieri, quia in omni homine opus suum diligit, et inpense tibi largus est de suis opibus, si tu tibi ipse non sis inuidus et auarus de his, quae deus tua fecit, non ut causa tibi ad mortem, sed ut reditio ad uitam foret. o abundantia bonitatis dei! uult fenerari ex his, quae ipse largitus est; cupit debitor fieri donorum suorum, ut cum multa tibi ratione tuam reddat usuram.

6. Propera igitur, frater, tam uberem tibi obstringere debitorem, ut et amicum te ex seruo uocet et in tuis terrestribus nummis te expertus fidelem de suis caelestibus thesauris diuitem faciat. ne trepides, ne cuncteris, ne parcas. esto uiolentus deo, rape regna caelorum. qui uetat aliena contingi sua gaudet inuadi, et qui damnat auaritiae rapacitatem laudat fidei rapinam. pransores tui dudum stant pro foribus tuis tempus et regem mensae opperientes. tu conuiuas moraris; curre sollicitus, ne diutius maneant ieiunantes et iniuria eorum excitetur is, qui fecit illos et qui illos bono tuo pauperes fecit. nam

8] (Ps. 15, 2). 9] I Tim. 2, 4. 18] (Ioh. 15, 15). 21] (Matth. 11, 12). 26] (Prou. 14, 31).

1 benefacientiae *O*, benificentiae *F*; suae *add. FPU* 2 tibi *O*, et tibi *cet.* quo *FOPU* 6 bonus] nobis *O* 7 indulgeret *O* 10 inpensae *L* largitus *FPU* 12 iis *v* 13 reditio *scripsi*, perditio *O*, precio *FLP*, pretio tibi *U*, precium *v* foret *s. l. m. 1 F*, forent *v* obundatio (o *om.*) *L* bonitas *O* 14 iis *v* ipse *om. U* 15 tua *O* 17 prepera *U* 19 expertum *O* tuis *F* te diuitem *L* 20 parcas] ne dubites *add. FPU* 21 deo deo *U* rape *Lv*, rapere *OP*, capere *FU* 22 qui *om. L* 24 operientes *FLPU*

potuerat, dilectissimi, dominus omnipotens aeque uniuersos diuites facere, ut nemo indigeret altero; sed infinitae bonitatis consilio sic parauit misericors et miserator dominus, ut tuam in illis mentem probet. fecit miserum, ut agnosceret misericordem. fecit inopem, ut exerceret opulentum. materia diuitiarum tibi est fraterna paupertas, si intellegas super egenum et pauperem, nec tibi tantum habeas quod accepisti, quia ideo et illius partem tibi in hoc saeculo contulit deus, ut tibi deberet quicquid de suis donis tuo uoluntario affectu indigentibus obtulisses ac te uicissim in aeterna die de illius parte ditaret. per ipsos enim nunc accipit Christus et tunc pro ipsis rependet. docet enim nos et euangelicus ille diues a tartaro et in Abrahae sinu iam non mendicus Eleazar, qui in illa poenali ardentis diuitis egestate refrigerio uitae adfluebat; docet, inquam, istud exemplum uicissitudinem esse istic et illic humano generi distributam repensandumque illic pauperibus quod istic uidetur negatum, et contra diuites, qui pauperibus istic inopes fuerint, nihil de pauperum felicitate capturos mendicitatemque perpetuam cum abundantia poenarum pro iniuria pauperum digna ultione referendam.

7. Quare ambulate, ut scriptum est, ut filii lucis in lumine, dum lumen habetis; et sic age, Christiane, dum resipiscendi et prouidendi dies subpetit, ut audire merearis a domino: euge, bone serue, quia in paucis fidelis fuisti, supra multa te constituam. uide igitur et intende huic uerbo, frater, et noli neglegere gratiam, quae tibi oblata est. noli descendere uacuus in domum Christi, quae est ecclesia dei uiui. de tuis multis uel parua si tribuas, multam tibi reliquorum tuorum adiectionem parasti. plurimi te expectant et in aduentum tuum pendent circumspicientes quando

6] (Ps. 40, 2). 13] (Luc. 16, 24). 21] Ioh. 12, 35. 24] Matth. 25, 21; Luc. 19, 17. 27] (Ex. 23, 15). I Tim. 3, 15.

2 infintae *F* bonitatis sue *U* 9 quicquid] quid *O*, qđ *v* 10 de *om. U* 13 eleazar *O*, lazarus *cet.* 17 uidebatur *F*, uideatur *LPU* 23 resipicendi *L* mereatis $P^2U$ a] audiris a *F* 24 serue bone *F* fuisti fidelis *F* 25 hic *F*

te uideant. tibi inpenduntur cunctorum inopum preces et uota debilium. uide ne tam pios mutare cogantur affectus et in querelam preces uertant et aduersum te editi gemitus, quos necessitas laborantium te non miserante confectis extorserit, feriant et inuitent patrem orphanorum, uindicem uiduarum et conpassorem pauperum deum.

8. Caue ipsum te tantummodo ames, si te amas, quia iniquitatis est ista dilectio, et qui diligit iniquitatem odit, ut scriptum est, animam suam; plenitudo legis est dilectio proximi, quod omnis homo homini est germanitate naturae. parem ergo curam tui et pauperis gere, ut imiteris imitatorem Christi non tibi sed aliis utilia curando, ut tui inpensius deo cura sit. uide enim quanto crimine te superbia aut auaritia discernat ab eo, cui te deus opere suo iunxit. refice esurientem animam, et non timebis in die malo ab ira superuentura. beatus enim, inquit, qui intellegit super egenum et pauperem, in die malo liberabit eum dominus. operare igitur et excole hanc regionem terrae tuae, frater, ut germinet tibi frugem fertilem, plenam adipe frumenti, magno cum fenore centesimum tibi fructum multiplicati seminis adferentem. in huius uel possessionis uel negotiationis adpetitum et studium sancta et salutaris est auaritia; nam talis cupiditas, quae regnum caeleste meretur et bonum perenne desiderat, radix bonorum est. tales igitur, ut supra dictum est, diuitias concupiscite et huiusmodi possidete patrimonium, quod in centenos fructus uobis creditor pensitet, ut

5] (Ps. 67, 6). 8] Ps. 10, 6; Rom. 13, 10; Luc. 10, 36. 12] (I Cor. 10, 33). 16] Tob. 4, 11; Ps. 40, 2. 20] (Matth. 13, 8).

3 gemitus editi *U* 5 inuitant *FPU*, irritent *coni. Sacch.* orfanonorum *O* uindicem *scripsi*, et iudicem *L*, iudicem *cet.* 7 ames] ame *O* amas] ames *U* 8 et] ut *FU* diligit se *FOPU* iniquitate *FPU* 9 plenitudo] autem *add. v* 10 homini est *Ov*, hominem *cet.* germanitatẽ *O*, germanite diligat (diligat *m. 2 add.*) *L* 11 paperis *U* 12 tui *L*, tuae *FO*, tue *PU* 13 cura *Lv*, cure *FPU*, curae *O* etenim *U* 14 decernat *F* 17 malo *O*, mala *cet.* liberauit *O* 19 tibi] ti *O* 24 desiderat *v*, desideret *ω* 26 creditos *Ov* pensitet ut *Ov*, penset et ut *cet.*

uestros quoque uobiscum bonis perennibus augeatis heredes. possessio enim haec uere magna et pretiosa est, quae possessorem suum non cumulo saeculari onerat, sed reditu ditat aeterno, quae lacte et melle manat et non de aluearibus neque pecoribus expressum dulcium nectar liquorum, sed per flumina laeta diffusum suis praebet agricolis.

9. Verum, dilectissimi, non solum ut bona aeterna quaeratis, sed ut mala innumera uitare mereamini, praesenti sollicitudine et sedula operatione iustitiae prouidete. magno enim adiutorio atque praesidio tibi opus est et multarum atque indeficientium orationum patrociniis indigemus. aduersarius enim noster non quiescit et in nostrum peruigil hostis interitum obsidet omnes uias nostras egressusque et aditus omnium diligenter explorat; uniuscuiusque uestigiis comes indiscretus adfigitur ac saepes egressibus nostris obicit et pedibus interserit, ut in plano quoque latentem salebram male cautus offendas. unde scriptum est: sunt uiae quae uidentur hominibus planae, nouissima autem earum tendunt in infernum. quod si securus in plano neque cautus in lubrico decidas, ilico inruit et lapsum premit; nec parcit omittere, nisi frangat et deuoret. per cuncta igitur caue; dum infers pedem, cuncta circumspice. ex omnibus enim partibus zabulus inminet sicut leo paratus ad praedam. neque ipsi terrae tuae credas; suspenso tibi, immo munito calcanda uestigio, quae ut peccatum primi patris in uniuersa hominum carne cognoscens, spinis et tribulis et serpentibus ac bestiis ferax, sententiam

12] I Pet. 5, 8. 17] Prou. 14, 12. 16, 25. 22] Ps. 16, 12. 25] (Gen. 3, 18).

2 uero *U* 3 omerat *F*, honerat *P* redditu *FLPU* redit aeterno (u ditat *om.*) *O* 4 neque] neque de *FPU* 5 peccoribus *L* sed per] super *L* 8 ut] ut et *PU* uetare *U* 10 tibi *ω*, nobis *v* 11 aduersarus *O* 12 quiescet *FP* 13 additus *P* 14 cuiusque *FPU* afficitur *U* 15 saepe se *L*, sepe *FPU* 18 nouissime *O* 20 ruit *F* et frangat *U* 21 caue dum] cauendum *U* 22 zabolus *F*[1]*PU*, diabolus *F*[2] 23 ipse *F* *post* credas *distinctionem om. Schot.* 24 immo munito *coni. Rosw.*, in monumento *ω*, in momento *coni. Sacch.* calcandae *v Schot.* ut *scripsi, om. Lv,* in *cet.*

creatoris exequitur. multae praeterea nobis in hoc saeculo cruces, innumera discrimina, morborum labes, febrium ignes et dolorum tela grassantur in animas, cupiditatum faces accenduntur, ubique praetenti latent laquei, undique stricti horrent gladii, inter insidias et pugnas uita transigitur et per ignes doloso cineri subpositos ambulamus.

10. Igitur priusquam in aliquam tantarum aegritudinum labem casu uel merito actus incurras, festina medico susceptus et carus fieri, ut in tempore necessitatis paratum habeas remedium salutis. aliud est, quando tu solus oras pro te, et aliud, quando multitudo pro te apud deum trepidat. tu taces, et cum taces, illi pro te clamant. et uident te et adrident. inueniunt te et adsalutant, et egestatis et debilitatis inmemores corpora ipsorum tua sanitate uegetantur, animae tuo aspectu uigescunt. tu quippe ager illis fertilis, tu fundus es fructuosus; et illi uicissim tibi locuples et pretiosa possessio sunt. te filiis suis praeferunt et pro te prius quam de se quisque sollicitus, aut cum sua aut ante suam salutem orat tuam. non sui neglegentes, sed amore translato in te quisque se diligit et tuam uitam suae uitae precatur, quia fructus illius uita tua est et diuitiae tuae illius opes, paupertatis diuitiae sunt. in omnibus ecclesiis pro te rogant, in omnibus plateis tibi gratulantur, et in locis singulis ad commemorationem tui nominis eriguntur benedicentes dominum et absentem te in suis manibus exosculantur. semper te uident et numquam te non uident, quia animo conplectuntur, quo cernimus absentes. in-

9] (Eccli. 38, 1).

1 creatoris *ex* saluatoris *P* 3 crassantur *L* accendunt *O* 6 dolose cineris subposito *O* ambulemus *U*[1] 7 aliqua *F* 8 uel] ue *O* 11 apud deum pro te *FPU* 12 cum taces *om. L* ille *FPU* clamat *PU* *alt.* et *om. L* 13 salutant *L* 14 uectantur *F*, uetantur *U*, uettantur *P* 15 illo *F*, ille *PU* 16 locuplex *FPU* sunt possessio *FPU* 17 quam] quadam *FPU* 18 *pr.* aut] et *F* orat tuam *om. FPU* 20 suae uitae] sua uirtute *L* fructus *O*, tuus fructus *cet.* uita tua *O*, uita *cet.* 21 opes et *v* paupertatis *O*, paupertate *FPU*, paupertati *L*, paupertates tuae illius *v* diuitiae *v*, diuites *ω* 22 tibi] pro te *L* 25 osculantur *FO*, exobsculantur *U* et—uident *om. U*

scriptus es enim et inpressus cordibus eorum per multam tuam in eos humanitatem. nec famem metuunt securi ciborum tuorum neque hiemem pertimescunt, quia tu praeuenis et excludis hiemem uestium praeparatu. beatus homo, quem ueniens dominus inueniet ita facientem!

## XXXV.

Beatissimo et venerabili semper nobis desiderantissimo patri Delphino Pavlinvs.

Breues sanctae affectionis tuae litteras magno affectu nobis copiosas in toto, quo desiderauimus, corde suscepimus. sed quia omni rei tempus est, nunc ut in tempore contristationis tempus etiam breuiandi sermonis esse uisum est. contristatos autem nos uehementer fatemur non tam de obitu corporali fratris nostri quam de neglegentia eius spiritali, qua relinquendarum istic potius curarum quam prouidendorum illic remediorum memor posthabenda praeposuit et praeponenda posthabuit. quem oportuit et illa potiora pro se curare et haec temporalia pro filiis non praetermittere. unde petimus, ut paterna affectione conpatiens huic nostro dolori meminisse digneris et illum quondam spiritalem tibi filium gratia dei fuisse progenitum et ideo tuae specialiter curae hanc esse causam, ne pietatem tuam, quae nobis filiis gloriabatur, dilapi-

4] Matth. 24, 46. 11] Eccl. 3, 1. 16] (II Cor. 12, 14). 22] (Luc. 15, 13).

1 et *Lv, om. cet.* 4 hiemen *O* uestitum praeparatu *L,* praeparatu uestium *U* 5 inueniat *U* facientem] ualeas oro *add.* $FP^2U$. — finit de gaiophilatio *O,* finit de gazophylactio *v*

*FLMOPU.* — itē epistola eiusdem ad eundem · XII · *L,* ad eundem XX · *M,* incipit ad eundem quinta *O,* epistola sancti paulini episcopi ad dalphinum episcopum ubi de significato sibi excessu fratris sui plurimum dolens rogat ipsum ut pro eo dominum supliciter deprecetur: si quomodo suo interuentu etternas penas euadere possit *U* 7 desideratissimo *FPU* 8 delfino *LMO,* dalphino *FPU* 11 ut *Rosw., om. LM,* et *cet.* 15 reliquendarum *U* 16 proponenda *O* 17 posthabiit *O* 18 hec *F,* hoc *U* 19 copatiens *M*

data hereditariae portionis substantia confundamus, sed potius ut orationibus tuis condonetur tibi, ut et illius animam uel de minimo sanctitatis tuae digito distillans refrigerii gutta respergat et nobis, dum tempus est, recurrentibus ad te et clamantibus: pater, peccauimus in caelum et in te; iam non sumus digni uocari filii tui, pro confessione peccati diuina miseratio te interueniente succurrat, ne perabsumpta patris aeterni substantia, quam cotidie peccata nostra dilapidant, obruamur pudore redeundi et in longinqua regione commorati ut in custodiam escamque porcorum indignam, quod nefas est, deducamur.

## XXXVI.

SANCTO ET MERITO VENERABILI AC DILECTISSIMO AMANDO PAVLINVS.

1. Dulcissimum oris uestri gustum in breui sanctitatis uestrae sermone libauimus. nam sicut mellis gutta idem sapit quod totus fauus, sic et in uno licet uerbo stillicidium linguae uestrae totum sanctae animae uestrae saporem refert, quia quicquid de bono thesauro promitur bonum atque pretiosum est. nec ideo margarita uilis est, quia exigua, sed ideo magis pretiosa,

3] (Luc. 16, 24). 5] Luc. 15, 18. 17] (Matth. 12, 35; Luc. 6, 45).

2 anima *FOPU* 3 destillans *O* 5 *post.* in] coram *M* 7 perabsumpta *scripsi,* per assumpta (b *superscr.*) *P,* per adsumpta *O,* per absumtam (b *in ras.*) *L,* per absumptam *FMU,* pro absumpta *v* 8 substantiam *LM* 9 commorati ut *scripsi,* commorantium *FOPU,* commorati *LM,* commorantes *Schot.* 10 indigna *O* 11 nephas *FPU* deducamur] ualere te opto *add.* $P^2U$. — explicit *L,* finit ad delfinum V *O,* explicit liber tertius epistolarum paulini episcopi nolani *U*

*FLMOPU.* — item epistola s̃ paulini ad amandũ · XIII · *L,* ad amandum ep̃m · XX · I · *M,* incipit ad amandum episcopum prima *O,* meropii paulini episcopi nolani liber quartus epistolarum ad amandum presbiterum incipit feliciter. epistola sancti paulini episcopi ad amandum presbiterum ubi ei gratias refert pro missa epistola: et deprecatur eum munere kritatis pro fratre suo iam defuncto, ut ab etternis penis eruatur dominum exorare dignetur *U* 13 merito et *L* Paulinus salutem *F* 14 sanctitati *U* 15 sermone *om.* *FPU* quo *L* 16 sit *F*

quia et in exiguo modo magnum pretium habet, ita ut, sicut euangelica quoque testatur auctoritas, profligatis etiam conparanda patrimoniis adpetatur. sed et granum sinapis, quod minimum uidetur in semine, maximum tamen extat in olere. cuius seminis uerbum quia in uobis satum est et in corde uestro uiget, unde cor ardens habetis in uia domini, ideo etiam breuis sermo uester dulcedinem simul ac uigorem uerbi caelestis tenet et nobis ministrat, ut nos etiam uestrae prudentiae sale condiamur.

2. Et ideo nos quoque imitabimur in hac epistola parsimoniam sermonis uestri, etsi plenitudinem sensus uestri non ualeamus imitari, hoc tantum respondentes, quod praecipue, cum haec scriberemus, curae nobis erat ex recenti dolore fraternae diuulsionis, quem etiamsi temporaliter ab hoc saeculo sciamus adsumptum, in illo nobis cito consequendum, tamen ea uerius causa obisse lugemus, quia ex his, quae gesta ab ipso in finem eius uel ordinata sunt, peccatis magis nostris quam uotis congrua egisse perspeximus, ut mallet ad dominum debitor transire quam liber. ob hoc inpense rogamus, ut quasi frater, quod nobis in domino esse dignaris, unanimos fratres iuuans et hanc meritis fidei tuae mercedem accumules, ut pro eo infirmitati nostrae conpatiaris et orandi labore conspires, ut misericors et miserator deus, qui facit omnia in caelo et in terra et in mari et abyssis, refrigeret animam eius stillicidiis misericordiae suae per orationes uestras. quia sicut ignis accensus ab eo ardebit usque ad inferos deorsum, ita procul dubio etiam ros indulgentiae eius inferna

2] (Matth. 13, 32. 46). 6] (Luc. 24, 32). 8] (Col. 4, 6). 20] (Prou. 18, 19). 23] Ps. 134, 6. 26] (Deut. 32, 22).

1 et *om.* *F* sicut et $F^2$*LPU* 2 etiam] et *F* 3 adpetatur *M*, adpetitur *O*, appetitur *cet.* 5 nobis *FPU* 8 celestis [uerbi] *L* 11 et similitudinem [pleni] *O* 12 ualemus *FPU* 14 deuulsionis *L* etsi *M* 15 absumptum *FPU* in—consequendum *om.* *M* 16 obiisse *F*, abiisse *U* iis *PU* 17 eo [ipso] *O* eius *om.* *M* 20 unanimo *FPU* 21 uiuamus *F* 22 laborem *O* 23 miserator et misericors *M*

penetrabit, ut roscido pietatis eius lumine in tenebris ardentibus aestuantes refrigeremur.

3. Ora et pro nobis, ne in peccatis nostris moriamur; notum faciat nobis dominus finem nostrum, ut sciamus quid desit nobis et properemus adinplere quod restat, ut non reuoluamur in medio dierum inanium, texentes operibus uacuis araneae telam, sed dies pleni inueniantur nobis, ut simus pueri centum annorum morientes, id est malitia paruuli et sensibus perfecti; ita fiat, ut mortui superstitibus exemplo bono salubrem paenitentiam relinquamus, neque septem dies luctus noster excedat, si consentiamus in huius uitae uia aduersario nostro id est spiritui ac uerbo dei, quod nobis peccantibus aduersatur. nam et spiritus arguit mundum de peccato, et sermo dei, ut dominus in euangelio contestatur, si ei non pareamus, accusator noster erit et tradet nos iudici uerbo, qui rationem talenti sui usque ad nouissimum quadrantem exiget et nisi exercitio pietatis, quae ad omnia utilis est, duplicatum pecuniae suae fenus receperit, otiosae fidei partem cum infidelibus ponet, quia proximus infideli est qui mortuam sine operibus fidem uacuo Christiani nomine gerit. et hic est insipiens, cuius luctus omnis temporis est, quia timorem domini non habens caput sapientiae non tenuit. et factus in cauda est, quia non habitat in medium domus qui diligens iniquitatem odit animam suam et traditus mini-

4] (Ps. 38, 5). 5] (Ps. 101, 25). 6] (Iob 8, 14). 7] (Ps. 39, 9. 72, 10). (Es. 65, 20). 8] I Cor. 14, 20. 10] (Eccli. 22, 13). 11] (Matth. 5, 25). 13] Ioh. 15, 22. 16, 8. 15] (Matth. 5, 25). 17] I Tim. 4, 8. 18] (Matth. 24, 51. 25, 27). (Luc. 19, 23). 20] (Iacob. 2, 17). 21] Eccli. 22, 13). 22] (Deut. 28, 44). 24] Ps. 10, 6. 101, 7.

1 penetrauit *FPU* ruscido *FPU* 2 refrigeñt (ut *in ras.*) *M* 3 et *om. F* neç *O* 5 et] ut *F* proponeremus *F* 6 texentis *FU* areneae *O* 7 inueniẹntur *M* in nobis *LM* 9 fiat *F s. l.* 10 aeque *FPU* 11 excidat *FOPU* 13 spiritu *F* arguet *F* 14 ut] et *FPU* 15 traddit *P*, tradidit *U* non *F* 17 exigit *FLU* 18 recepit *O*[1] 19 ponet *M*, ponit *cet.* proximum *PU* infidelis *O*[1] 20 uacuo *LM*, uacuam *cet.* 21 cuius *Ov*, huius *cet.* 23 medio *Mv*

stro inferni carceris mittitur in tenebras exteriores, quia secundum exteriorem hominem uixerit. propterea hic sine fine lugendus est, quia in ignem damnandus aeternum sine fine morietur.

4. Pacem ergo habeamus ad dominum, pacem non huius mundi, quae amica peccatis deo dissidet, sed pacem Christi, quae cum deo conserit et nos Christo conformat, si adhaereat uerbo dei anima nostra, ut efficiamur unum cum deo per interuentum mediatoris, qui est pax nostra, quia fecit utraque unum, naturas discordes dei et hominis in se copulans, et in nobis duo unum faciens, id est carnem animae spiritali consentientem; et tunc ignis in medio nostrum manebit, seu horum in nobis duorum uel cum spiritu trium consensus inuitet, ut faciat in corde nostro sibi placitam cum patre et spiritu mansionem et uicissim nos ubi ipse est ducat, dicens: intrate in gaudium domini uestri.

## XXXVII.

### Victricio vnanimo fratri Pavlinvs.

1. Sicut aqua frigida sitienti et bonus nuntius de terra longinqua, ita nobis refrigerio et refectioni fuit elo-

1] Matth. 22, 13. 5] Rom. 5, 1. (Ioh. 14, 27). 8] (I Cor. 6, 17). 10] Eph. 2, 14. 14] (Ioh. 14, 23). 16] Matth. 25, 21. 19] Prou. 25, 25.

1 mittur *L* 2 exterioris *O* 3 dampnatus *M* in aetternum *U*, in eternum *P* 5 deum *LM* 6 desidet *F*, dessidet *P* 7 conserit *O*, consenserit *FLPU*, consentit *M* 8 adherat (e *superscr.*) *L* 9 dño *O* 12 tunc *ex* nunc *L* ignis] ipse *M* 13 horum *O*, harum *cet.* duarum *LM* cum] trium *M*, eum *Lebrun ex cod. Vienn.* spiritu *coni. Sacch.*, spirituum *ω* ut conspirituum *Rosw.*, uel eum spirituum *Lebrun ex codice Vienn.* trium] illum *M* 15 noṣ *F* est *F s. l. m. 2* 16 ducens *U* uestri] uale uale *add. F*, opto ut ualeas *add. P²U.* — explicit *L*, finit · I · *O* *FLMOPU.* — epistola s̃ paulini ad uictricium rotomagensẽ ep̃m XXVII · *L*, ad uictricium rotomagensem ep̃m · XXX · V · *M*, incipit ad Victricium prima *O*, meropii paulini nolani episcopi liber quintus epistolarum ad diuersos incipit feliciter. epistola sancti paulini episcopi ad uictritium episcopum ubi de humilitate et patientia in persequutionibus

quium sanctitatis tuae, quod per epistolam breuem quidem uerbis sed caritate prolixam in manu carissimi portitoris accepimus hoc est, filii nostri Candidiani, cuius gratiae congratulati sumus, quia propter 'uerba labiorum sanctorum prompto spiritu inpigrum carnis infirmae iumentum angariauit in uias duras non uirtute sed fide fretus. et sine dubio per orationes tuas quasi pennas columbae aut pedes cerui ad inplendum caritatis ministerium roboratus accepit et inde in paruo corpore quasi gigas factus exultauit ad currendam uiam, et repleuit animam nostram benedictione dulcedinis, adferens nobis epistolas desiderabiles super aurum et lapidem pretiosum nimis et super mel et fauum dulces. quibus mentem nostram de peccatis amaram, quasi merram illam in manu Moysi per lignum mysterii, ita beatitudinis tuae sanctus et dulcis adflatus in dulcedinem laetitiae spiritali suauitate mutauit. nam et inde tristati amaritudinem duxeramus, quod ex urbe ad nos, sicut sperabamus, breui itinere non ueneras, qui ad urbem per tanta terrarum spatia perueneras. fateor enim me huius boni damno non solum contristatum sed et confusum fuisse; numquam enim magis mihi ipsi, ne dicam aliis, manifestata fuerant peccata mea, quam quod mihi de tam proximo uultus tui lumen inuiderant. numquid enim dei manus, quae tam longe te perduxerat, prope non ualuisset adducere? sed peccata nostra grandi muro desideriis nostris opposita inter nos et te separauerunt. uae mihi misero pec-

5] (Ps. 16, 4). 7] (Ps. 17, 34. 54, 7). 9] Ps. 18, 6. 11] Ps. 18, 11. 14] (Ex. 15, 25). 25] Es. 6, 5.

habenda: et de misterio trinitatis et incarnationis domini nostri yħu xpi aperto sermone prosequitur *U* scō et merito uenerabili ac dilectissimo fratri uictricio paulinus *LM*, *om.* *OP*[1] 18 Paulinus] XXII *add.* *F* 19 sçicienti *P* 20 loginqua *L* refectionis *O*

1 epistulam *O* 2 in *om.* *LM* 8 misterium *FPU* roboraratus *L* 9 factus *om.* *M* 12 supra *FPU* 13 merram *Lebrun,* mirram *FLU,* myrram *MOP* in *om.* *LM* 14 manus *LM* 15 ducis *F* 15 dulcedinem *L,* dulcedine *FOPU,* dulcedinem quandam *M* 20 confissum *L*[1] 21 manifesta *FMPU* fuerunt *M* 22 inuiderant lumen *U*

catori inmunda labia habenti, qui audeo dicere te prope nos uel nos prope te fuisse, cum, etiam si ad nos usque uenisses, aeque tamen a sanctitate tua longe fuissemus; neque enim locis potuisset aequari aut coniungi tanta uirtutum distantia et longinquitas meritorum.

2. Verumtamen fructibus sanctitatis tuae opus istius pietatis accesserat, et merces in caelo tua de tam pio labore creuisset, si et circa infirmitatem nostram facie et manu tua comminus uisitandam uerbum illud domini salutaris inplesses, quia non est opus medico sanis sed male habentibus. nolo te enim, benedicte uir domino, ita securum esse de nobis, ut putes iam sanatos esse omnes languores animae nostrae, in quibus domino peccauimus et peccamus, quamlibet ipse summus unguentarius, qui ad remedia salutis nostrae conficit uarias unguentorum salutarium atque uirtutum suauitates, medicamentum uitae nostrae non solum de effusione spiritus sui, sed etiam de corporis nostri adsumptione confecerit; factus, ut scriptum est, pro nobis peccatum per similitudinem carnis peccati, in ueritate carnis nostrae, ut de peccato damnaret peccatum, hoc est radicem peccati nostri ipse peccati liber de materia prius peccatrice damnaret, delens illud quod aduersum nos erat mortalis edicti chirographum per sanguinem passionis suae, et inimicitiam, qua separabamur a deo peccatis interuenientibus, interfecit in semet ipso et triumphauit potestates aduersarias carne sua, dans nobis exemplum uiuendi atque uincendi in nobismet ipsis spiritales et inuisibiles inimicos spiritali et inuisibili proe-

9] Matth. 9, 12. 17] II Cor. 5, 21. 19] Rom. 8, 3. 21] Col. 2, 14. 24] Eph. 2, 16.

3 a] et *U* tua sanctitate *U* 7 adcesserat *O*, accesserat *FPU*, accederet *LM*, accessisset *coni. Lebrun* lambore *L* 8 cominus *FPU* 9 saluatoris *LM* 11 in domino *FM*$^1$*PU* 12 sanatos scōs *O* langores *LM* 14 ungentarius *M* 15 ungentorum *LM* suauitatis *O* 22 aduersum *Ov*, in *cet.* mortis *M* cyrographum *FLMP*, cyrografum *U* 24 interfecerit *LM* 25 triumphauerit *LM* in carne *coni. Lebrun*

lio, quod geritur inter legem mentis et legem carnis captiuare nos nitentem in legem peccati.

3. Sed ora dominum et exora, ut adprehendat arma et scutum et exurgat in adiutorium nobis et dicat animae nostrae: salus tua ego sum, ne fiat uia nostra tenebrae et lubricum et operiat nos umbra mortis et dicat inimicus: praeualui aduersus eos. te uero intendente pro nobis arcum orationis non conuertemur in arcum peruersum. exurgat in nobis deus, ut dissipentur inimici nostri, quia propter miseriam inopum et gemitum pauperum, quorum participes sumus, exurrexit dominus, ut auerteret mala nostra inimicis nostris et saluos faceret peccatores, quorum praecipui sumus, sicut infimi seruorum Christi, qui nec ea quae debemus facere possumus, cum et supra debitum legis aliquod uoluntarium munus adicere debeamus affectu nostro, ut magister ipse fecit, cuius tu imitator es, qui potestatem habens de euangelio uiuendi noluit tamen uti potestate sua et abutens licito hanc occasionem sibi cumulandae apud Christum mercedis inuenit, ut euangelium sine sumptu poneret.

4. Tua uero sanctitas non solum de abusione licitorum et abstinentia commodorum uisibilium Christianae paupertatis diuitem gloriam tenet, sed, sicut conperi, etiam de multitudine aduersantium et tolerantia temptationum, quoniam insurrexerunt in te testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi. sed nodus in scirpo et naeuus in lumine non potuit inueniri; non enim sub modio latebat lucerna tua, quae emi-

1] (Rom. 7, 23). 3] Ps. 34, 2. 3. 7] Ps. 12, 5. 8] Ps. 67, 2. 77, 57. 9] Ps. 11, 6. 11] Ps. 53, 7. 12] I Tim. 1, 15. 13] (Luc. 17, 10). 19] (I Cor. 4, 12. 9, 18; I Thess. 2, 9; II Thess. 3, 8). 23] Ps. 26, 12. 26] Matth. 5, 15; Marc. 4, 21; Luc. 11, 33.

2 uos *O* 3 deum *v* 7 intendentem *O*, tendente *v* arcum pro nobis *U* 8 non] ne *FU* conuertamur *FPU* 9 $\overset{\widetilde{ari}}{ei'}$ *M* 12 et] ut *FPU* 13 infirmi *O* 15 de affectu *v* 16 tu *om. LM* 18 occasionem *O* 22 etiam conperi *O* 24 te] me *FO*, $\overset{te}{me}$ *M* 25 et] ut *F* 26 lucebat *FPU*

net et splendide fulget supra candelabrum sanctum, ut luceat omnibus qui in domo sunt et multis domino accendendis luminaribus fomes existat. et ideo inconcussum et stabile permansit candelabrum tuum, quia manibus humanis inpellebatur, ut caderet. non autem merebaris, ut illius manu in ruinam commoueretur, qui habet septem stellas et ambulat inter septem candelabra aurea, habens in ore gladium bis acutum, quo armauit dexteram mentis tuae, ut utriusque testamenti face candentia inimici iacula uictor extinguas et cadant a latere tuo mille et dena milia a dextris tuis, tibi autem non adpropinquent, quem inexpugnabili scuto teget ueritas dei, ut arcus eorum infirmentur, qui in te dicuntur acuisse linguarum machaeras. sed ut sagittae paruulorum, ita infirmati sunt ictus eorum nec potuerunt in corpore armis dei potentibus saepto locum uulneris inuenire; dominus enim protectio tua, et dominus inluminatio cordis tui, qui te in spiritu ueritatis instruxit, ut in doctrina Pauli magister sis gentium cum fide et ueritate, non in inflatione scientiae neque in sublimitate sermonis adnuntians mysterium Christi, sed nihil te iudicans scire inter homines nisi Christum Iesum et ipsum crucifixum.

5. Cum ergo fides et confessio tua, ut credimus atque confidimus, coaeternam trinitatem unius diuinitatis et substantiae

6] Apoc. 1, 16. 2, 1. 9] (Eph. 6, 16). 10] Ps. 90, 7. 14] Ps. 63, 4. 9. 16] Ps. 26, 2; II Tim. 1, 11. 19] I Cor. 2, 1.

1 super *FPU* ut] et *FPU* 2 lucet *U* dn̄os $P^1$, dominis $P^2U$, domin$^{u}$is domus *F* 4 candalabrum *L*, candellabrum *P* 5 implebatur $P^1$ uti *FPU* illius *om. U* 6 conuertentur *FPU* 7 ambulabat *F* 9 ut *F s. l. m. 2* face *v*, facie *O*, acie *FLMP*, atie *U* tela *FPU* 11 quem *Ov*, cum *FPU*, cum te *LM*, quoniam *coni. Sacch.* 12 teget *Ov*, teget te *FPU Sacch.*, tegat *LM* infirmetur *U* 13 machaeras *v*, macheras *O*, machinas *cet.* 14 infirm$^{a}$iti *M* iactus *FPU* 15 poterunt *F* ullum *F* 19 *post.* in *om. OU* semonis *L* 20 adnuntias *O* 21 ih̄m xp̄m *M* ipsum] hunc *M*

et operis et regni esse testetur cumque patrem deum et filium deum et spiritum sanctum deum putet, qui est et erat et uenturus est, qui misit te sicut Moysen et apostolos euangelizare gentibus bona domini, quod ita, ut ipse a deo doctus es, doces: unitatem trinitatis sine confusione iungens et trinitatem ipsius unitatis sine separatione distinguis, ita ut nulla alteri persona conueniat et in omni persona trium deus unus eluceat, et tantus quidem filius, quantus et pater, quantus et spiritus sanctus, sed semper quisque sui nominis proprietate distinctus indiuiduam retineat in uirtutis et gloriae aequalitate concordiam.

6. Certi autem sumus, quod et filium dei ita praedicas, ut eundem et filium hominis confiteri non erubescas, tam uere hominem in nostra natura quam uere deum in sua, sed filium dei ante saecula, quia ipse est dei uerbum deus, qui erat in principio apud deum aeque deus coomnipotens et cooperator patris. per ipsum enim omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil. et hoc uerbum pietatis inmensae mysterio caro factum est et habitauit in nobis, non autem caro tantum corporis nostri, sed homo totus et corporis nostri et animae adsumptione, animae autem rationalis, quae iuxta naturale opificium dei habet insitam mentem; alioquin in tenebris Apollinaris errabimus, si hominem adsumptum deo animam mentis humanae uacuam, qualis est pecorum et

2] Apoc. 1, 4. 3] (Ex. 5—10; Matth. 18, 19; Act. 1, 8). 17] Ioh. 1, 3. 14.

1 cumque] eumque *uel* itemque *Sacch.* 2 putet *scripsi*, ut est (dicat) *M*, ut est *cet.* erat et] qui erat et qui *M* 3 apostolos *v*, apostolus *O*, apostolum *cet.* euangegelicare *F*, euuangelizare *O* 4 quod *om. M* 5 doces *om. FPU* unitatem] uidelicet *add. M* confessione *O* 6 separatio *L* distinguis *O*, distinguens *cet.* 7 omi *O* personat *L* 8 et *U s. l. m. 2* quantus et pater] quantus et pater, tantus pater *fort.* 9 pater (semper) *O* 10 retineat *scripsi*, retinet *ω* in *om. FPU* aqualitate *O* 12 autem] etiam *coni. Sacch.* 13 erubescis *FPU* non erubescas confiteri *M* 15 et ipse *F*, ipse et *PU* est *om. FPU* deus *F s. l.* 19 factus *O* habitabit *FOPU* 20 sed—nostri *om. U* 22 insitẽ *O* 23 appollinaris *O*, appolinaris *P* errauimus *O*

iumentorum, dicamus habuisse, et eum hominem, quem suscepit dei filius, qui necesse est ea ueritate, qua ueritas est et qua creauit hominem, totum susceperit, ut opus suum plena salute renouaret. nulla est autem salus nostra, nisi plena est, quia non hominem, sed aliud nescio quod inrationabilis creaturae animal suscepit dei filius, si mentem suam propriam hominis adsumpti anima non habuit et contra naturam generis humani ille potissimum primogenitus omnis creaturae homo in formam perfectionis humanae adsumptus in tantum mente sua indiguit, ut non de humano sed de diuino spiritu mentem habuisse dicatur. quod illorum ore dicitur, in quorum corde concipitur hoc uenenum, ut et ueritas mentita sit. sed prope te et in te est uerbum ueritatis et ueritas dei. neque indiges spiritu sancto, qui dominum Iesum dei filium deum in gloria dei patris et ad dexteram uirtutis regem regum manere et ex resurrectione mortuorum iudicem uiuis et mortuis adfore confiteris et credis et praedicas.

7. Memento nostri et gloriare secundum apostolum, quia haec in breui temptatio in aeternum tibi gloriae pondus operata est et reposuit tibi coronam iustitiae, quam accipies de manu domini, et in uictoriae materiam tibi bellum excitari permissum est, ut et tibi secundum beatum Paulum doctorem tuum liceat gloriari in passionibus tuis et dilatato super inimicos tuos ore dicere, quomodo laboraueris in longanimitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiae a dextris et sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductor et uerax, sicut ignotus et ecce agnitus, quasi castigatus et non mortificatus, quasi tristis, semper autem gaudens, sicut egens,

19] (II Cor. 4, 17). 20] (II Tim. 4, 8). 22] (II Cor. 12, 9). 24] II Cor. 6, 6.

4 plena est] neque plena est *addiderim* 5 inrationalis *LM* 9 absumptus *U* 11 dicitur *O*, dicatur *cet.* 12 incipitur *U* 19 haec *om. M* 21 et in] in *M* materia *LM* 22 et *om. U* 24 longnimitate *O* 26 a] ad *U* et] et a *LMU* 29 *alt.* et *LM*, es *FOP*, est (t *eras.*) *U*

multos autem locupletans. nam haec ipsa temptatio sanctitatis tuae multis in profectum euangelii uenit, quia nemo in in te confusus est, elucente gratia Christi et ueritate fidei tuae non solum in directione doctrinae tuae sed etiam in uirtute conuersationis, quae in caelis est. non est enim, inquit, regnum dei in sermone sed in uirtute. quid ergo quaeritur, cum in te id, quod et uerbo praestat, emineat? quis enim dubitet in eius spiritu fidem ueritatis habitare, in cuius uita uidet fidei extare uirtutem?

## XXXVIII.

Sancto et merito venerabili ac dilectissimo fratri Apro Pavlinvs.

1. Laetatus sum in his quae scripsisti mihi et secundum fidem tuam, quam corde conceptam ore testatus es. si me gratia domini participem tanti spiritus faciat, spero quia in domo domini ibimus, et quae communi spe fideque percepimus pariter intuentes in facie ueritatis consona exultatione cantabimus hymnum, deo nostro dicturi domino: credebamus quia cinis et terra essemus, si in hoc tempore ita confirmentur pedes nostri in atriis Hierusalem, ut terra et cinis esse

2] (Phil. 1, 12). 4] (Phil. 3, 20). 5] I Cor. 4, 20. 13] (Ps. 121, 1). 19] (Gen. 3, 19; Eccli. 10, 9). 20] (Ps. 121, 2). (Gen. 18, 27).

3 confisus $L^1$ 4 tuae doctrinae *U* 5 regnum dei inquit *U* 6 *alt.* in *om.* *F* queritur *FLMP* 7 pestat *L*, perstat *cod. Vienn.* 8 dubitet *U* 9 uirtutum] opto ut ualeas *add.* $FP^2U$. — finit prima *O*
*FLMOPU.* — epistola paulini ad aprum XXVIIII · *L*, ad aprum episcopum XXXVII · *M*, incipit ad Aprum epm ·I· *O*, epistola sancti paulini episcopi ad aprum episcopum ubi de patientia in aduersis habenda et contentu mundi sermone elegantiore et caritatis flamma ignita multa proloquitur; *U* 11 Meropius Paulinus epla XXIIII · *F* 13 iis *v* 14 in corde *FPU* 16 domum *LMv* in comuni *FU* fide *O* percipimus *F*, precipimus *PU* 18 cantauimus *FPU* dno do *M* dicturi domino *om.* *M* 19 cinus $L^1$ si *in* sed *corr.* *L*, sed *M* tum scilicet dicturi domino, si in hoc tempore *coni.* *Sacch.* confirm$\overset{a}{\text{e}}$ntur *L*, confirmantur *M*

actu et opere desinamus, ita ut in spiritu humilitatis terram esse nos meminerimus et esse fateamur domino, ut per ipsum quod damnatione peccati sumus de reconciliatione gratiae non esse mereamur. beatus es, frater, et bene tibi erit, quia non carne et sanguine sed spiritu caelestis patris reuelante didicisti, quod te inconcussa fide tenere et libera uoce profiteri sanctissimo ad me epistulae tuae fine firmasti Christum Iesum crucifixum dei filium deum, cui flectit omne genu terrestrium caelestium et infernorum et quem ad dexteram uirtutis et in gloria esse dei patris omnis lingua confitetur. hunc tu dominum et deum nostrum, quia non aestimabitur alius ad eum, toto arcanae pietatis mysterio amplexus dominum et deum dei filium ante saecula, factum ex semine Dauid in hoc saeculo et nunc ex resurrectione mortuorum in spem aeternitatis humanae uiuentem in saecula, ut est, credis et, ut credis, praedicas; et rudem esse te atque infantem deo dices? uere quidem ex parte credo paruulum esse te factum sed malitia, sensu autem te esse perfectum de professione fidei tuae disco, quia ueritatis agnitio, quam adprehendisti in sermone breuiato, sapientiae plenitudo est, et ideo ipse magister gentium, uas electionis et uas dei, qui in se Christum loqui et se spiritum dei habere profitetur, non in sublimitate sermonis neque in legis scientia gloriatur, sed omnem gloriam, quà uel Iudaeorum uel philosophorum sapientia inflatur, abiecisse se et aestimasse ut stercora protestatur, ut Christum lucrifaciat et illius scientiae damno huius inperitiae lucrum consequatur, ut dicat: ego autem nihil noui nisi

4] Ps. 127, 2. 5] (Matth. 16, 17). 8] (Phil. 2, 10). 11] Baruch 3, 36. 13] Rom. 1, 3. 17] (I Cor. 15, 20). 20] (II Cor. 13, 3). 22] (I Cor. 7, 40). I Cor. 2, 1. 25] (Phil. 3, 8). 27] I Cor. 2, 2.

1 ita ut] itaque *M* 2 non *U* 3 de damnatione *coni. Sacch.* 6 profiteris *FPU* 8 crucifissum *U* flectit *OPU,* flectitur *FLM,* flecti *v* celestium terrestrium *FMPU* 9 dextram *F* 11 extimabitur *FPU* 12 ad deum *U* tota *FOPU* 15 aeternitis *L*¹ credis et *LMv,* credidisses *cet.* 17 dicis *LM* te esse *F* 19 quem *U* adprehendistis *O,* apprehendistis *FP,* aprehendistis *U* 25 se *om. FPU* extimasse *FPU,* aestimasse se *M* 27 consecratur *U* ut] et *M*

Christum Iesum et hunc crucifixum; in quo quoniam omnis sapientiae et scientiae plenitudo atque perfectio conprehenditur, ut insultans huic mundo et litteras eius totamque sapientiam uanitate spiritu celsiore despiciens ait: ubi scriba, ubi sapiens, ubi conquisitor huius saeculi? nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? causamque huius erroris ostendit, quo ita percuti sapientia huius saeculi meruit, ut stultitia deo sit, quia illi per adrogantiam sapientiae tamquam suae, cum nemo quicquam habeat nisi acceperit, stultitia uideretur sapientia dei. bene igitur secundum iustitiam dei stultitiae ac sapientiae uersa uice eo stulti esse damnantur, qui sibi non de dei munere sed de suo quasi proprio bono sapientes uidentur.

2. Quo magis gratulor unanimitati tuae, quod illam reprobatam deo sapientiam respuisti et cum paruulis Christi quam cum sapientibus mundi habere consortium maluisti. inde iam et hanc gratiam mereris a domino, ut te, sicut indicare dignatus es pie glorians, oderint omnes, quod non fieret, nisi uerus imitator Christi esse coepisses. non enim odisset hic mundus nisi quod iam a se alienum et sibi uideret aduersum. gaude et exulta; iam et in rudimentis tuis uirtus perfectionis operatur. perspicuum est quam fortiter credideris in Christo, cui iam donatum est pro Christo pati. uide quid dicat ipse dominus et intellege quam beatus sis. nolite mirari, inquit, si uos mundus odit, quia me prius odio habuit. si enim ex mundo essetis, amaret utique mundus quod suum

2] (Col. 2, 3). 4] I Cor. 1, 20. 10] (I Cor. 4, 7). 15] (Matth. 11, 25). 19] (Ioh. 15, 19). 24] Ioh. 15, 18. 25] Ioh. 3, 13.

1 crucifissum *U* quoniam *om. FPU* 3 ut *om. O* et totam *U* 4 uanitate *Ov,* uanitatis *cet.* sapientiae uanitatem *Latinius,* sapientiam uanitatem *Schot.* 6 dominus *U* huius seculi sapientia *FP* 8 sit deo *U* errogantiam *F* 10 uidetur *LM* igitur] ergo *M* 11 dei *om. U* ac] et *LM* 12 quia *U,* quo *M* muneris *O* 14 repobatam *P,* te probatam *U* 15 a deo *LM* deo reprobatam *F* 17 mereris *Ov,* merens *cet.* 18 gloriaris *FPU* 20 et sibi] sibique *M* 22 crederis *F* 24 si] si uos (*sed* uos *exp.*) *M* 25 mundus uos *U* me priorem uobis *M*

esset. et iterum: non est maior seruus domino suo. si patrem familias Beelzebub dixerunt, quanto magis domesticos eius? uide nunc, si licet ut serui pro domino recusemus pati quae pro nobis seruis suis dominus ante sustinuit. o beata iniuria displicere cum Christo! magis nobis timendus est amor talium, quibus sine Christo placetur. nonne qui oderant te, inquit, oderam illos? et addidit: perfecto odio oderam illos. quod nobis cum horum societate commercium sit, cum quorum sorte discretio est?

3. Merito gloriaris, uenerantissime frater, et in exultatione dicis hinc te ipsum tibi credere quod Christianus sis, quia te odisse coeperint qui diligebant et despicere qui timebant, et ipse tibi conscius es, quia si tu ipse tantum apud te esses, aeque, ut solebant, et diligerent te et uenerarentur. gaude igitur et exulta, ecce enim merces tua copiosa in caelis. non enim te, sed illum qui in te esse coepit oderunt, cuius opus est in te et humilitas quam contemnunt et castitas quam detestantur, in quo te bono prophetarum esse apostolorumque participem laetus agnosce et in propheta, cum dicit: detrahebant mihi, quia subsecutus sum iustitiam, et in apostolo dicente: facti sumus omnium peripsema, et iterum eodem contestante, quia positi sumus in hoc mundo spectaculum omnibus angelis et hominibus. ab initio saeculorum Christus in omnibus suis patitur. ipse est enim initium et finis, qui in lege uelatur, in euangelio reuelatur, mirabilis semper et patiens et triumphans in

1] Ioh. 13, 16. 6] Ps. 138, 21. 22. 14] Matth. 5, 12. 20] Ps. 37, 21. 21] I Cor. 4, 13. 22] I Cor. 4, 9. 25] (Apoc. 1, 8). 26] Ps. 67, 36.

1 seruus maior *M* 2 belzebub *U*, belcebub *F*, behelzebub *M*, belzebuch *P* 3 si licet *PMv*, scilicet *cet.* 5 displicendus *U* nobis *om. M* 7 oderunt *MU* *te (e *eras.*) *L* 8 illos *in ras. L* 10 uenerantissime *O*, uenerandissime *cet.* 11 hinc *Ov*, in *cet.* sis christianus *U* 12 cęperunt *LM* 13 tanti *v* 15 copiosa est *L* 16 esse coepit oderunt] est odi ceperunt *FPU* 18 detestatur *O* 21 peripsema *v*, peripsima *ω* 23 speculum *U* 25 est *om. LM* finis] fons *FPU*

sanctis suis dominus, in Abel occisus a fratre, in Noe inrisus a filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatus, in Iacob famulatus, in Ioseph uenditus, in Moyse expositus et fugatus, in prophetis lapidatus et sectus, in apostolis terra marique iactatus et multis ac uariis beatorum martyrum crucibus frequenter occisus. idem igitur etiam nunc infirmitates nostras et aegritudinem portans, quia ipse est homo semper pro nobis in plaga positus et sciens ferre infirmitatem, quam nos sine ipso nec possumus ferre nec nouimus, ipse, inquam, nunc quoque pro nobis et in nobis sustinens mundum, ut perferendo destruat et uirtutem in infirmitate perficiat, ipse et in te patitur obprobria, et ipsum in te odit hic mundus. sed gratias ipsi, quia uincit cum iudicatur et, ut scriptum tenes, triumphat in nobis per speciem seruitutis dominus, seruis suis gratiam libertatis adquirens idque agens hoc pietatis suae mysterio, quo formam serui induit et pro nobis humiliare se dignatus est usque ad mortem crucis, ut humilitate uisibili inuisibilem illam nobis in caelestibus sublimitatem intus operetur. uide enim ab initio unde ceciderimus, et intelleges quod diuinae sapientiae pietatisque consilio reformemur ad uitam. in Adam quippe superbia ruimus, atque ideo humiliamur in Christo, ut peccatum sceleris antiqui contrariae uirtutis obsequio diluamus et qui superbiendo offendimus seruiendo placemus.

4. Exultemus itaque et gloriemur in ipso, qui nos et pugnam et uictoriam suam fecit dicens: c o n s t a n t e s e s t o t e, q u i a e g o u i c i m u n d u m. et in regnorum libro similiter audio prophetam dicentem regi Iosaphat, cum ingenti mole belli et

1] (Gen. 4, 8). (Gen. 9, 22). 2] (Gen. 12, 10). (Gen. 27, 43). 3] (Gen. 37, 28). (Ex. 2, 3). 4] (I Par. 24, 21). (Act. 7, 57). 5] (Heb. 11, 37). 6] (Es. 53, 4). 8] (II Cor. 12, 9). 13] (Ps. 50, 6; Rom. 3, 4). 14] (II Cor. 2, 14). 16] (Phil. 2, 7). 19] (Gen. 3, 5). 25] Ioh. 16, 33.

7 egritudines *LM* 11 distruat *O* 12 obpropria *F* 15 gratiam libertatis] libertatem *M* 18 sublitatem *U* 19 quo *coni. Sacch.* 20 de diuinae *FPU* 21 ruimur *L* 23 deluamus *FPU* placeamus (l placemus) *M* 25 suam et uictoriam *M* 26 audeo *O*[1] 27 iosophat *F* cui *U*

magna hostium multitudine terreretur. haec dicit dominus: ne timeatis neque expauescatis a facie multitudinis huius, quia non uobis est haec pugna sed domino. Moyses quoque similiter ante iam dixerat: uos tacebitis, et dominus pugnabit pro uobis. igitur qui confidunt in uirtute aut sapientia sua quique in abundantia diuitiarum suarum gloriantur, exacuant ut uolunt aduersum nos arma dentium et uerborum sagittas, uenena thesauri mali uipereis uomant linguis; habent pro nobis respondentem sibi dominum: tacui, numquid semper tacebo? nos aures nostras spinis, ut scriptum est, sepiamus id est dei uerbo et fide uerbi, quae uitae nostrae segetem firmissima innocentiae atque patientiae sepe defendunt et diabolo dolis suis aditus in praecordia nostra captanti quasi furibus spinae resistunt, et uiscera inimicorum regis id est amatores hostium Christi, hos uidelicet Christianorum obtrectatores, uitae nostrae atque constantiae contemplatione conpungunt. nos igitur taceamus istis loquentes ad dominum silentio humilitatis et uoce patientiae, et tunc ipse, qui inuictus est, pugnabit pro nobis et uincet in nobis. tunc princeps harum tenebrarum mittetur foras, qui utique non ab hoc mundo sed ab homine foras mittitur, cum a nobis fide introeunte discluditur, et dat locum Christo, cuius habitatio peccatum foras mittit et pulsi serpentis exilium est.

5. In huiusmodi autem passione quid facere debeamus propheta nos docet dicens: ego autem, cum mihi molesti essent, induebam me cilicium et humiliabam in ieiu-

1] II Par. 20, 15. 4] Ex. 14, 14. 5] Ps. 48, 7. 10] Es. 42, 14. (Eccli. 28, 28). 12] (Eccli. 36, 27). 19] (Ex. 14, 14). 20] (Ioh. 12, 31). 25] Ps. 34, 13.

2 ne* (t *eras.*) *L* 3 nobis *LMU* 4 moises *FU* 5 pugnauit *O*, pugnat *U* nobis *F* 7 aduersum] erga *U* nos *om. in ras. O* 9 uiperis *L* euomant *LM* repondentem *O* 10 tacebo *exp. M* nos aures nr̃a *exp. M* 12 uita nostra *FOPU* segitem *O*, *om. FPU* firmissime *FU*, firmisce *P* 13 diabulo *O* 15 reges *O* 16 obtrectatore *U* 19 inuinctus *O* pugnauit *O* 20 mittitur *O* 23 et expulsi *FPU* 25 docet] monet *M* 26 cilicio *LM*

nio animam meam, uidelicet ut obtrectatores nostros ea ipsa qua commouentur humilitatis specie destruamus, tantoque magis confundantur coram domino in antiquae adhuc superbiae crimine permanentes, quanto magis nos ipsi gloriamur, in quo confunduntur in nobis. inconfusibilem enim operarium sicut hilarem datorem diligit deus. proinde stabiles in fide ueritatis et operatione iustitiae talium uel odia uel conuicia uiuendo melius quam loquendo arguimus, quia reiciet sermones tuos post se qui odit disciplinam et qui insipientem arguit, ut tenes scriptum, sumit sibi contumeliam.

6. Sibi habeant litteras suas oratores, sibi sapientiam suam philosophi, sibi diuitias suas diuites, sibi regna sua reges; nobis gloria et possessio et regnum Christus est, nobis sapientia in stultitia praedicationis, nobis uirtus in infirmitate carnis, nobis gloria in crucis scandalo, quo mihi mundus occiditur, et ego mundo, ut uiuam deo, non autem iam ego, sed in me Christus, cui consepulti sumus, in quo nunc abscondimur huius mundi oculis, ut confusioni eiusdem cum ipso reuelemur, quando horum quae nunc nobis obicit memor dicet: hi sunt, quorum uitam aestimabamus insaniam, quomodo reputati sunt inter filios dei? sine illos interim, frater dilectissime, fruantur gloria et uita sua, potiantur fructibus suis, quoniam sicut holera herbarum cito decident et dies eorum sicut umbra praetereunt, quorum spes intra huius aeui spatia concluditur, quia nec fidem ueri habent nec uoluntatem fidei, qui praesentibus tantum rebus intenti praestant auaritiae et libidini, ne credant

5] II Tim. 2, 15; II Cor. 9, 7. 6] (I Cor. 15, 58). 8] (I Petr. 2, 15; Ps. 49, 17). 9] Prou. 9, 7. 13] (I Cor. 1, 21). 14] (II Cor. 12, 9). 15] (I Cor. 1, 23). Gal. 6, 14. 16] Gal. 2, 20. 17] Rom. 6, 4; Col. 2, 12. 20] Sap. 5, 4. 23] Ps. 36, 2. 24] Ps. 143, 4.

2 humilitate *O* distruamus *O* 3 coram dño *O in mg. add.* 5 confundimur *F*, confundantur *O* 6 stabilis *O* 7 operationis *O* 11 habebant *O* 12 diuites diuitias suas *M*, diuitias diuites suas *L* regna regna *L* 14 *pr.* in *om. U* 17 cui *om. FPU* 18 confessioni *LM* 20 hii *M* 22 fruamur *F* 23 erbarum *L* 24 praeterient *LM* 25 speties *U*

deo, quia cupiditatis utriusque finem facit timor domini, qui confirmatur fide Christi, per quem discimus agnoscere ueritatem uel in contemptu temporalium uel in adpetitu aeternorum bonorum. a quo alieni, quia et ueritas Christus est, in hac necesse est errorum infelicium caecitate permaneant, ut in fragili soliditatem et in solido inanitatem putent, uera pro uanis rideant et pro ueris uana mirentur. qui si uellent intellegere, ut bene agerent, oculos suos, quos statuerunt declinare in terram, ad salutem iustitiae leuarent seque uel paululum humo tollerent, facile his ipsis, quibus ut inanibus et stultis detrahunt, hominum conuersionibus inluminarentur. dominus enim, ut scriptum est, soluit conpeditos et dominus inluminat caecos, et iterum: lex domini inreprehensibilis, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam praestans paruulis. opus enim dei est mutare hominem, quia solus potest instaurare quem fecit. quod toto iam dudum orbe terrarum sapientia dei Christus operatur, ubique se gentium uerbo uolante circumferens et per electas animas semet inmittens, ut, sicut per prophetam dixit, in omni gente primatum habeat.

7. Et quia iam cotidie magis adpropinquat recognitionis dies omnisque nos hora iudicio adplicat, satagit et properat bonus dominus praeripere nos ab ira uentura et de conplexu huius, ut scriptum est, nocentis et uipereae generationis abducere. hinc in omni loco plura cotidie miracula solito signaque crebrescunt, ut omnem, quantum in ipso est, hominem

4] (Ioh. 14, 6). 7] (Ps. 35, 4). 8] Ps. 16, 11. 12] Ps. 145, 8. 13] Ps. 18, 8. 19] Sap. 7, 27. 20] Eccli. 24, 10. 24] (Matth. 3, 7). 26] (I Tim. 2, 4).

1 finem] fidēm *U* 2 quem] quam *FPU* 4 bonorum aetternorum *U* 4 qui *U* 5 infidelium *M* 7 uelint *FOPUv* 8 ut] ub *U* et oculos *Rosw.* statuerunt *ex* strauerunt *F m. 2* 10 attollerent *M* et facile *LM* 16 quem *LMO*, quod *FPU* 18 operatur *om. F* uerbo *O*, uerbi *cet.* uolante *scripsi*, uoluntate *Ov*, ueritate *cet.* 19 semet *Ov*, semen *cet.* inmictentes *U* 22 omnesque *FPU* horae *FPU* et] ac *U* 23 de *Ov, om. cet.* 25 mirabilia *v* signaque *M*, signo *U*, signa *cet. v* 26 creb[r]escunt *L* ipso] se *U*

saluum faciat. ostendit in raris quod omnibus, si uelint, prosit. sufficit enim uniuersorum institutioni forma paucorum, quae in utrumque proponitur, ut credentibus exemplo sit, indurantibus testimonio. quare si quid humani sapiunt hi, qui infitiantur animo quem figura praeferunt hominem, admirentur in te et laudent deum et hanc beatissimam inmutationem mentis ac uitae tuae non existiment errorem stultitiae tuae, sed sapientiae dei esse uirtutem intellegant. quanto enim prudentiorem te ceteris et doctiorem fuisse meminerunt, tanto euidentior his esse debet operatio potentiae dei, quia prudentem a sententiae suae cursu uel statu non potest flectere nisi summa ipsa sapientia, quod est in Christo deus, uirtutum uirtus et mens mentium, dominus maiestatis, brachium excelsum, in quo dispersi superbi, ut scriptum est, a mente cordis ipsorum, depositi potentes de sede et exaltati humiles. quo brachio id est Christo esurientes inplentur bonis et inanes dimittuntur diuites. quod et in te cernimus agi. respice enim in temet ipsum, et haec utraque, quae deicit aut extollit deus, in te eodem inuenies.

8. Destructus es a superbo, adsumptus in humilem, depositus ab iniquae potentiae sede, ut in pacis atque iustitiae solio locareris, inanitus es a diuite, ut diteris in paupere, et ab illa superuacuae distentionis saturitate uacuatus es, ut ueris piae paupertatis bonis inplearis esuriens iustitiam. ubi nunc tu ille es aliquando terribilis uel pro tribunalibus aduocatus uel in tribunalibus iudex? ubi tua illa ceruix tunc uerius, ut nunc de te mentitus es, tauri pinguis? quomodo facta est docilis ac

14] (Luc. 1, 51).

1 raris] iratis *F* 3 durantibus *FPU*, induratis *coni. Lebrun* 4 testimonium *FPU* si] ut si *M* hii *MU* 5 que in *FU* $\text{prefer}\overset{u}{\text{e}}\text{nt}$ *O* 7 terrorem *FU* 8 uirtutem esse *M* prudentiores (s *exp.*) *P* 10 iis *v* 11 a] et *O*, ex *fort.* 12 ipsa summa *FPU* dei *FPU* 13 uirtus] ds̃ *M* deus *LM* 14 $\text{disp}\overset{si}{\text{si}}$ *M* est *om.* *FP* 16 esurientis *OP* immolentur nobis *OP*[1] 17 et *om.* *FPU* cerninus *F* 18 deiecit *LM*, dicit *U* extollit *v*, extulit *ω* 20 distructus *PU*, districtus *F* 21 $\text{iniq}\overset{e}{\text{z}}$ *L*, iniq. *O*, iniqua *Rosw.* 26 illa tua *FPU* 27 pingues *O* ac] et *F*

tenuis in iugo Christi, ex quo conuersus ingemuisti, et beneplacitum est in te deo sicut super uitulum nouellum? deposita ceruice tauri factus es in mansuetudinem bouis illius, qui agnouit possessorem suum. beati oculi eorum, qui haec in te dei mirabilia conspiciunt, et sic illi miserrimi, qui uidentes non uident.

9. Quis daret mihi pennas sicut columbae, et uolarem ad te et in conspectu tuo conloquioque requiescerem, in uoce exultationis et confessionis epularer, uidens te non te et uidens ex leone uitulum, uidens in apro Christum, nunc uersa ferocitatis aut uirtutis uice aprum saeculo, agnum deo. non enim iam de silua sed de segete aper es, quia bonis disciplinarum fructibus opimaris et in fruge uirtutum tibi pastus est; duplicis testamenti dentibus ad rumpenda retia Nebroth uenatoris armaris, totaque illa, quae pro saeculo superbus gerebas, nunc aduersum saeculum humilis arma conuertis. nunc uere sapiens, uere disertus et uere potens, qui mundo huic stultus et mutus es, ut auctori linguae et mentis tuae facundus et sapiens de suis muneribus deo seruias.

10. Nunc instructior iure diuino aduocatus pro te postules et iustior iudex te ipsum iudices et in te aut de te ipse sententiam feras, ut magis merearis absolui teque non solum uenia sed et gloria dignum facias, cum tibi per accusationem tui ades teque damnando sanctificas, intellegens non quod hominibus, sed quod deo placeat sanctum et innocens esse, et ideo rarus, ut scribis, urbium frequentator, familiare secretum

1] (Matth. 11, 29). Ps. 68, 32. 4] Es. 1, 3. 7] Ps. 54, 7. 8] Ps. 41, 5. 12] (Ps. 79, 14). 15] (Gen. 10, 9).

1 tenues *O* 3 fractus *v* es *om. L* bouis mansuetudinem *U* 5 mirabilia dei *MU* et sic (c *ex corr.*) *L*, et similiter *FU*, etsi *cet.* illi *om. F* misserimi *L* 7 dabit *FPU* uolarem] uenirem *FPU* 8 et *om. FPU* colloquio qui *FU*, colloquio que requies uident qui *P* 10 *alt.* uidens *om. M* Christum] agnum *fort.* 11 aut] ac *FPU* 13 opinaris *F* 15 nebrot *FOP*, nembroth *MU*, nẽbrot *L* 16 aduersus *MU* 17 dissertus *O* 18 autore *U* 20 mere (*in mg. m. 2* in ero) diuino *P*, mero uere diuino *F*, diuino mero *U* 21 in] de *FPU* de] in *FPU* 26 ut scribis rarus *FPU*

taciti ruris adamasti, non otium negotio praeferens neque te ecclesiasticae utilitati subtrahens, sed iam pene forensibus turbis aemulos ecclesiarum tumultus et concilia inquieta declinans. arbitror autem id ipsum maioribus ecclesiae utilitatibus praeparari, quod salubri consilio instructioni sanctae uacas et intentus studiis spiritalibus, quibus solitudo amica est, formas in te cotidie confirmasque Christum, quo et seruus utilior et magister doctior digniorem te ea in qua nutu dei positus es sede perficias, opere pariter et uerbo potens, ut lingua et mente tibi concors ueram te apostolicae disciplinae formulam praebeas praecepti dominici auctor et doctor. ita demum constabit non humano suffragio sed diuino te esse iudicio sacerdotem.

11. Quod iam probari et fide et uita tua credens, peto et inpense rogo, ut nos semper orationibus tuis inplices, quotiens fuerit occasio, litteris reuisere studeas. quod quidem a te munus non tam officii capiendi cupidus quam animi reficiendi studens exigo, ut et solatium caritatis et gaudium simul capiam, cum te mei memorem in negotiis sanctis ac tui diligentem profectu scientiae spiritalis et intellectu ardentis in deum cordis legens uidero, non iam te de sermone uirtutis id est praedicatione Christi, sed de uirtute ipsius sermonis expendens, id est ut credere te Christum Iesum crucifixum dominum et deum loquendo pariter et uiuendo confirmes, quia eodem affectu g e s t a r e d e b e m u s i m a g i n e m c a e l e s t i s h o m i n i s, q u o g e s s i m u s a n t e t e r r e n i. alioquin quod nostrum est quis dabit nobis, si non fuerimus tam fideles in nostro quam fuimus in alieno? in hoc enim facti sumus, ut boni simus et nostro seruiamus auctori; contra cuius praecepta uiuentes uitio

11] (II Thess. 3, 9). 25] I Cor. 15, 49. 27] (Luc. 16, 12).

3 aemulus *U* 4 id] ad *O* 6 formans *O* 7 quod *U* 8 ea] ei *FPU* 9 linga *M* 10 doctrinae (l disciplinae) *M* 11 actor *FPUv* 15 et quotiens *Mv* 16 litteris tuis *M* 18 ut et] ut *LM* 19 tui *M*[2], tuis *cet.* profectum *M* 20 spūalis *M* intellectu *v*, intellectum *ω* cordis *OMr*, *om. cet.* 21 praedicationis *LM* 22 id *ex* ut *L* 23 ihm *M s. l.* 24 uidendo *O* 27 nobis *om. FPU* fuimus] fuerimus *FPU*

uoluntatis nostrae, non solum contra uitam sed et contra naturam nostram faciemus, et ideo conparantur iumentis, quibus non est intellectus. attamen dei bonitas ita nobiscum paciscitur, ut praeteritae nobis inpietatis gratiam faciens contenta sit uel tales nos esse sibi seruos pro nobis, quales aduersum nos diabolo fuerimus, dicente apostolo, ut sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati, sic eadem exhibeamus seruire iustitiae, uidelicet ut eadem adfectione delectemur in domino, qua delectati sumus in peccato. sic ambiamus dei regnum, quomodo ambiuimus saeculi dignitatem et denique tam diligenter curemus bona caelestia, quam terrena curauimus.

## XXXVIIII.

Sanctis merito venerabilibvs ac dilectissimis fratribvs Apro et Amandae Pavlinvs et Therasia peccatores.

1. Aliis reditus de patrimoniis pensitatione sollemni praebeantur, nobis, quibus possessio caritas uestra in Christo est, reditus ab officiis affectionis uestrae sumitur et in litterarum uestrarum humanitate numeratur. gratias domino deo nostro, qui bona uiua pro mortuis et caducis rependens uos quoque nobis uberrimum fundum largitus est. nam ut in rebus terrenis carior fundus est, qui aut auaris agricolae sui uotis profiua ubertate respondet aut delicati possessoris oculis amoeni-

2] Ps. 31, 9. (48, 13; Tob. 5, 17). 6] Rom. 6, 19.

1 et *om.* *FPU* 2 conparantur *O,* comparamur *cet.,* comparabimur *v* 4 pasciscitur *L*[1], pa{s}scitur *O* pietatis *F*[1] contempta *O* 5 uel tales *om.* *FPU* 6 diabulo *O* 7 iniquitati—seruire *om.* *U* 9 deo *FPU* 11 curremus *U* 12 curramus *U;* uale *add.* *FP*[2]*U.* — finit ·I· *O.*

*FLMOPU.* — item eiusdem ad eundem XXX· *L,* ad eundem ·XXXVIIII· *M,* incipit ·II· *O,* epistola sancti paulini episcopi ad aprum et amandam coniugem eius; quam habuit antequam efficeretur episcopus: De spiritali agricultura in homine exercenda. et de quatuor uitiorum incentiuis: de ortulo cordis extirpandis. uidelicet. spes. metus. gaudium. et dolor *U* 14 ac] et *F* 15 amande *P,* amando *F*[1]*O* te(h)rasia *M* 16 alii *U* redditus *FLMPU* *et infra* patrimonii *FLMPU* 19 numeretur *O*[1] 22 auari *FP*[2]*U* 23 delecati *O*

tate blanditur, ita nunc in nostris praediis spiritalibus id est sanctis fratribus, quos nobis caritas Christi conexuit et in aeternam possessionem dedit, is nobis ut opimior ager aestimatur homo, qui fuerit nostri diligentior et fructuosior nobis salutarium commodorum ministratione. quod cum ita sit, uidete quantam uos massam huiuscemodi possessionis habeamus, cum praeter affectum, quem in nos mutuo effunditis, alia, quibus pares esse non possumus, munera copiis linguae et mentis uestrae opibus conferatis. officia enim et eloquia litterarum uestrarum, quae nobis largiter annuo commeatu penditis, indicant quam ampla possessio nobis et quam fertilis terra deo sitis, iam tricesimum fructum de uestra inter uos continentia proferentes et cotidianis fidei communis augmentis saxagesimo propinquantes et de prole uirginea centesimum pollicentes.

2. Nam quod scribitis inpedimenta uestri esse propositi possessionis et filiorum curam, qui causa sint necessitatis istius qua terrena curatis, cum caelestia desideretis, in multimodam potius uobis exercendae fidei perficiendaeque uirtutis materiam diuino haec esse proposita consilio iudicamus. cum enim haec uniuersa mundi possessio propter hominem constituta hominique subiecta uideatur, quis ambigat in omni loco mundi, in omni parte naturae utilitates humano ⟨generi⟩ paratas, e quibus non solum carnalia emolumenta capiamus, sed multo magis spiritalia perlegamus. propterea dicit per Salomonem ipsa rerum opifex sapientia, quae disponit omnia suauiter, ab altis-

14] (Matth. 13, 8; Marc. 4, 8; Luc. 8, 8). 20] (Gen. 1, 26). 25] Sap. 8, 1.

2 connexit *F* in eternum *O*, internam *FPU* 3 ut opimior *scripsi*, ut opinor *ω* (*nisi quod M s. l.*), opinior *v* extimatur *FPU*, estimabitur *M* 5 commodo *FLPU* ministratione *Ov*, sub ministratione *cet.* 6 quantum *F* nos *U* massas *F* 7 effundetis *O* 10 annuę (o s. l.) *M* impenditis *LM* 13 augumentis *PU* 14 et *om. FPU* 15 impedenta *U* possessiones *Mv* 16 et *om. v* curam *M*, *om. cet. v* sunt *M* istius] huius *M* 18 perficiendae *F* materiem *FLMU* 19 hec *ex* hoc *F* preposita *FU* 21 ambiget *O*[1] 22 naturae parte *U* utilitatis *FOPU* humano generi *scripsi*, humano *FOP*, humanae *LMU*, homini *v* 23 carnali *P* emulumenta *PU*

simo creatam rusticationem, ut eam non corporali tantum sed etiam spiritali studio colas. denique quantum de rure ad eruditionem animae trahi possit docet, cum sectatores suos ad formicam et apem mittit, quae utraque ruris animalia sunt, illa de frugibus uitae prouida et ista de floribus mellis operaria. et dominus in euangelio quam multa de rusticis docuit exemplis, de ficu arbore et de flauescentibus propinqua iam messe regionibus ultimorum temporum signa demonstrans, et in agro esse discendum monens, quod caueamus in spiritu, ne fidei nostrae aemulam fraudem sicut zizaniam tritico inimicus interserat. itaque nos agrum suum dixit seque ipsum ostendit in nobis uitae nostrae satorem, et animarum discrimina uariis terrarum expressit ingeniis, ne sterilis sit caueamus, nos quoque ipsos ad fecunditatem deo debitam et nobis utilem contentis in lege domini studiis excolamus.

3. Igitur cum in agro es et rus tuum spectas, te quoque ipsum Christi agrum esse cogita et in te sicut in agrum tuum respice. qualem agri tui speciem fieri a uilico tuo postulas, talem deo domino cordis tui redde culturam et intellege, quicquid in agro tuo tibi displiceat aut placeat, idem in anima tua placere Christo aut displicere. si uasta peccatis quasi dumis sordeat neque propheticis aut apostolicis nubibus conpluatur, in aridam solitudinem gratia deserente damnabitur. si uero sui diligens orationibus crebris semet excolat et sacris litteris opimetur et intimum cordi aratrum crucis inprimat et rastro

3] (Prou. 6, 6. 30, 25; Eccli. 11, 3). 6] (Luc. 13, 6; Ioh. 4, 45; Marc. 13, 28; Luc. 21, 29; Matth. 13, 25. 24, 40).

1 creatam esse *M* 2 spūali *M* 3 tri^a^hi *O* 5 *pr.* de *om.* *U* flugibus *M*[1], floribus *P*[2] *in mg.* 6 euuangelio *O* de] et de *LM* 7 flauiscentibus *O* propinquam iam *U* 8 messem *PU* demostrans *L* 9 ne *om.* *U* 10 zizania *LM* 13 igitur ne terra agri nostri sterilis sit *M* 14 intentis *M* 15 dominii *U* 16 igitur cum] cum ergo *M* a^g^tro esset ros *O* quoque] que *M* 18 fieri *om.* *FPU* uillica tua *FPU* 19 domino deo *FMPU* 20 animo tuo *F* 21 Christo *om.* *M* si uasta] si autem *LM* 22 sordeant *FOPU* nubibus *Ov*, manibus *cet.* 24 suis *F*[1] crebis *L*[1] 25 in intimum *LM* cordi *Ov*, cordis *cet.* crucis aratrum *U* crucis] cordis *M* imp^i^mat *exp.* *M*

diuini timoris spinas suas eruat ignitoque dei uerbo uratur in culpis, luminetur in sensibus: tunc necesse est ut spatiari in tuo corde patrem familias et omnes animae tuae regiones peragrare delectet, et pro te in suo adgaudens tibi dicet, si diligens tui cultor appareas: euge, bone serue, intra in gaudium domini tui; quia fidelis fuisti in paucis, super multa te constituam.

4. Nos uero ipsi, qui peruerso ordine consilium ualidis infirmi damus, quid pro nobis respondeamus, qui tam pauperes quam putas spiritalia potius quam terrena re sumus, non uirtute mentis sed inopia uirtutis humiles. angustus ille, quem lato potens ore describis, uix unici caulis ferax et capax hortulus, nos ipsi sumus et ultra betam semicoctam, ut propheta dixit, insipidi; faciamus, ne in domo nostra caulis ille solus insulsus sit. excusabilius tamen ille non habet salem, quem inopiae nostrae necessitate aut parsimoniae uitio non accepit; nos potius elixi, nos culpabilius insulsi, in quibus superabundante de peccatis uoluntariis insipientia sal apostolicus euanuit et facie peccatorum nostrorum spiritalia condimenta fugerunt. sed nisi uestris orationibus reficiamur, nec ipse unicus caulis in nobis uirebit penitusque desertis etiam insulsum holus deerit.

5. Orate igitur, ne germina animae nostrae nocens eruca populetur, ne mentis segetem edax locusta consumat, ne praecordiis nostris piger bruchus insideat et intimas uitalium fibras ultima harum bestiolarum comes rubigo exedat. urgent enim interiorem nostrum malae bestiae et inportunae alites frequen-

5] Matth. 25, 21; Luc. 19, 17. 13] (Es. 51, 20). 18] (Matth. 5, 13). 22] (Ioel. 1, 4).

4 dicet *LM,* dicit *O,* dicat *FPU* si—appareas *om. M* 5 bone serue *Ov,* serue bone *cet.* intra] et fidelis intra *U* 7 supra *FMPU* 8 infirmi damus] infirmamus (i *m. 2*) *F* 10 spiritali $L^2v$ resumus *U* 11 humilis *FLPU* 12 discribis *O* ortulus *M* 13 bętam *M* semecoctam *O* 14 caulus *PU,* caules *O* 17 potius] peius *Schot.* elexi *O* 18 insipientiae *F* 19 a facie *Mv,* acie *fort.* 20 nisi] si *LM* nec *om. FPU* unius *O* 21 disertis *O* holis (u *superscr.*) *O* 23 populet *O* praecordia nostra *U* 24 brucus *ω et sic infra* insileat *F* 25 harum *om. M* uergent *FPU* 26 hominem] hominem nostrum *LM*

ter infestant, ut a nobis, si possint, uerbi semen abripiant. sed gratias deo, quod non iuxta uiam de manu serentis excidimus, sed in ipsa potius uia seminati sumus, id est in catholicae matris gremio constituti, a quo ne proiciamur ut abortiui, ipsius misericordia opus est, ut intellectum det nobis in uia hac qua ingredi iussit ac praestitit, et confirmet super nos oculos suos, ne efficiamur sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.

6. Sed ad rusticationis nostrae uerba redeamus; nam ipse deus noster et pater agricola est, et deus salutaris noster uera uitis est, et spiritus sanctus rigator animarum est. fiat igitur nobis per orationes uestras, ut summus pater familias et caelestis agricola et diligens hortulanus uisitet et frequentet et signet hortum animae nostrae sicut illum, in quo docuit orauit resurrexit. firmet in nobis caritatis suae nexum, ut manentia in ipsum sarmenta uiuamus. imperet nubibus suis, ut pluant super nos, et a corde nostro inprobas carnalium cogitationum passiones ut illa animalia bonis frugibus inimica submoueat, ne fiat in nobis uerbum illud prophetae: residuum erucae comedit locusta et residuum locustae comedit bruchus et residuum bruchi comedit rubigo. sunt enim in corpore nostro principalia totidem incentiua uitiorum, spes metus gaudium dolor, quibus maxime genus turbatur humanum, duobus praesentibus et duobus futuris, praesentibus aegritudine animi uel gaudio, futuris metu uel spe. unde cauendum est, ne dum aliud ex his uitium fugimus, incurramus contrarium.

2] (Matth. 13, 4). 7] (Ps. 31, 8). 10] Ioh. 15, 1. 14] (Matth. 26, 36. 28, 6; Marc. 14, 32). 19] Ioel 1, 4.

1 arripiant *FPU* 2 excidamus *U* 4 proiciamus *O* 7 oculos suos super nos *M* 9 et ipse *FPU* 11 *post.* est *s. l. m. 2 F* 13 ortulanus *FMPU,* ortolanus *L* (to *in ras.*) 14 ortum *FLMPU* 15 et resurrexit *F* 16 ipso *v* sermenta *FO* 18 passionis *M*[1] 19 ne *om. O* illud uerbum *U* 20 locusta] locustae *O* 21 bruci *ω* 26 ne *ex* nec *L* alium *O,* alterum *v*

7. Ergo in eruca et locusta et brucho et rubigine nostrarum adfectionum intellegendae sunt passiones, quarum aliae breüiter in corde haereant, aliae paulatim crescant et, si abiectae non fuerint, usque ad medullas perueniant et omnem sucum ebibant animae. uide enim quae taliter ista sibi congruant in cordibus nostris monstra uitiorum, qualia in frugibus accidunt uitia monstrorum. nam uerbi gratia, si quid uetitum concupiscam et mox abiciam cogitationem, eruca est in folio sedens atque decussa; si abiecero quidem, sed rursus redierit cogitatio et coeperit abici et redire crebrescat, locusta est auolans et reuertens. quod si coeperit inmorari et maius habuerit spatium in comedendo quam auolando, bruchus dicitur. quod si ipse bruchus qui non satis auolat, sed magis sedet, non fuerit abiectus, in rubiginem uertitur, quae iam penitus inhaerescens ut de stipula sic de anima numquam aut difficile expellitur.

8. Vẹreor ne, dum loquacius uos fatigo, ipse uobis molestius quam locusta aut bruchus insederim. discutite igitur ut erucam et procul abicite hanc cartulam, ne de longiore contactu sermonis nostri rubiginem insipientiae nostrae conligatis, qua desplendescat nitor cordis uestri et uigor mentis hebetetur. attamen ob hoc tantum super hoc peccato nobis, quo uos tam grauiter fatigamus, ignoscite, quod de licentia caritatis abutimur patientia uestra, et ita repletum pectus uestrum nostri amore confidimus, ut offensam nostri non capiat, etiamsi faciamus iniuriam, qua mereamur offendere, si uos umquam a nobis uel merentibus possitis offendi.

3 herent *M* crescunt *M* 4 ad *Ov, om. cet.* perueni$\overset{u}{a}$nt *M* 5 animae ebibant (ebibunt *M*) *LMU* quae taliter *scripsi*, qualiter *ω* 6 uestris *O*¹ 7 accedunt *O* 9 filio *O* atque *ω*, quae *v*, qua *Gryn.* 10 crebescat *L*¹*U* 12 aduolando *U* brucus *ω* 13 aduolat *U* 15 inherens *F* 18 indeserim *O*¹ discutite *in* decutite *corr. M* 19 contractu *U* 20 nostrae insipientiae *M* inisipientiae *O*¹ 21 desplendiscat *O* 22 peccato (o *in ras.*) *M* 23 agnoscite *U* 24 pectus *om. M* 25 offensum *O* nostram *FPU* 27 offendi] ualere uos opto *add. FP*²*U* finit ad aprum · II · *O*.

## XXXX.

### Meropivs Pavlinvs et Therasia Sancto et Amando fratribvs in deo Christo salvtem.

1. Omnibus tempus et tempus omni rei sub caelo; super caelum enim non est tempus, quia non habet tempus aeternitas, quam in caelo etiam creaturis creator dedit, qui solus habet aeternitatem propriam et lucem habitat inaccessibilem. uera enim aeternitas nisi in ipso non est, qui solus quod est est, sicut ipse dicit: ego sum qui sum. cetera uero nisi in ipso non sunt. tempus ergo sub caelo omni rei. tempus otio, tempus negotio, tempus silentiis et tempus alloquiis, tempus esuriendi et tempus epulandi, ut nobis hactenus fuit tempus ieiunandi a sermonibus uestris et nunc isdem cibari tempus exortum est. pauistis enim nos litteris uestris uerbo dei dulcibus et oleo laetitiae delibutis, quo libenter ungimus caput nostrum, quia non est in uobis mendax opus oliuae, in quibus habitat caritas de corde puro et bona conscientia et fide non ficta. sed quia nemo qui multum esurit potest uno pane satiari, fatemur nos necdum expletos, sed potius incitatos ad desiderium litterarum uestrarum una ista epistola uestra, quam unam conputamus, quia talem a uobis, qua

4] Eccl. 3, 17. 15] (Matth. 6, 17). 16] (Habac. 3, 17). 17] I Tim. 1, 5.

*FLMPUβλrχ*. — incipit epistola s̃ paulini ep̃i ad sc̃m et amãdũ *L*, epistola sc̃i paulini ad sanctum et amandum ·VIIII· *M*, epistola sancti paulini episcopi ad sanctum et amandum presbiteros, ubi de kritate et penitentia: et de quinque sensuum cura habenda per maxima pulcre et perlonga disputatione proloquitur scripturarum testimoniis condecenter superaductis *U* (sancti paulini nolae episcopi epła ex codice antiquo manuscripto transcripta est Nolae iuuento nec adhuc quod sciatur typis impressa *βλ*) 2 thesarsia *U* amando et *β* sanctis fratribus *FLPUβr* 3 domino *β* 6 in cęlis *M* 7 et lucem — *l*. 10 non sunt *exh. M et cod. Cluniac., om. cet.* 9 dixit *cod. Cluniac.* 12 exuriendi *Pλ et infra* 13 et] sic *M* hisdem *LMr* 14 nos *om. F¹PUβλ* 15 delibut^is^ (*is m. 2*) *F* inunximus *Rosw.* 16 nobis *λ* 18 fidei *FPU* 19 nos *om. U* 20 ista] illa *Lebrun* epistula *rχ*

sicut adipe et pinguedine repleatur anima nostra, adhuc semel accepimus.

2. Verumtamen etsi inter officia nostra uicissitudines temporum fuerint, ut tempus tacendi et tempus loquendi, non ita etiam diligendi ac neglegendi tempus fuit. dudum enim, ut procul dubio recognoscis, Sancte frater, diligere coepi te; et dilexi iugiter, quamquam non ista dilectione quae Christi est, sed illa familiaritatis humanae amicitia, quae blandimenta in labiis habet et radicem in cordibus non habet, quia non est fundata super petram quae non aedificatur in Christo. unde quolibet interdum uento leuitatis agitata dissoluitur et temporali gratia breuem florem tenens sicut fenum uelociter arescit et sicut flos agri cito decidit; caritas uero domini manet in aeternum, qua inuicem nexi sumus et ad conuiuendum et ad commoriendum, quia fortis ut mors caritas Christi. sicut enim lex mortis inrupta, ita et caritatis catena parem uim caritatis et mortis esse testatur. nam sicut propheta dicit: quis est homo qui uiuet et non uidebit mortem? ita et apostolus clamat: quis nos separabit a caritate Christi? quamobrem tibi, benedicte, fructus uberior ex ea ueniet, qui prior huius caritatis spiculis uulneratus praeuenisti nos in benedictione dulcedinis per eloquia litterarum tuarum casta et fidelia, in quibus a uerbo domini mel et lac distillauit lingua tua.

3. Scripseram uero et prius unanimitati tuae et cum a te epistolam tuam breuem pro ea, quam ipse miseram, recepis-

1] Ps. 62, 6. 4] Eccl. 3, 7. 12] Ps. 36, 2. 128, 6 15] Cant. 8, 6. 18] Ps. 88, 49. 19] Rom. 8, 35. 22] Ps. 20, 4. 24] (Cant. 4, 11).

7 iugiter $\chi$ *s. l. m. 2* 10 petratam $\chi^1$ 13 et] et euanuit $\beta$ domini uero *M* 14 quia *FPU*$\beta\lambda\chi$ connexi *M* et *eras. L* 15 et ad commoriendum *exh. L, om. cet. et Chiffl. sed r m. 2 ante* et ad conuiuendum *inseruit* 16 caritas *FU*, charitas $\beta\lambda$ *post* catena $\beta$ *in mg. add.*: cantica 17 parem] *aliquid deesse suspic. Sacch.* testatur testantur *sed* testantur $\beta$ *in mg.* prepheta *U* 18 uiuet *M*, uiuit *cet.* 19 seperabit *U*, separauit $r^1\chi$ 20 quapropter tibi huius karitatis fructus *M* benedicite *r* 21 ex ea *om. M* prior huius caritatis spiculis] eadem *M* 22 benedictionibus *M* 23 et] ac *FPU* 24 destillauit $r^1$ 26 pro ea *M s. l., om. cet.* miseras *FU*, misseras *P*

sem, tamquam persoluto officii debito iterum me diuturnae taciturnitati refuderam. sed acrius uigilante Christo apud mentem tuam prior refloruisti sapere ad excitandam in nobis obseruantiam caritatis, ne obdormiret in mortem obliuionis, et quia abundauerat tibi inhumanitas mea, superabundauit mihi humanitas tua. multiplicasti enim locupletare me affectu et officio dilectionis tuae, quo benedictum domini puerum fratrem Amandum uisitationis nostrae socium adsumpsisti tibi et nobis ualidum adposuisti patronum. confidimus enim, quia, sicut scribendi ad nos particeps tibi factus est, ita etiam orandi pro nobis collega sit. et quidem germanitas spiritalis ita postulat, ut sicut spiritus uobis unus in fide et confessione Christi est, ita sit amor et labor unus in proximis adserendis. unde communem largiter a summo retributore mercedem metetis exaltati in turribus eius, quia frater fratrem adiuuans exaltabitur, si tamen semper orare tantum et suspirare pro nobis memineritis et de cetero caueatis onerare nos uerbis beatificantibus, ne et uobis forsitan offendiculum conparetis, si dicatis dulce quod amarum est. legistis etenim quia rectos et uere sanctos decet conlaudatio, non uero peccatores in felle amaritudinis positos et adhuc non tam tenui nexu iniquitatis adstrictos, ut contritio et infelicitas in uiis nostris adesse non possit.

4. Verumtamen sic quoque mentibus nostris debet inesse contritio, quia cor contribulatum et humiliatum deus non spernit. et quis nobis dabit cor carneum, ut emollita

15] Prou. 18, 19. 19] Es. 5, 20. Ps. 32, 1. 21] (Act. 8, 23). 22] (Ps. 13, 3). 25] Ps. 50, 19. 26] (Ezech. 36, 26).

3 exercitandam *FPUβλ* 9 ualidum *βλ*, ualidum salutis *cet.* 11 spiritualis *M* 12 uobis spiritus *βλ* 13 sustinendis (*al* asserendis *in mg. m. 2*) *M* 14 largiter *om. FPU*, *post* mercedem *exh. M* 16 tantum *om. Cluniac.* 18 et] ut *U* forsitam *βr* comparetur *U* 19 enī *M* 20 non *Mχ*, nos *cet.*, non nos *fort.* uero *om. M* 21 positos et *ex* posito *r m. 2*, positi *FPU* et *LM*, sed *cet.*, sed et *Rosw.* 22 astrictos *FLPUβλ*, obstrictos *M* adesse] deesse *M* 23 non] iam *M Rosw.* possint *FPU* 24 sic quoque *om. FPU* sic debet *FPU* ˈesse *P* 25 contritum *FPU* 26 spernit] despiciet *FPU* dabit nobis *FPU*

sensus nostri duritia sentiamus sagittas domini configentes timore sancto carnes nostras et excitato uulnerum nostrorum dolore ploremus ante dominum qui fecit nos? commodet nobis Hieremias illum fontem lacrimarum, quo diem suum et populum lamentatus est; superfundat nobis et Dauid flumina oculorum suorum, quibus rigabat lectum suum, neque tantum genas uultus sui sed et totum corporis stratum lacrimis exundantibus proluebat. superposuerunt enim iniquitates nostrae caput nostrum, et multiplicatae sunt super capillos capitis nostri, quia plura in nobis iniquitatis quam iustitiae opera numerantur; et ideo conputruerunt et deteriorauerunt cicatrices nostrae a facie insipientiae nostrae, et inueterata sunt ossa nostra, quoniam tacuimus deo; et adponentes iniquitatem super iniquitatem, cum statuissemus oculos nostros declinare in terram, tarde eos et aegre leuauimus ad montes dei, unde nobis auxilium uenit a domino, qui solus potens est sanare omnes languores nostros et eripere nos de corpore mortis huius, quia per Adam constricti per Christum soluimur, si tamen ita portemus caelestis hominis imaginem sicut terreni portauimus, hoc est si tam fideliter iustitiae et ueritati seruiamus pro salute nostra, quam diligenter iniustitiae et inhumanitati pro morte seruiuimus. humanum enim a nobis apostolus postulat; quemadmodum

1] (Ps. 118, 120. 119, 4). 3] Ps. 94, 6. 4] (Hier. 9, 1). 6] (Ps. 6, 7). 8] Ps. 37, 5. 39, 13. 11] Ps. 37, 6. 13] Ps. 31, 3. 14] Ps. 68, 28. 15] Ps. 16, 11. 16] Ps. 120, 1. 18] Ps. 102, 3. Rom. 7, 24. 20] I Cor. 15, 49.

1 sensus] cordis *FPU* 2 exitato *β* 4 iheremias *LM* quod idem *χ*[1] 5 superfondat *PU* 6 rigat *F* 8 superposuere *βλ* 11 conput*uerunt *r* (r *eras.*), computauerunt *P*[1] 13 inueterata] numerata *FPU* 14 domino *βλ* opponentes *U* 18 langores *FLMP* 19 quia] q[a] *M* (*corr. m. 2*), qua *Chiffl.*, qui *Rosw.* 21 hoc est ut (est ut *M in ras.*) *LM* si tam] uitam *P*[1]*r*[1], ut tam *βλr*[2], uti tam *χ*[2] 22 seruimus *Lr*[1] 23 inhumanitati] uanitati *uel* iniquitati *coni. Sacch.*, inanitati *coni. Chiffl.* 24 a *om. LMλrχ* [ut]quemadmodum ([ut] *m. 2*) *M*

exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad interitum et confusionem, sic eadem exhibeamus seruire iustitiae ad uitam et gloriam. nobiscum enim habemus fructum illorum operum, de quibus nunc erubescimus.

5. Sed gratias sapientiae dei, Christo deo, qui in se manens omnia innouat et disponit omnia suauiter, ut sit rebus omnibus tempus, tempus occidendi, tempus sanandi, tempus ridendi et tempus plorandi, tempus aedificandi et tempus destruendi. abierit, quaeso, iam nobis tempus occidendi destruendi ridendi, et tandem sanandi aedificandi plorandi tempus aduenerit. ecce enim nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. nox praecessit, dies autem adpropinquauit. abiciamus opera tenebrarum et adprehendamus arma lucis. ut filii diei ambulemus in lumine, quoniam ecce inimici nostri parauerunt sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro. neque enim in luce positos poterunt sagittare, antequam feriant prouidendi et praecauentibus facile uitandi. potest autem in eodem ipso opere utrorumque temporum ratio conecti, ut illa superius distincta tempora pariter operentur in nobis. nam et in quo uiuificamur occidimur, uel in quo occidimur uiuificamur per eum qui dixit: ego occidam et uiuere faciam. nisi enim nos Christus occiderit, non uiuemus; de quo scriptum est: dominus mortificat et uiuificat, quia nisi peccata nostra peremerit, non uiuificabit animas. ideo illi propheta dicit: exurrexi, et adhuc tecum sum. si occidas deus peccatorem. exurgemus emergentes de luto faecis et umbra mortis

1] Rom. 6, 19. 6] Sap. 8, 1. Eccl. 3, 17. 7] ib. 3, 3 et 4. 11] II Cor. 6, 2. 12] Rom. 13, 12. 14] Ps. 10, 3. 22] Deut. 32, 39. 24] I Reg. 2, 6. 25] Ps. 138, 18. 19.

1 iniquitati *om.* $\beta\lambda$ 3 fructum habemus *LMr*$\chi$ 5 gratiae *FPU* domino $\beta\lambda$ 6 et] ac *FPU* rebus omnibus *FPU*$\chi$ 7 occidendi et *M* 9 struendi $\chi^1$ 10 tamen $\lambda$ 13 appropinqua$\overset{u}{b}$it *M* 14 diei] die $r^1$, dei *FMU*$\lambda$ 15 quando *FU* 17 praeuidendi *Rosw.'* 22 dicit *FPU* et] et ego *FPU* 23 in nos *FPU* 25 perimerit *FPU* 26 sum tecum $\beta\lambda$ 27 emergentes *coni. Sacch.*, enim gentes $\omega$

et cum ipso esse permanebimus, si occiderit in nobis peccatorem et iustum creauerit, quia calix fragilitatis nostrae in manu domini, in quo hunc humiliat et hunc exaltat. nisi enim humilietur exterior, non exaltatur interior. ac sic occidendi et sanandi uel destruendi et aedificandi tempora simul in unum opus coeunt, cum destruitur in nobis uita peccati, ut aedificetur uita iustitiae. neque enim aedificari potest nouitas, nisi destruatur uetustas, aut amare possumus Christum, nisi mammonam incipiamus odisse. sed neque gaudere poterimus in illo saeculo, nisi in isto lugeamus, quia qui seminant in lacrimis in gaudio metent.

6. Conuenit ergo nunc nobis illa de psalmis pauperis anxii et lugentis oratio, quoniam pene iam defecerunt sicut fumus dies nostri, et necdum malitia nostra defecit. ecce enim ueteres posuit dies nostros productos cursu aetatis, nec spargit canis caput, sed perfundit senectus, et nos adhuc primis reptantem conatibus aeui spiritalis infantiam paruulis sensibus agimus et uix modo in uerbo dei incipientes loqui tamquam primis uocibus anima uagiente mutam et rudem sanctis litteris linguam soluimus et, quondam in litteris humanarum fabularum loquaces, nunc in ueritatis balbutimus eloquiis, stultitiae sapientes et sapientiae stulti, robusti uitiis et uirtutibus adhuc teneri, uix nascente ad iustitiam uoluntate tirones et consumpta in peccatis aetate ueterani. aliquamdiu enim, ut tu, Sancte benedicte frater, nouisti, in hoc saeculo

2] Ps. 74, 8. 5] (Eccl. 3, 3). 9] (Matth. 6, 24). 10] Ps. 125, 5. 13] Ps. 101, 4.

1 cum et *FPU* esse permanebimus] semper manebimus *coni. Sacch.* 4 humiliemur $r^1$ at *FPU* sic] si *F* 5 sanandi] uiuificandi *M Cluniac.* simul *om. F* in unum simul coeunt opus *FPU* 7 enim *om.* β, et λ 8 aut] nec *M*, haud *Lr* 9 odisse *F s. l.* 12 uobis $LP^1\beta\lambda r\chi$ anxii *om. FPU* 13 poene *Ur* iam pene βλ deficierunt λ 14 defecit] deserit λ 15 nec] nisi λ 16 spergit *U* canis] annis β profundit *FU* 19 primus *U* uagiente anima *M* rudem *in* nudam *corr.* β 22 sapientes *U* robusti *om. U* 24 alinquandiu β 25 enim *om.* β tu sancte] cum sancte $P^1$, tum sancte $\chi^1$, tum sanctae *r*

uolutati inueterauimus inter inimicos nostros, atque utinam inueterauerimus inimicis, ut illa iam nobis otiosis spatiosi itineris uita defecerit et renouetur in Christo sicut aquilae iuuentus nostra, ut senio ueteris hominis exuamur induentes nouum illum, qui secundum deum creatus est. sed qui nec pelicano solitudinis adhuc similes esse possumus, quando erit ut efficiamur sicut nycticorax in domicilio? quando excitabimur in eum mentis excelsae uigorem, ut spiritali alacritate uolucres et in alta uirtutum arduo fine perfecti possimus dicere: uigilaui, et factus sum sicut passer singularis super tectum. uideamus hoc loco, si placet, in quam rationem haec auium genera et hoc ordine sub persona pauperis anxii id est paenitentis, ad inopiam spei per aliquem lapsum redacti, propheticus sermo disponat. feretis, ut opinor, loquacitatem insipientiae meae, quam ad contemptum uestri prouocastis. accepi enim a quodam sancto doctissimo uiro et carissimo mihi, qui non solum legendo sed etiam peregrinando multa cognouit, pelicanum auem esse in Aegypto uel illis iuxta partibus usitatam, proximis Nilo flumini desertis oberrare, serpentibus uesci, quos dimicando perculerit. ergo pugnat, ut uincat, et uicta moritur; uictrix uero et euadit mortem et adquirit alimoniam. quod autem nycticorax scriptum est, nycticoram esse uerius adserebat; idque probabili ratione uidebatur ostendere, cum illam auem hoc loco

3] Ps. 102, 5. 4] Eph. 4, 24. 7] Ps. 101, 7. 10] ibid. 8.

1 uolutati *LM*$\beta^2\lambda^2\chi$, uoluntati *FP*$\beta^1\lambda^1 r$, uolumptati *U* 2 inueterauimus *U* otiosa *coni. Sacch.* 3 acquilae $\beta$ 4 uidentes $P^1U$ 6 necdum *LM* 6 pelicano $\beta\lambda r$, pellicano *cet.* solitudini *U*` adhuc *om. U* possimus *ex* possumus *F* 7 sicut *om. FPU*$\beta\lambda$ niticoras *M*, nocticorax *FPU*, noctichorax *r* domocilio $r^1$ 8 excelsae mentis *FPU* 9 sp̄uali *M* ardua penna peruecti *Rosw.* 10 possumus $F^1$ 11 singularis] solitarius *FP*, solitaris *U* super tectum] in tecto *FPU* 14 fertis *FPU* 16 uestri *M*$\beta\lambda r\chi$, uestrum *cet.* sancto et $\beta\lambda$ 18 pellicanum *FLMU*$r^2$ auem] autem *FPU*$\chi$ 19 flumine *FPU*$\beta^1\lambda^1 r\chi$ 20 quos] quod $P^1$, in quos *Sacch. ex Vatic.* pretulerit $P^1$, praeualuerit *FPU* 21 *pr.* et *om.* $\beta\lambda$ 22 nocticorax *FPU*, nictychorax *r* 23 nyctocaram *U*, niticoram *M*, nicticoram *cet.*

positam diceret, quam appellamus noctuam, quia secreto noctibus cantus exerceat et uolatus et obscuritate tenebrarum, qua fere cuncta caligant animalia, luminetur; unde nycticora aptius quam nycticorax dicitur, quia nycticorax nocturnus coruus interpretatio est, nycticora autem nocte uidens, eo quod pupilla oculi κόρη Graecis uocetur. nihil autem noctuam simile corui habere manifestum est. porro perspicuum eam, ut dixi, sicut quasdam alias aues noctis in tenebris magis cernere et in lumine caecutire, noctem diebus pati, lucem noctibus usurpare.

7. Nunc ergo, benedicti mei, uidete qualiter haec auis congruat ad pauperem maestum hoc est paenitentem, opibus gratiae pauperatum et conscia miserorum lapsuum mente gloriae suae damna lugentem et adflictatione miserabili laborantem in gemitu suo et de propriae carnis interitu uitam animae recipere nitentem perque orationum inpendia et gemituum suffragia ambitiosa lacrimarum uulneratae salutis remedia quaerentem. quam apte huiusmodi pauper peccator Aegyptia uel nocturna auis dicitur! etenim quod se ad deflenda et confitenda peccata secretum a communi ecclesiae coetu intra ergastulum cellulae suae maestus includit et elongatur ab hoc saeculo fugiens, ut maneat in solitudine deplorationis et illic aduersus carnis suae desideria confligat et in peccata sua spiritali certamine conterenda depugnet, certe et habitaculo pariter et proelio fit s i m i l i s  p e l i c a n o  s o l i t u d i n i s et illam inimicam serpentibus uolucrem ipsi diabolo et principibus tene-

1 noctis *fort.* 3 niticora *M,* nicticora *cet.* 4 nicticorax *Mβλ,* noctycorax $r^1$, nocticorax *FLPU* nicticorax *LM,* nicticora *FPUβλ* interpretatur *LM* 5 nicticora *ω* pupi illa *r* 6 core *LMβλrχ,* cor *FPU* grece *L,* a graecis *FPU* uocatur *λ* eam (est *m. 2*) *χ* 8 quosdam $r^1$ 9 caecuttire *r,* cęcutare *L,* cecare $FPU\chi^2$, caecari *χ s. l.* 12 lapsum *U* mentem *λ* 13 affictatione *F,* afflicatione *U* 15 gemitum *λ* (u *m. 2*), ingentium *FPUrχ* suffragia et ambitionem *uel* patrocinia et suffragia ambitiosa *coni. Sacch.* 17 huiusmodi *sed* modi *λ m. 2* pauper *om.* $\chi^1$; et *add. βλr* (*sed* et *corr. r*), uel *add. M,* aut *add. L* uel] aut *FPU* 18 etenim quod se *scripsi,* et in quod se *βλ,* et in quo se *FPUrχ,* qui enim se *M Chiffl.,* qui se enim *L* 19 secernens *LM Chiffl.* intra] iuxta *M* 20 elongatus *FUβλrχ,* ellongatus *P* 21 et fugiens *βλ* 23 certe et] certet *FPU* 24 pellicano *FLMPU* 25 ipsi scilicet *LM*

brarum in peccatis et cogitationibus carnis expugnandis dimicans aemulatur. et si in eo agone superauerit, uiuet hostium suorum superstes; escam de uictoria sua sibi quaerit, quia uitae meritum peccati et diaboli uictor adquirit, quem cum omni nequitiae spiritalis exercitu in perniciem nostram uariis artibus serpere cotidianis interioris nostri periculis experimur. sed gratias deo, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum dominum nostrum, ut super aspidem et basiliscum ambulemus et conculcemus leonem et draconem, ergo aduersus huiusmodi artes, qui sunt principes tenebrarum, hoc est homines peccatorum potentes, quos tenebras apostolus dicit, cum quibus a nobis aemula pro salute contentio est. orate ut hos serpentes, dum in istius mundi deserto agimus, exemplo illius solitariae alitis tollamus. quibus obtritis et per uictoriam deuoratis quasi discussa nube tenebrarum inluminabitur noster interior et tunc fiet quasi nycticora in domicilio hoc est in domo domini, ut inter huius saeculi tenebras acutam aciem defectae mentis intendat et possit secundum prophetam talibus oculis luminatum dicere: quia tenebrae non obscurabuntur a me, et nox sicut dies inluminabitur. quod utique fit, cum utraque substantia in homine sibi

8] Ps. 90, 13. 11] (Eph. 6, 12). 19] Ps. 138, 12.

1 in] ut *FPU* 2 si *add.* $\chi^2$ 3 escam ($^{et}$ *m. 2*) *r* $^{quoque}$denictoria *M* ($^{quoque}$ *s. l. m. 2*) sibi *M s. l.* 4 uictoria *FPU* acquiritur *FPU* 5 spiritalis *om.* $\beta\lambda$ 6 cotidianis artibus serpere (*om.* uariis) *FPU* hominis nri *M*$\beta\lambda$ 8 nostrum *om.* $\chi$ badaliscum *U* 9 ergo—artes *post* contentio est *l.* 12 *transl. Sacch.* 10 huiusmodi (modi *add. m. 2*) $\lambda$ arces *fort.* artes qui sunt *om. M* tenebrarum] pugnemus *add. M Cluniac.* 11 hominum *M Cluniac.* apostolus tenebras *FPU* 12 a *om. M* 13 dum] uincamus quos dum *M* 14 solitariae] salutaris *FPU* 14 tollamus *Rosw.*, toleremus $\beta^1\chi^2$, tolerimus $\lambda$, tolleramus *FU*, toleramus *cet.* 15 illuminabitor *U* 16 homo noster $\beta\lambda$, noster homo *M*, nr $^{ocls}$*L* nicticora *FLMPU*$\beta$ 17 in *om. U* ut] hoc est *FPU* 18 defectae (defecatae $\chi^2$ *et in mg.* $\beta^2\lambda^2$) mentis $\beta\lambda r^1\chi$, defectementis *FLPU*, defaecatae mentis *M* 19 illuminatum $\beta\lambda$, luminatus *M* 20 obscurabunt $\lambda^1$ me] te *F* luminabitur $\chi$ 21 sibi congruit *om. FPU*

congruit, ut etiam caro terrenam infitiata naturam ad animae concordiam spiritali migret affectu; et tunc nox sicut dies inluminabitur, cum et caro sicut anima spiritalis efficitur.

8. Quod si per orationes uestras fuerit indultum, ut et in hoste uipereo conterendo pelicano solitudinis aemulemur et nycticorae oculis inter huius saeculi obscura cernamus, tunc in consummatione, pedibus constitutis super excelsa perfectae uirtutis inpositi uigilando in orationibus et meditando in lege domini efficiemur sicut passer unicus super tectum et corpore ac spiritu congruente in uoluntate dei iure dicemus: singulariter sum ego, donec transeam. et quis iste passer est, in quo forma perfecti est nisi passer ille, qui inuenit sibi domum et cum turture nidum sibi fecit altaria tua, domine uirtutum? iste forsitan passer est de duobus illis, quorum unus non cadit super terram sine uoluntate patris. cecidit enim passer hic summus in corpore, sed et resurrexit. cecidit autem ex uoluntatis adsensu factus oboediens patri usque ad mortem crucis. hic passer est illa sapientia, quae requirentibus se in uiis hilariter ostendit, nunc in portis fit obuia, nunc in plateis occurrit, nunc in muris uel turribus celsa conuocat ad se amatores suos et inuitat eos in altitudines habitationum suarum, ut inpleat uerbum suum, quia exaltatus omnia ad se trahit. quis dabit nobis pennas columbae deargentatas, ut per eloquia domini casta et sicut argentum igne examinatum pennati per-

9] Ps. 101, 8. 11] Ps. 140, 10. 12] Ps. 83, 4. 15] Matth. 10, 29. 17] Phil. 2, 8. 20] (Prou. 8, 2). 22] (Ioh. 12, 32). 23] Ps. 7, 4. 54, 7. 25] Ps. 11, 7.

1 terrena *βλ* terrenam—naturam *χ* inuiciata (l n *m. 2*) *M*, inuiciatam *FPUr*, inuiciatam *χ*, immutata *βλ* natura *βλ* 2 spūali *M* affectum *U* 3 illuminatur *Mr* efficietur *β Rosw.* 4 nostras *λ* 5 pellicanum *LMχ*[2] 6 nicticorae *FLMPU* 8 mendicando *U* 10 ac *LMβλrχ*, et *cet.* in *om. FPU* uoluntatem *M*, uoluntates *FUrχ*[1] 12 est iste passer *Rosw.* 14 uirtututum *F* forsitam *βrχ*, forsan *P*, forsam *FU* 16 hic passer *M* sed *om. L* 18 obedies *F* 23 quia] ut *FPU* trahat *FPU* 25 casta] iusta *βλ*[1] examinata *LMr*, exinanitum *FP*[1]*U*, exinanita *χ* preuolemus *FPU*, prouolemus *Mβλrχ*

uolemus ad brauium supernae uocationis, sequentes istum passerem singularem, qui unicus est dei filius, superuolitantem, quia in altis habitat et humilia respicit, et qui descendit in inferiora terrae, ipse est et qui adcendit super omnes caelos captiuam ducens captiuitatem, ut adinpleret omnia? hunc passerem si directa imitatione ualeamus sequi, isdem uestigiis ambulantes, quibus ingressi sunt speciosi euangelizantium pedes, tunc in edito constituti poterimus dicere: uigilaui et factus sum sicut passer unicus super tectum.

9. Meminerimus tamen etiam in sublime prouecti uerbum illud domini, ut qui fuerit in tecto non reuertatur in domum suam tollere uasa, id est ne in nosmet ipsos recurramus et opera carnalia quasi uasa in inferioribus derelicta repetamus. nemo enim, inquit, mittens ad aratrum manum et respiciens retro aptus est regno dei. sed etsi super tectum fuerimus, id est super naturam terrenam euolauerimus non adquiescentes carni, timeamus auium exemplo ad humilia deuolare. scriptum est enim, quia non sine causa tenduntur auibus retia. et scimus, quia sic insidiantes uolucrum simplicitati aucupes humi ponunt tendiculas; et aspersae plerumque escae uel caeci inlices fraude deponunt aues et opertis doloso cespite laqueis inplicant credulas. sed nos simili arte nos sollicitantibus per obtentas mundi huius inlecebras

1] (Ps. 112, 5). 3] Eph. 4, 8. 9. 10. 8] Es. 52, 7; Rom. 10, 15. 9] Ps. 101, 8. 12] Matth. 24, 17. 15] Luc. 9, 62. 19] Prou. 1, 17.

2 est unicus *FPU* superuolitantem *βλ*, *om. M*, super uoluntatem *cet.* 3 quia] qui *FMP²U* qui *om. FPU* 4 et *om. L* est et qui — omnia hunc *add. in mg. M¹* 7 hisdem *M*, iisdem *FPU* 8 pedes euangelizantium *M* aedito *βλ* 9 sum *om. U* solitarius in tecto unicus *FPU* p. s. i. t. *M* 11 memineribus *λ* 12 tectum *β* 13 nos ipsos *F* 14 $^{de}$relicta *F* 15 mittens manum ad aratrum *M* manum *LMλβrχ*, manus *cet.* 20 simus *F* 21 ancipes *r* 22 esca *FPU* uel caeci *om. M* inlices *βλr¹χ*, illices *FLPUλ²χ²*, illicis *M*, *exp. r²* faude *r* et plerumque esca uel caeci illicis aspersa fraude *Rosw.* operti *M* 23 caespite *r* laquei *M* 24 solicitantibus *βλ* obtentus *βλ*, *sed β in mg.* obtentas

nequitiae spiritalis aucupibus armati fide et inluminati ueritate dicamus: in domino confido, quomodo dicitis animae meae: transmigra in montem sicut passer? discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. propterea oremus dominum, qui inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. omnem hominem dictum puto, quia nemo homo nisi agnoscens deum et qui potius meruerit agnosci a deo. quem non agnoscentes conparati sunt iumentis et similes facti sunt illis. nos ergo magna eius misericordia ex inpiis iustificati per fidem et non ex operibus percurramus in odorem unguentorum eius, ut ex illius nomine odorem uitae trahamus et efficiamur odor Christi bonus deo, potionati, ut scriptum est, a uino unguentorum de calice salutaris, in quo ipse ut pigmentarius, ut in ecclesiastico scribitur, unguenta suauitatum miscet, diuidens dona sua singulis prout uult, ut omnia in omnibus inpleantur et odorem notitiae suae manifestet in nobis, quia unguentum exinanitum est nomen eius. quod ut nomen inuocetur super nos semper et in nobis nominetur, fiat conuersatio nostra in caelis. ita enim efficiemur sicut passer unicus super tectum, si non quae in terra sunt sapiamus aut quaeramus, sed quae sursum sunt, ubi Christus est sedens ad dexteram patris, innumerabilibus oculis speculator actuum nostrorum et spectator agonis istius, quo in carne ambulantes non secundum carnem militamus.

2] Ps. 10, 2. 3] Ps. 6, 9. 5] Ioh. 1, 9. 8] Ps. 48, 13. 10] Cant. 1, 3. 12] II Cor. 2, 15. 13] (Ps. 115, 13). 14] (Eccli. 49, 1). 15] I Cor. 12, 11. 17] Cant. 1, 2. 18] (Iac. 2, 7). 19] Phil. 3, 20. 20] Ps. 101, 8. 22] Col. 3, 2. 24] II Cor. 10, 3.

1 spiritali *U* aucibus *rχ*[1] 2 d. a. m. t. i. m. s. passer *in mg. exh. M* 7 agnoscens nisi *β* et] uel *LMrχ* meruit *F* 8 iumentis] insipientibus *add. Rosw.* 10 et *om. FPU* curramus *M* 11 ungentorum *MPχ semper* 13 uiuo *U* 14 pimentarius *r* 15 sua uitacium *F*, suauitatium *PUr* 16 impleantur *β in textu, sed* impleatur *in mg. m. 1, quod Sacch. maluit* 18 exinanitum *om. U* ei *FPUβλχ* nomen ut *M* 19 semper *om. F* et *om. βλ* 20 uestra *βλ* 22 sedens *om. FMPU* 23 dei patris *βλ*[2] inenarrabilibus *coni. Sacch.* 24 et exspectator *M*

10. Non enim est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus inuisibiles inimicos et aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus, non quod spiritus nequam in caelestibus agant, sed quod in caelesti conuersatione uiuentibus aduersentur. induamus itaque arma lucis, in deo nostro transgrediamur murum illum inter nos et deum separantem nec de carnali infirmitate timeamus aduersarium spiritali natura uiolentum, quia uirtus in infirmitate perficitur, et non in uirtute sua potens est uir, sed dominus infirmum facit aduersarium eius, quem ipse dominus uirtutum, rex gloriae, tali pro nobis congressionis genere confundit, ut illum in cruce Christi non diuina uirtus sed humana superaret infirmitas. sequamur itaque triumphantem Iesum, et scuto fidei circumdet nos ueritas eius, ut non timeamus a timore nocturno et a iaculo uolante per diem. cadent a latere nostro mille et decem milia a dextris nostris, non nostra uirtute sed Christi, cuius pugna est qua pugnamus et cuius corona qua uincimus, quia membra sumus corporis eius, si tamen mortificemus in terra membra nostra, ut fiant arma iustitiae, quibus accincti et Christo et angelis eius et uobis laetum de nostro certamine spectaculum praebeamus et euolantes de laqueo uenatorum garrula gratulatione cantemus: anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium; laqueus contritus est, et nos liberati sumus, quia adiutorium nostrum est in nomine domini Iesu Christi. non est enim aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri nos. in hoc nomine triumphantes confiteamur domino misericor-

1] Eph. 6, 12. 5] Rom. 13, 12. 6] Ps. 17, 30. 8] II Cor. 12, 9. 14] Ps. 90, 5. 6. 7. 23] Ps. 123, 7. 8. 26] (Act. 4, 12). 28] Ps. 106, 8.

3 in] in ea *βλ* 5 induamur *M* 6 in *FPUr*, et *M*, et in *cet.* 7 seperantem *PU* 8 aduersarium — infirmum facit *om. U* 9 et non] nec *FPUχ* 13 separaret *λ* 14 circumdet *Pβλ* 17 sed uirtute *FPU* 18 eius *β* 19 summus *β* mortificamus *βλ* 21 laetum *om. L* certamur *F* 23 anima — uenantium *om. M* 24 de laqueo — contritus est *om. U* 25 nostrum *om. FPU* 26 dñi nñi *L* enim aliud nomen est *βλ* 28 confitemur *λ* misericordia *FPU*

dias eius et gloriemur in laude eius, non in nostra. quoniam, ut propheta dicit, si quid bonum nobis, ab ipso est et si quid optimum, ipsius est: ipse enim fecit nos, et non ipsi nos. et propterea dicit: quid autem habes, o homo, quod non acceperis? quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? in quo monet ut qui gloriatur in domino glorietur, unde iam nobis leues angustiae fiunt, quando laudari uidemur; nihil enim nobis conscii sumus de proprio bono, ut tamquam agnoscentium pudorem laudator perurgeat, quia non ipsos nos sed diuinae bonitatis munera atque opera praedicari cognoscimus; si quid enim in nobis boni uidetur aut creditur, illius est, qui solus bonus est et de cuius plenitudine omnes accipimus et pro meriti uel fidei capacitate respergimur. ros enim qui ab illo est sanitas est nobis, et laetamur in stillicidiis eius. ergo et error iste, quo nos laudatis, innocuus erit uobis. insuper et mercedem uobis copiosam tam pia fides congerit, quia, ut nos nostra mente iniquos et de peruersa huius saeculi generatione prauos existimetis bonos factos, domino omnipotenti creditis, qui potens est iustificare inpium et uiuificare mortuos et inluminare tenebras et phoenicium candidare.

11. Quamobrem orate solliciti, ut tanto opere uel munere dei dignum cor accipiamus et qui accepimus contemptum patrimonii accipiamus etiam nostri contemptum; angusta enim

1] Ps. 105, 47 3] Ps. 99, 3. 4] I Cor. 4, 7. 6] I Cor. 1, 31. 12] Matth. 19, 17. 13] Ioh. 1, 16. 15] Ps. 64, 11. 21] (Es. 1, 18).

2 in nobis *M* 3 ipsius *scripsi*, ab ipso *βλr*, ab ipsius *L*, ab ipsius maiestate *FP*[2]*U*, ab ipsius *cet.* 4 ipsi] ipsum *β*[1] et propterea *om. βλ* dicit] et paulus dicit *βλ* 5 ecceperis *U* 10 sed *om. L* 11 praedicare *FPU* 13 accepimus *LMβλ* 16 ei *χ* quo] qui *FPUβλ* nos *om. FP*[2]*U* laudatis in nobis (innocuus — uobis *om.*) *U* 17 uobis *LM*[1]*βλr*, nobis *cet.* congeret *Rosw.* 18 qui aut *FPU* et] aut *FPU* peruersa *ex* persa *r m. 2* 19 prauos] probos *FPU* bonosue *FPU* facitis *r* deo *FPU* 21 foenicium *βλrχ*, fenicium *FP*, fenitium *U*, fęnicium *M* 22 opere *LMrχ*, ore *cet.* 23 dignum] dignum deo *Rosw.* quia *βλ* accipimus *P*

uia gradimur et quasi in fune suspenso ancipites ambulamus, et nisi certo libramine mentis uestigia fixerimus, ut non declinemus dextra uel sinistra, facile nos in huius aut illius partis ruinam inimicus inpellet. ideo nobis in Salomone sapientia canit: non deflectatis a domino, ne cadatis. ipse enim dominus Iesus uia ueritas uita est, qui dicit: omni uigilia serua cor tuum, quia per ipsas uirtutum uias in uitia delabi possumus, et nisi certo, ut dixi, statu dirigentes animi momenta libremus, de ipsa humilitate capiemus superbiam, et euanescet species pietatis, si per laudem paupertatis obrepat inflatio. et quid proderit caruisse diuitiis, si remanemus diuites uitiis? unde quaesumus, ne ex illo nobis uerbo domini blandiamini, quia fecerimus: uendite quae possidetis, quia plus est quod superest illud: et ueni, sequere me. facile est autem uideri quantum sit sequi Christum, ut homo imitetur deum. sed et illud scitis, quia semel locutus est deus, duo haec audiui; nam et iste sermo, sicut omnis fere scriptura diuina, in biuium patet: uade et uende omnia tua. non enim pecuniam tantum et fundos, extraneas facultates, sed etiam animi nostri internas opes, quae uere nostra substantia est, possidemus. hanc uendere hoc est alienare a nobis tanto maior uictoria, quanto altior difficultas est ingenita quam adposita separare et intus infixa diuellere quam adfixa extrinsecus reicere. se enim ipsum mutat et superat qui re-

5] Eccli. 2, 7. 6] Ioh. 14, 6. Prou. 4, 23. 13] Matth. 19, 21. 16] Ps. 61, 12.

1 in *om.* *FPU* suspenso (ꝉ i *m. rec.*) *M* 2 et *Mr*², *om. cet.* nsi *F* libramine mentis *LMβrχ*³ (*sed r* ine *ex corr.*), libram in mentis *cet.*, libramine *Rosw.*, certis libramentis *coni. Sacch.* 3 sinixtra *r*¹*χ*¹ 4 in *om.* *U* solomone *Uβ*, salamone *P* 5 cauet (*in mg.:* aꝉ canit) *β* a domino *r* *s. l. m. 2* 6 Iesus] Christus *Rosw.* et uita *βλ* 8 delabi (ꝉ i *m. 2*) *M*, dilabi *λ* statu *λ* *s. l. m. 2* 9 liberemus *χ* 10 speties *Uχ*, spes *F* 12 quaesumus] qs̃ *MPUrχ* 15 uideri// *M*, uidere *Rosw.* imittetur *P*, mictetur *U* 16 qui *β* 18 biuiis *βλ* 21 hoc] id *U* 23 seperare *LPU* intus infixa diuellere quam adfixa extrinsecus (extrinsecus affixa *M Rosw.*) reicere *Mχ Rosw.*, affixa extrinsecus reicere quam intus (uiciis *F*) infixa diuellere *cet.* 24 se *M*, si *cet.* mutat *ω nisi quod* uincit *β*² *et λ*² *in mg.*

nuntiat moribus suis et se abdicat sibi, ut illud fortissimum dei uerbum inpleat: qui perdet animam suam propter me inueniet eam. haec domini recordantes effundamus in illum animam nostram, et ipse nos enutriet et absconditam in se uitam nostram fouebit et se cum gloria reuelabit, si tamen pro hac eadem anima oremus in tempore oportuno id est nunc in isto saeculo. in inferno enim quis confitebitur ei? istic morimur peccatis, ne illic uiuamus poenis. mors enim, quae secunda dicitur, nihil est aliud quam uita poenarum.

12. Caueamus igitur ab inferiore inferno, ubi corpus et animam gehenna torquebit aeternum moriente peccatoris anima, permanente sensu et durante materia corruptionis. nam et mortui, ut scriptum est, resurgent incorrupti, non gloriae inmortalitate sed poenae. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? dominus fortis et potens, dominus potens in proelio, qui uectes ferreos confregit et humiliauit calumniatorem, ut exaltaret me de portis mortis et narrarem mirabilia eius in portis filiae Sion. benedicat uos dominus ex Sion, et uideatis quae bona sunt Hierusalem et oretis pro nobis omnibus diebus uitae uestrae, ut portio nostra communiter sit in terra uiuentium.

2] Ioh. 12, 25. 7] Ps. 6, 6. 12] I Cor. 15, 52. 14] Rom. 7, 24. 15] Ps. 23, 8. 16] Ps. 106, 16. 17] Ps. 71, 4. Ps. 9, 12. 15. 19] Ps. 127, 5. 21] Ps. 141, 6.

1 fortissimum illum *FPU* 2 uerbum *om. M* 3 hac $\beta$ domini] uerba *add. M* effundimus *FPU* 5 in se *om. F* secum *FUr* in gloria (in *m. 2*) *r* reuelauit $\chi^1$ 6 hec *F* opportuno *PU* id est *scripsi*, quod est *M*, est *Lr*$\chi$, et $\beta\lambda$, *om. cet.* 8 ei] tibi *FPU* moriamur $r^2$ *Rosw.* in penis *FPU* 9 eenim *F* aliud est *FLPU* 10 anima *U* 11 in aeternum $L^2M^2\chi^2$ 12 manente *Rosw.* 15 liberauit $r^1\chi^1$ 16 ferreos] hereos *F*, ereos *PU* 18 et] ut *Lebrun* narrem *FPU* 19 exion *U* 20 in hierusalem *FU*$\lambda r\chi$, in ierłm *M*$\beta$ 21 et *F* communis $\beta$ 22 uiuentium finit II · *r*, uiuentium. Finit $\chi$ *epistolam 40 sequitur sine inscriptione epistola 41 in U, uerbo* continuatur *interiecto in FP.*

## XXXXI.

1. Legimus in tergo epistolae adnotationem epistolarum, quas meas esse indicastis. nam uere prope omnium earum ita inmemor eram, ut meas esse non recognoscerem, nisi uestris litteris credidissem. unde maius accepi documentum caritatis uestrae, quia plus me uobis quam mihi notum esse perspexi. hymnos, quos desiderabam, accepisse gratulor, quo munere, sancte frater, admonuisti me, ut faculam meam diligenter, dum tempus est, appararem, ne cum fatuis excluderer, si cum sapientibus non occurrerem. orate autem, ut et uirgines et fecundae sint animae nostrae, sine sterilitate uirgines, sine corruptione fecundae. hoc enim mysterio et in lege maledictus qui semen in Israel non dederit, et in euangelio uirgo sapiens, quae oleo procurato uigili sollicitudine uncta face sponsi expectat aduentum iamque uenienti non extinguendum pingui fomite lumen accendit.

2. Ergo mens nostra fertilis deo et uitae fructus operibus bonis pariat. sit spiritus uirgo, ut nulla saeculi corrumpatur inlecebra et ab omni labe uitiorum integer maneat. stultae enim uirgines illae mihi uidentur esse animae, quae uirtutibus steriles, et illae sapientes, quae uitiis incorruptae sunt. denique in utroque uirginum genere quinque ponuntur, ut intellegatur ad sensus hominis integritatem aut corruptionem referri; nam quinque sensibus omnes praediti sumus, per quos aut uitam recipimus aut mortem. de ipsis enim dolens pro-

9] (Matth. 25, 10). 20] (Matth. 25, 3).

*FLMPUβλrχ*. — item eiusdem paulini epistola XVI · *L*, ad nescioquem suppresso nomine XXIIII · *M*, item incipit eiusdem epłae paulini *χ* 2 egimus *β* notificationem *F* 3 indicatis *βλ* 4 eram] eorum *U*, earam *P* 5 magis *F*[1] 6 ꝑspexi *L* 9 adparerem *χ*[1] 10 currerem *χ*[1] et fecundae *om. M*, et facundae *β* 11 simus *M* animae—uirgines *om. M* 12 et] est *βλ* maledictus est *M* 13 semem *β* ysdrael *U* sapieris *U*, sapiens dicitur *M* 14 solicitudine *βλ* facie *L* aspectat *FPU* 15 estinguendum *λ* 16 accendit *om. U* 17 deo] sit *add. Rosw.* 18 sit] et *add. Rosw.* 19 et *om. M* ab omni labe *ex* abominabile *P m. 2* 20 esse *om. FPU* 21 steriles] sunt *add. FPU* ille *MP*

pheta dicit: mors introiuit per fenestras uestras. quas obstruamus timore dei, ut ad omnes istius mundi formas et uoces surdi simus et caeci; sepiamus aures nostras spinis contra linguam nequam et inlecebrosa modulamina; auertamus oculos nostros, ne uideant uanitatem; obstruamus et nares nostras, ne de corruptione huius saeculi mortis odorem trahamus, neque per gustum inlicem gulae morbus inrepat et concupiscentiarum cibis continentiae robur eneruet; neque mollibus uestimentis corpori blandiamur, ne carneos tactus et amplexus inlicitos delicatis male palpata tegminibus membra disquatiant. ita fiet, ut in unumquemque nostrum omnibus sensibus castis et oleo doctrinae fidelis inbutis uirgines omnes quinque sapientes maneant et oleo in uasis suis reposito expectatione secura quiescant, facile mox parandis facibus occursurae, cum primo superuenientis sponsi tumultu fuerint excitatae. nam in tantis ecclesiae populis, in quibus non solum uirgines, quarum tamen innumera multitudo est, sed et maritatae et uiduae diuersis et moribus cernuntur et fructibus, non arbitror alia ratione quinque tantum uirgines fatuas et totidem sapientes esse positas, nisi quod utraque persona in totius populi uniuersitate diuersa, numerus autem ratione supradicta singillatim in omnibus continetur, ut unusquisque in semet ipso aut stultas aut prudentes habeat pro qualitate sensuum suorum, in quibus prouidis sapiens, inertibus autem stulta uirginitas est. nam ideo et fatuae sicut sapientes in tanta sui dissimilitudine similiter uirgines appel-

1] Hier. 9, 21. 3] (Eccli. 28, 28). 4] Ps. 118, 37.

1 nostras *L* 2 obstruamus *β in textu, in mg.: al* offirmamus huius mundi *M* 3 uices *U* et cęci simus *M* 7 illicem *corr. in* inuicem *F* obrepat *M* 8 et] ut *F* cibus *LM* 9 molibus *β* ne] nec *FPU* 10 delicatatis *P* 11 disquatiant *Rosw.*, disquatient *FPUβλ*, desquatent *χ*, discatent *L*, descatent *M*, despument (*uel* in carneos dissultent) *coni. Sacch.* itaque *L* unoquoque *Rosw.* 12 et *om. Rosw.* 17 innumerata *FU* 18 maritę *χ* et moribus] moribus *L* 20 totidem] quinque *M* 21 in] est in *LM* 22 ut *om. FPU*, et *β* 23 prudentes uirgines *LMχ* 25 autem] aut *β* sicut] sunt *βλ*

lantur, quia uirginibus secundum carnem sterilitas infecunda, secundum spiritum fructuosa castitas adest. quare nec sapientes sterilem uirginitatem habent, quia sapientes sunt, nec stultae fructuosam, quia stultae sunt. quarum forma mihi uidetur esse sapientia huius mundi, quae stultitia est apud deum, et sapientia carnis, quae uere uirgo stulta est, quia legi non est iuncta atque subiecta legi et sapientiae dei; et lucerna eius facile extinguitur, quia non habet oleum ueritatis uacua spiritus sancti, quo oculus interior luminatur et inpinguatur animae caput, quod est fides nostra, cui oleum est doctrinae caelestis infusio.

3. Itaque oleum peccatoris non inpinguet caput nostrum, neque muscae moriturae exterminent oleum suauitatis, ut semper nobis caput Christus sit, ne umquam deficiat oleum capiti nostro, quia unguentum exinanitum est nomen eius; et tunc omnibus perfecti sensibus erimus uirgines sapientes, si in nobis manserit sapientia dei, per quam facta est etiam in corpore fecunda uirginitas. nimium uos fatigo et multum mihi praesumo de patientia caritatis. sed oportet ut audiam Salomonem in sapientia dei loquentem, ut parcius, ad amantissimos licet, inferam uerbi pedem, ne satiati oderint me; scio autem, quod sicut odisse quis non potest uiscera sua, ita nec uos humilitatem nostram, quam uisceribus uestris permiscuistis. pax et caritas et gratia et humilitas Christi do-

5] I Cor. 3, 19. 7] Rom. 8, 7. 8] Prou. 20, 20. 10] (Ps. 140, 5). 12] Cant. 1, 2.

2 caritas *Chiffl. ex Cluniac.* adest *ex* est *U m. 2* 4 fructuosam *M*, fructuosae *cet.* 5 huius *om. M* 6 apud deum est *F* 7 legi non] non *M* uincta $\beta\lambda^1$ quia legi et sapientiae dei non est subiecta cuius lucerna facile *M Cluniac.* 8 quia nõ non *P* 9 spiritu *U* exterior *Rosw.* 10 illuminatur *L* 11 celestis doctrinae *F* 14 ne] nec *Rosw.* 16 nunc *U* perfectis $\beta\lambda$ 19 mihi praesumo multum *FPU* ut *om. LM, in ras.* $\chi^2$ 20 insapientia *FPU*, sapientia $\chi$ parcius inferam *FPU* 21 uerbis $\beta\lambda$ pedem] taedium $\beta$ *in textu, in mg.:* al pedem 22 autem] tamen *M* sicut] sciunt $\beta$ 23 uos per $F\chi$, uesper *U* 24 promiscuistis *U*

mini altissimi abundet in uobis, benedicti fratres merito uenerabiles et dilectissimi.

## XXXXII.

Beatissimo ac merito venerabili patri Florentio Pavlinvs.

1. Laetamur in domino uisitatos nos litteris sanctitatis tuae et prouocatos, ut qui neque notitiae tuae prius gratiam gesseramus nunc repentino dei munere plenam tuae tamquam ueteris amicitiae fiduciam sumeremus. uinum, inquit, et amicus ueterescet, et cum suauitate bibes eum. ecce istam prophetae sententiam superauit sanctitas tua, quae tam perfecto diligere nos coepit affectu, ut inueteratae nobis dilectionis suauitatem in prima huius foederis nouitate reddiderit, ut non necesse habeamus optare incrementa caritatis, cuius maturitatem consummatam principiis abundantibus experimur, ut ubertatem animae tuae magnis fontibus conparare possimus, qui originem suam late profuso ore rumpentes statim in ortu suo flumina sunt. benedictus itaque dominus, qui peccatis nostris tali gratia superabundauit, ut nos nec notitia tua dignos etiam caritate ditaret, et minore hactenus bono carentibus, cum uestrae corporalis notitiae essemus expertes, tanto maius de te munus indulsit, quanto potior in

8] Eccli. 9, 15.

1 nobis *βλχ* 2 et] ac *FPU* dilectissimi] ualete in domino *add. F*, opto uos ualere in domino *add. P²U*. — expliċ *L*, explicit liber quartus epistolarum paulini episcopi nolani *U*.

*FLMOPU*. — ad florentium caturcensem epm XL · *M*, ad florentium epm cadurcensem XXXII · *L*, incipit ad florentium epm de ciuitate cadurcensium *O*, incipit ad florentinum epm *P*, epistola sancti paulini episcopi ad florentinum episcopum in qua pro transmissis epistolis plurimum gratias agit: et ad perseuerantiam amicitie et kritatis ipsum obnixe inuitat: et ut oret pro se humiliter deprecatur *U* 4 ac] et *FM* fratri *Col.* florentino *FPU* Meropius Paulinus epistola uigesima septima XXVII *F* 7 dei repentino *U* plenum *O* 8 amititiae *O* 9 ueterescet *LO*, ueterascet *M*, ueterascet *cet.* cum] in *FPU* bibis *FOPU* eum] ipsum *v* 10 prophetam *O* et superauit *FPU*, exsuperauit *LM* 11 et *FPU* 13 nos *PU* 14 experiemur *O* 15 ut *om. FPU*, ita ut *M* 19 minore] in more *FPU* 21 experientes *O* potior est *M*

homine substantia est spiritus quam caro. propterea exultat cor nostrum, et repleto gaudiis ore dicimus: magnificauit dominus facere nobiscum, quoniam praeuenisti nos in benedictione dulcedinis per eloquia sancta et sicut argentum purgatum examinata, uisitans nos, ut dixi, et excitans de pigritiae nostrae situ ad obseruantiam caritatis tuae, in qua quidem non ignorantia dormiebamus, sed ignorantia silebamus. sit ergo nomen domini benedictum et laetetur in hoc etiam opere pietatis suae, quo ignorantibus in carne faciem tuam hanc potius, qua pulchrius in Christo formatus es, speciem tuae mentis ostendit. sermo enim, inquit, uiri indicat de illo, et ex abundantia cordis os loquitur.

2. Sermo itaque tuus nobis apostolico sale conditus expressit saporem gratiae, quae tibi data est, et de stillicidiis labiorum tuorum gustauimus quam suauis sit in te dominus, qui factus es et positus in caput populi, electus ex ouibus in uirum gregis, ut regeres oues pascuae eius, qui animam pro ouibus suis posuit. idem agnus et pastor reget nos in saecula, qui nos de lupis oues fecit, earumque nunc ouium pastor est ad custodiam, pro quibus fuit agnus in uictimam. hic ergo dominus et deus noster, qui in terris uisus est et inter homines conuersatus est pro nobis, ouis et pastor in nobis est, quia nos inuisibili baculo et salutari uirga intus regit, ut etiamsi ambulemus in umbra mortis, non timeamus mala, quia nobiscum deus est, Emmanuel ille, dominus maiestatis

2] Ps. 125, 3. 3] Ps. 10, 4. 5] Ps. 11, 7. 8] Iob 1, 21; Ps. 103, 31. 112, 2. 11] Matth. 12, 34; Luc. 6, 45. 14] (Col. 4, 6). 15] (Ps. 33, 9). 18] (I Reg. 15, 17. 16, 11; Ps. 77, 70; Ioh. 10, 15). 21] (Ioh. 1, 29; Es. 53, 7). 22] Baruch 3, 38. 26] (Ps. 22, 4). (Es. 7, 14).

1 spiritus *om.* *FPU* 4 tua sancta *U* 5 dixi et *LM*, dixit *O*, dixi *FPU* 7 suae *F*[1] non ignorantia *ω* (*nisi quod M s. l. m. 2:* negligentia), somnolentia *v* 9 laetaetur *O* pietatis suae opere *FPU* 10 suam *U* pulcrius *LM*[1] Christo] carni *M* 11 mentis tuae *LM* 12 iudicat *U* 15 laborum *F*[1] 18 animam suam *U* 20 es *F* 23 in nobis pastor *FPU* 24 reget *O* regit intus *FPU* 26 emanuel *FPU*, ẽmanuhel *LM*

et filius ancillae, quorum aliud natus, aliud factus est. idem creator hominis et redemptor, deus ex deo, homo pro homine, filius dei ante saecula, filius hominis pro saeculo, forma serui pro libertate seruorum, et pauper factus, ut pauperes sua egestate locupletet, quia ipse est diues in omnes omnis boni, qui omnia in omnibus adinpletur, plenitudo diuinitatis, spes omnium finium terrae et in mari longe, deus salutaris noster, mediator hominum et dei, homo Christus Iesus, qui est in gloria dei patris super omnes deus benedictus in saecula.

3. Hic ergo, qui te in sortem apostolorum suorum dignatus adsumpsit, ut eorum arte hominum piscator existeres et de amaris ac profundis huius saeculi fluctibus uiuificandam potius quam perimendam deo praedam hamo uerbi salutaris extraheres, quod utique cotidie facis, hic deus, qui te adiutorem aedificationis et culturae suae fecit, qui insinuare dignatus est dilectionem humilitatis nostrae sublimi per humilitatem cordis animae tuae, quia procul dubio per mansuetudinem ouis et agni innocentiam pastor esse meruisti, hic te, inquam, deus, qui amantem nostri facere dignatur, non iuxta meritum malum faciens, sed secundum diuitias bonitatis suae, ut nobis adiutorium de patrocinio orationum tuarum, tibi merces de proximorum etiam minorum magna caritate cumuletur, memorem te nostri perpetuo faciat, omnibus orationibus tuis et oblationibus curam nostrae salutis inmisceat, ne in offendiculum nobis

3] (Matth. 1, 16; Luc. 2, 7). 4] II Cor. 8, 9. 5] Rom. 10, 12. 6] Eph. 1, 23. Col. 2, 9. 7] Ps. 64, 6. 8] I Tim. 2, 5. 9] Phil. 2, 11. 11] (Act. 1, 20; Col. 1, 12). 12] (Matth. 4, 19). 15] (I Cor. 3, 9). 22] (Matth. 25, 40).

1 alius *U* natus] natura *MO* 2 homines *O* 3 filius hominis] homo *FPU* 5 locuplectaret *U* 6 quia *F* adimplet *U* 7 sps *L* 9 Iesus *om. L* 12 absumpsit *U* existeris *O* 16 et *O*, *om. cet.* 17 sublimi] sublimiter *FPU* 23 minimorum *LP*, minimo *FU* kritate magna *U* 24 omnibus *om. U*, [dñs] omnibus[que] ([dñs] *et* [que] *add. m. 2*) *M* 25 curam tibi *M* iminisceat *F*

accedat tanta ista qua gloriamur in domino tuae dilectionis inpensio, si rapaces indomitorum sensuum bestias uestitu ouium contegamus. sic igitur ora, donec exores, ut fiat cor nostrum inmaculatum in conspectu domini, ut non confundamur neque simul trahamur cum his, qui *loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum*; sed lingua et mente concordes corde credamus ad iustitiam, ore confiteamur ad uitam. ita demum pietas, qua nos diligis, tibi fructuosa referetur, si tam efficax pro nobis oratio tua fuerit, ut a nostra terrestri specie demutati in tuam similitudinem transferamur, ut *caelestis* hominis *imaginem* pari ueritate *gestemus*.

4. Tunc uere erimus de tua caritate felices, si obtineas, ne simus a tua caritate dissimiles. in quo tamen non eatenus quasi superbum tendimus uotum, ut apicem meriti tui speremus adtingere, sed ut salutis fine conclusi iuxta formam fidei tuae in itinere directo ueritatis uestigia perlegamus et sit nobis finis ipse qui initium est, caput et fundamentum corporis sui petra Christus, illa petra, quae nos inter huius saeculi deserta sitientes iustitiam sequaci fonte prosequitur et dulci potu refrigerat, ne carnalium cupiditatum aestibus peruramur, illa petra, super quam domus stabilita non conruit et illa petra, quae latere lancea perforato aqua fluxit et sanguine, ut pariter salutiferos nobis funderet fontes, aquam gratiae et sanguinem sacramenti, qua idem est et fons nostrae salutis et pretium.

2] (Matth. 7, 15). 4] (Ps. 118, 80). 5] Ps. 27, 3. 7] (Rom. 10, 10). 11] I Cor. 15, 49. 18] (Apoc. 1, 8; Eph. 1, 22. 4, 15. 5, 23; Col. 1, 18; I Cor. 3, 11. 10, 4; Matth. 7, 24; Luc. 6, 48). 23] (Ioh. 19, 34).

1 ista *O, om. M,* est *cet.* qui *O* in in *F* domino] ipso *M* inpensio] *add. M:* in offendiculum nobis accedat 2 domitorum *FLOP,* dominorum *U* sensum *U* uestitum *O* 3 congregamus *O* faciat *F*[1]*U* 5 iis *v* 7 ore autem *U* 8 ad uitam] adiutam *O* ita ad deum *F* 12 gestamus *O*[1] 13 caritate [l qualitate] (*s. l. corr. m. 2*) *M* 16 ut *ex* et *F* 17 in *om. M* finis nobis *F* 18 corpori *O* 19 inter] in *M* deserto *M* 20 sitientis *O* forte *F*[1] refrigerat ne] refrigeratione *O* 21 peruramur] per oramus *O* 22 supra *F* 23 ut duos pariter nobis salutiferos *M* 25 qua idem *L,* quidem *O,* quia idem *cet.,* qui idem *v*

5. Sed, uae mihi peccatori, quo iam progressus, immo prolapsus sum? dum pluribus apud te uerbis ago, ut pro peccatis meis uel potius aduersus peccata mea promerear, cum orationes intendas, adcumulo eandem de loquacitate mea sarcinam, quam de orationibus tuis minui peto, tamquam inmemor scriptum: de multiloquio non effugies peccatum. et quid agam? quo ore purgari postulem? uel qua a te ratione defendar, cum sciens prudensque contrarium prophetico uerbo commiserim, ut peccato multiloquii me laederem et sanctitatem tuam fatigarem? haerebo prorsus hoc crimine neque uel tua me tegere ualebit oratio, nisi tu ipse mihi prius hanc iniuriae tuae culpam remittas et pro me, sicut beatus Iob pro loquacibus amicis facere praeceptus est, hostiam placationis offeras deo. tantum enim de animo tuo mihi uindico, ut hoc mihi multiloquium de tua indulgentia inpune cessurum praesumam, non ambigens tantam habere te patientiam, quantam habes caritatem.

## XXXXIII.

SANCTO ET MERITO VENERABILI FRATRI ET DESIDERANTISSIMO DESIDERIO DESIDERIORVM MEORVM PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES IN CHRISTO DOMINO SALVTEM.

1. Ad te breuem epistolam iam diu ante fratri Victori dederamus, quam et ipsam perferri ad sanctitatem tuam uolui,

6] Prou. 10, 19. 12] (Iob 42, 8).

1 mihi misero *U* quo iam *scripsi*, quoniam *ω*, quonam *v* 2 pro] et *M* 3 uel—*l*. 4 eandem *om*. *M* mea] patrocinũ *(sic) add*. *v* cum] ut *fort*. orationes *scripsi*, orationis *FOPU*, orationibus *LMv* 4 ad cumulẽ *L*, ad cumulum *FPU* eadem *FOPU* de] ex *M* locacitate *L* mea *om*. *M* sarcinam addo *M* 9 me] in me *O*, et me *v* 10 neque *v*, aeque *O*, a quo *cet*. 11 iniuriam *O* 12 beato *FLPU* loquatibus *L*, loqua$^{bu}$cis *O* 13 praeceptus *O*, praeceptum *FLPU*, pceptum *M* 15 multiloquio *O*$^1$ 16 te habere *F* ipse habes *U* 17 caritatem] uale *add*. *FP*$^2$*U*. — finit ad florentium *O*.

*FLMOPU*. — epistola sc̃i paulini ep̃i ad desiderium ·XXXVI· *L*, incipit ad desiderium ·XLIIII· *M*, incipit ad desiderium secunda *O*, ad

ut ipsi perlatori suo testimonium perhiberet non uoluntariae apud nos remorationis. haec enim causa breuitatis eius fuit, quod post modicum aduentus sui tempus Victor a nobis ad uos refestinans tanta se ad iter relegendum obstinatione durauerat, ut uix uel breuium ad te litterarum nobis tribueret facultatem. interea proficiscentem subiti rerum obices retraxerunt, cum hiems nauigationem et itinera metus clauderet, quibus inpeditus atque reuocatus necessitati praestitit longam dilationem qui procrastinationem rogatus negauerat caritati. inter has moras etiam aeger fuit et quidem ita grauiter laborauit, ut a portis mortis reductus plus temporis in reficienda ualitudine consumpserit, quam aegritudine tolerata produxerat. postea iam uicino apostolorum natali dimittere eum inhumanum putauimus. itaque longioribus eius moris, quas supradictis necessitatibus dederat, breuem hanc illi moram de nostra uoluntate adiecimus, ut, cum apostolicam sollemnitatem uoti nostri et itineris annui socius celebrasset, huius quoque ad uos negotii nostri nuntius reuerteretur.

2. Sane epistolas, quas ad benedictum dei hominem, fratrem nostrum Seuerum, habet, diuerso tempore, prout impetus festinationum habebat, fecimus, sicut ipsarum uaria lectione monstrabitur; nam breuiores earum quasi properans et in profectionis ianuis pendens Victor exegit, prolixiores autem cum de longa eius remansione securi esse coepissemus, tamquam remissa atque laxata in otium mente scripsimus. scripserat autem nobis frater noster Seuerus, ut eum remitteremus,

desiderium II · *P*, epistola sancti paulini episcopi ad desiderium episcopum quomodo intelligendum sit, quod in euangelio dicitur de ficu, cui dominus yh̄s maledixit eo quod fructum non haberet eo tempore quo requirebat *U* 19 desiderantissimo *FLM*, desideratissimo *cet.* 20 thrasia *F* 21 salutem epistola XXX *F* 22 per fratrem uictorem *LM* 23 tuam sanctitatem *U*

4 religendum *O* 6 rerum] remum *O* 7 metus itinera *U* glauderet $U^1$, clauderent *v* 9 rogatus procrastinationem *M* 14 qua *O* 18 n̄r̄i *ex* ūr̄i *L* reuertitur *FOPU* 21 uaria ipsarum *FPU* mostrabitur *LMO*, monstrabatur *FPU* 22 iam *O* 24 tamquam—scripsimus *om.* *FPU* 25 scripsimus] curauimus *LM* 26 eum] uobis illico *add.* *v*

atque ita praescripserat tempus, ut ad uindemiae dies remissus occurreret. in quo, quia non potuimus ei parere, hac saltem specie oboedientiam praebere temptauimus, ut illum si non eodem anno, quo sperauerat, tamen eodem tempore, quo iusserat, occursurum recipiat; et si tarditatem illius necessitatibus, quas exposui, non uult inputare, meo delicto reputet quod remansit, suis tamen orationibus debeat uel tardum istius reditum, quia, cum iam omnino depositus aegrotaret, de Seueri fide speraui sanitatem eius, quam de meis meritis desperabam, quibus uidebam Victoris innocentiam uerberari, ut in illo mea iniquitas plecteretur, in quo diuina iustitia uindicabat quod in dilectione peccatoris errabat. nam et mihi poenam caritas excitabat, ut tribulationem, quam unanimus mihi homo patiebatur in corpore, cruciatu uiscerum animique conpatiens sustinerem.

3. De quo autem mihi per ipsum scripseras, aquam dulcem et copiosam in amaro et arente riuulo quaerens, tuae potius gratiae explicandum refundo; nam me fateor tantorum nominum et mysteriorum pondera nec digito ausum tangere. legi enim, quia in maliuolam animam non introibit sapientia, et ideo malitiae meae conscius non potui diuinae reuelationis habere fiduciam, cum prudentiae lucem tenebroso corde non caperem. tu uero benedicte, uas mundum et aptum deo, si accepisti intellectum benedictionis illius, qua filios suos prophetico spiritu patriarcha in caecitate corporis luminatus adloquitur, expone mihi rescripto mysteria regni et sacramenta a saeculis reposita et pro saeculis reuelata in Christo Iesu, in

17] (Iac. 3, 11). 20] Sap. 1, 4. 26] (Gen. 49, 2).

1 ut ad uindemiae *v, om. in spat. uac. O, add. in mg. m. 2;* ad uindemiae *om. cet.* die* (certo) *M* (s *eras.*) 2 ei (illi *v*) parere *Ov, om. cet.* hac] at *F,* ac *O* 3 saltim *LO* 4 si *in* et si *corr. M* 5 ullius *s. l. L* 6 non uult] noluerit *M* meo] suo *LM* 8 ipsius *F* redditum *P* omnino iam *U* 10 disperabam *O* inncenciam *P* 12 errauerat peccatoris *U* 13 caritatis *FLMU* tribulatione inquam *O* 15 sustineret *M* 17 arente *O,* harenti *P,* arenti *cet.* 22 prudentia *O* 23 uere *LM* 26 mysteria *scripsi,* mysterio *O,* mysterium *cet.* 27 pro saeculi *O*

quo concurrit diuersa omnium forma sanctorum, qui in patriarchis figuratur, in prophetis loquitur, in apostolis operatur et omnia in omnibus adinpletur, quia in ipso placuit inhabitare omnis plenitudo, qui omnium initium et finis est. quod si necdum accepisti, quia forte, dum proximo tuo mihi donata credis quasi iam in tuo parata promptuario, petere tibi specialiter a domino distulisti, pete et accipies secundum fidem et animam tuam, quae quanto castior membris, tanto uiuacior sensibus et quanto mundior corde, tanto capacior Christi est, qui ab humili possidetur et a mundo corde conspicitur.

4. Te autem, ut tua opinione deceptum ab inopia mea minus moleste feras, sic habe, tamquam idem de me passus sis, quod ipse dominus ab illa ficu, ad quam esuriens accessit, et sine fructu inuentam percussit uerbo oris sui, ut quae sterilis fuerat benedicto domini fieret arida maledicto. sed obsecro fraternitatem tuam, ne me, licet similem illi arbori infelici inueneris, simili uoce percutias, ne penitus arescam et uacuus debito fructu etiam foliorum amictu id est gratiae fronde despolier. sed iterum cogitans, quia misericors et miserator dominus neminem uult morte morientem neque creaturam suam in illa arbore sed inimicum plantationi suae uitium arboris maledicendo damnauit, oro te potius, ut maledicas sterilitati meae, ne umquam ex illa fructus nascatur, ut possit ex me ipso fructus nasci deo. expedit enim mihi interitus sterilitatis meae, ut in me plantationis dominicae fecunditas reuiuescat et moriente uitio, quo infructuosus efficior, agricolae meo re-

3] Eph. 1, 23. Col. 1, 19. 2, 9. 4] (Apoc. 1, 8). 10] (Es. 66, 2; Matth. 5, 8). 15] (Matth. 21, 19; Marc. 11, 14). 19] (Ezech. 18, 31).

1 quae *O* 3 adimpleuit *FPU* habitare *M* 6 prumptuario *O*, promptuaria (o *superscr.*) *M* 7 a domino specialiter *M* petes *FPU* 12 ut] in *FPU* 13 idem *om. FPU* 14 ipsa *FPU* 15 sterelis *O* 16 domini *v*, domino *ω* 19 gratia *O* frunde *P* dispolier *FPU* 20 dominus *om. M* 21 morte *Ov*, mori *cet.*, mortem *fort.* 22 inimicam *FLPU* plantationis *FOPU* uitio *PU*, uicio *FL* 23 orate *P*, ora *LM* te *om. LMP* maledicat *LMP* 26 fecundita*s (i *eras.*) *O*, *om. FPU* reuiuiscat *M*[2]*U* 27 meae *L*, mee *U*

uirescam reditu bonae uoluntatis, ut esuriens uitam meam dominus ipse inueniat me feracibus ramis fructus sibi debitos offerentem.

5. Sed in hac eadem arbore non modicae quaestionis argumentum Marcus adiecit. nam aliis euangelistis de maledicta et arefacta ficu consonans, hoc altius est locutus, quod, cum dixisset non inuenisse dominum in arbore illa fructum, id quod arborem excusare uideatur adposuit dicens: non enim erat tempus, ut fructum haberet. quod si ita est, sine causa uidetur arbor excepisse maledictum, quae culpa sterilitatis carebat, si adhuc per anni tempus alienum fructus non habebat paratos, non infecunda de uitio, sed inmatura de tempore. sed quod de pecore apostolus ait, et de ligno possumus usurpare, ut dicamus: numquid de arbore cura est deo? propter nos utique scriptum est, in quibus escam suam deus semper uult inuenire. nam et agrum et uineam in nobis habet. nos in area sua uentilat, in nobis purgat triticum, disicit paleas, urit zizania. itaque in illa arbore salutem hominis esuriebat et ab homine debitum sibi fructum petebat. sed et cum in sua propria uenisset, sui eum non receperunt, et debitam fidei frugem, quam per legem et prophetas in eos seminauerat, sterilis infidelium Iudaeorum synagoga non reddidit. uenit ad arborem eorum quaerens a filiis plantationis suae expectati germinis dulcem cibum; at illa subductis pietatis fructibus dedit in escam illius fel et uuas petenti obtulit spinas et ipsum bonae uineae plantatorem, ipsum ueram uitem et botrum suauitatis aceto urente potauit. unde conuersa est

8] Marc. 11, 13. 14] I Cor. 9, 9. 17] (Matth. 3, 12; Luc. 3, 17). 20] Ioh. 1, 11. 23] (Matth. 27, 34; Marc. 15, 36). 26] (Ioh. 15, 1; Luc. 23, 36). 27] Ps. 68, 23.

1 redditu *LMU* boni *O* 2 inueniet me *O*, me inueniat *F* 5 aliis euangelistis *O*, alii euangelistae *cet.* 6 consonantius *M*, consonant *FP*[2]*U* hic *UM* quod] qui *LMU* 8 uideatur excusare *U* 12 non] ne *FP*, nec *U* deu[i]ǫtio *O* innatura *P* 14 arbore *O*, arboribus *cet.* est *om. FLP*, id *U* 16 agnum *LOP*[1] uineam suam *M* 17 habet *F s. l.* 19 *alt.* et *Ov*, *om. cet.* 22 infidelium *om.* *U* 27 butrum *O* potauit urente *U*

ipsis mensa eorum in laqueum, et uua eorum amaritudinis facta est, et ira draconum insanabilis uinum eorum.

6. Tu uero, mi frater, ora dominum, ne ex uinea talium uitis nostra procedat, quia propago eorum ex uinea domini Sabaoth degenerauit in uineam Sodomorum. et nisi dominus in apostolorum palmitibus de patriarcharum radicibus reliquisset nobis seminarium uitae, de quo salus gentium pullularet et in quo seminis benedicti uena duraret, tota malitiae plenitudine Sodomis et Gomorrhae similes fuissemus. uerum quia nouissima hora est et securis iam ad radices arborum posita aridis et infelicibus lignis iustum minatur excidium, quaeso te, ut indulgentiam mihi et laxamentum temporis depreceris, ut morte dilata forsitan sucum feracitatis accipiam de caritatis tuae diligentia et sollicitudinis meae cultu, ut cor meum diuinus timor fodiat et stirpem meam necessaria paenitudo stercore humilitatis inpinguet, deinde ego ad uigilantiam sollicitudinis excitatus omni hora paratus adsistam et domino absente sim trepidus, ut adueniente securus sim, omni tempore omni die me fertilem sibi Christus inueniat, id est ut numquam cuiquam operi uoluntatis illius inmaturus appaream, sed si forte in tempore iracundiae desiderauerit a me pacem suam, non sit mens mea per iracundiae acerbitatem cruda concordiae, nec expectem, ut sol occidat super iram meam, ne occidat uita mea, si ante clauserit uesper diem, quam extinxerit pax furorem.

1] Deut. 32, 32. 4] (Es. 5, 7). 9] Rom. 9, 29; Es. 1, 7. 10] I Ioh. 2, 18. Luc. 3, 9. 15] (Luc. 13, 8). 17] (Luc. 12, 40). 23] (Eph. 4, 26).

1 mensa eorum conuersa est illis in laqueum *M* 2 facta facta *P* 3 tali *M* 5 sabahot *P* sogdomorum *U* 9 sogdomis *U* gomurrę *O*, gomorrae *cet.* 10 ora *LO* arboris *FPU* 11 posita est *F* miratur *U* 12 indulgentia *U* 13 ut *Ov*, in *cet.* forsitam *FL*[1]*U* feratitatis *L*, fecunditatis *P*[1] 14 meae] in ea *FPU* 15 effodiat *U* necessariam *U* 16 ergo *L* 18 sim securus *U* 19 tempore *Ov*, me tempore *cet.* me *om.* *FLMPU* 21 quod (l sed) si *M* forte *om.* *FPU* 22 mea mens *FPU* 23 (ex)spectum *U* iram *Ov*, iracundiam *cet.* 24 nec *U* uitam meam *O* 25 extincxerit *O*

7. Quod autem de iracundia posui, de omni uitiorum genere dictum puta. hoc enim arbitror esse illud, quod dominus in arbore illa ante tempus suum poma quaesiuit. neque enim ille, qui n o u i t  o c c u l t a  c o r d i s et qui cogitationes hominum perspiciebat, id quod in hominum oculis erat positum non uidebat aut etiam humano sensu minor erat, ut etiam in paruulorum scientia positum anni tempus ignoraret et autumni fructum uere deposceret; sed artifex salutis nostrae, creator, cuius uita et actus omnis in terris forma nobis conuersationis et morum fuit, ideo uisibiliter inuisibilia sua consilia disposuit et in creaturis inrationabilibus animae rationabili speciem suae conformationis expressit, ut nos ad omnia nobis salutaria scriptis operum suorum atque uerborum insignibus erudiret. et hoc est quod uoluit intellegi per euangelistam nobis indicando non suo tempore fructum ab arbore se petisse, ut omni tempore homo se fructum deo debere cognoscat, quia bonus dominus, qui hominem mortalem inmortalitati praeparat, iam et in hoc saeculo uult eum speciem perpetuitatis induere, ut fructum non accipiat de tempore, sed omni tempore sit maturus illi, cum quo uel in quo mansurus est sine tempore.

## XXXXIIII.

SANCTIS ET MERITO VENERANDIS AC DILECTISSIMIS FRATRIBVS APRO ET AMANDAE PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES.

1. Quis daret mihi fontem litterarum tuarum, ut respondere possem litteris tuis uario gratiarum spiritalium flore consertis

4] Ps. 43, 22.

4 hominum *om.* *M* 5 oculis hominum *FPU* erat oculis *M* cordis erat *O* non *om.* *O* 8 uere] uiri *O* 10 et morum — *l.* 12 conformationis *bis exh.* *U* sua consilia *Ov*, consilia sua *cet.* 11 irrationalibus *U* rationabili $F^2PU$, rationali $F^1LMv$, rationabilis *O* 15 petiisse *FPU* 16 fructum ferre *M* cognoscat debere *U* 17 inmortalitate *P*, immortale *FU* reparat *FPU* 20 tempore] oro te ualere *add.* $FP^2U$. — finit ad desiderium *O*.

*FLMOPU*. — item ad quem supra XXXI · *L*, ad eundem · XXXVIIII · *M*, incipit · III · *O*, epistola sancti paulini episcopi ao *(sic)* aprum et

nec iam scolastico magis quam diuino sermone facundis et afluentibus quasi de terra repromissionis diuinae lacte pietatis et melle sapientiae, cuius et mel et oleum suxisti de firma petra id est Christo domino, qui est fundamentum aeternae domus, super quod uiuis operibus struere aedificium salutis exorsus non ligna nec fenum et stipulam, sed aurum argentum et lapides pretiosos superaedificare moliris, quia praeteriti cordis duritiam ariditatem atque leuitatem cum ueteri homine deponens effectus es lignum humidum, quod uicinis aquarum decursibus uirens fructum suum dabit in tempore suo neque umquam priuabitur honore foliorum. sensus tuus aurum est igne examinatum et sermo tuus argentum est purgatum septuplum, qui gratia spiritali renidens eloquia domini casta de corde puro et lingua indice cordis expromit. bonum tu firmumque thesaurum in uase fictili non fragili fide seruas, quia commissae tibi gratiae uas mens tua est, quae intra corpoream fragilitatem confirmata spiritu principali solidam diuino muneri custodiam praebet. pauper ego et dolens quomodo parebo sapientiae, quae me ad mensam potentis hac condicione praecepit mittere manum, ut me sciam similis apparatus fieri debitorem? ecce enim tu mihi mensa potentis factus es; adposuisti mihi diuites escas, quae me esurientem facile in omnia uerborum tuorum quasi in uaria electarum gustu et aspectu dapum scitamenta rapuerunt, ut

7] (Deut. 32, 13; I Cor. 10, 4. 3, 12). 9] (Ps. 1, 3). 12] Ps. 11, 7. 17] (Ps. 50, 14). 18] Ps. 68, 30.

amandam coniugem eius. ubi in laudem eius et uxoris: quod matrimonio et seculi rebus pro xpo renumptiantes diuino seruitio se manciparunt pulcre et apte multa proloquitur *U* 22 et *om. F* uenerabilibus *F* 23 amando *F*[1], amande *P* peccatores *om. LMPUv* 24 tuarum *om. U* ut] et *F* 25 spiritalium *om. F* confertis *FMU*

2 afluentibus *O*, affluentibus *cet.* latte *U* 3 oleum et mel *FPU* succisti *F*, subsisti *U* 4 de christo *U* 6 exosus *F* 7 et *om. M* molis *U* 10 decursis *U* 11 filiorum *U* 12 exinanitum *P*[1] 13 quia *PU* renitens *F* 14 de] et *FPU* cordis *om. U* ex promit *F* 15 thesarum *F* 16 seruans *FOPU* commisset ibi *O* 17 sprincipali *U* 20 condicione *L*

gulae potius meae quam inopiae memor auderem sumere quibus paria praeparare non possum. quid igitur agam, a quo mihi tribui uel commodari petam uel supellectilem, qua possim digno ambitu triclinium diuitis aemulari, uel inpendia, quibus possim diuitem pauper repascere? quis mihi in huius debiti obligatione subueniet nisi tu, domine Iesu, qui te omni pauperi tuo semper obligas commodanti et pro his retributorem fore spondes, qui nunc non habeant retribuendi facultatem. adesto nunc mihi et pro inopia mea Apro tuo de tuis meum debitum solue diuitiis; riuos eius inebria et multiplica in illo generationes tuas, ut existat in domo tua sicut oliua fructifera, florescat ut palma et multiplicetur ut cedrus Libani.

2. Sed reuertar ad litteras tuas, in quibus laetor sicut qui inuenit spolia multa, et licet de meis uerbis nihil simile possim referre, tamen ut famelici faciunt, cum epulis opimi conuiuii digestis iterum de sua inopia esurire coeperint, famem suam praeteritae saturitatis recordatione solantur et animam inanem praesenti cogitatione absentis conuiuii pascunt: ita ego hanc epistulam in tui sermonis retractatione contexam et uoluptatem meam referam, nihil tibi largiens, nec uotum erga te meum potius quam de te experimentum loquar. expresserunt enim mihi faciem cordis tui litterae tuae, illae litterae spei bonae, litterae fidei non fictae, litterae purae caritatis. quid amoris sanctissimi spirant, quam suauis in his et quantus Christi odor fragrat, quanta opulentia sinceri cordis

6] (Prou. 19, 17). 8] (Luc. 14, 14). 10] Ps. 64, 11. 11] Ps. 51, 10. 14] Ps. 118, 162. 23 sqq.] (August. ep. 27, c. 3 et 2).

2 praeparari *U* possum *F*¹*O*, possim *cet.* 3 subellectilem *L*¹, suppellectilem *MP* possem *O* 6 te *om.* *FPU* 7 pauperi *Mv*, paupere *cet.* 8 spondis *O* habeant *Ov*, habent *cet.* 9 apro *in* ac pro *corr.* *m. rec.* *F* 12 in (ut *superscr.*) palma *O* 15 inueniet *U* possim simile *FPU* 16 cum (qui *superscr.*) *M* 17 coeperunt *FPU* 19 presentis *FPU* absentis *om.* *FPU* conuii *L* pascant *O* 20 tuis *O* retractationem *FLPU* contexam *Ov*, contextam *cet.* 21 uoluptatem *Ov*, uoluntatem *cet.* nec] sed *M* 22 expręserunt *O* 26 odor x *M* flagrat *LMO*

exaestuat, quomodo nobis anhelant sitim tuam et desiderium defectumque animae tuae in atria domini, quas agunt gratias deo, quas inpetrant a deo, quae legenti mihi florescentium in te gratiarum dei iamque operantium uirtutum praebent spectacula!

3. Ibi paruuli siue etiam adultuli Babylonis filii eliduntur ad petram, uitia scilicet confusionis superbiaeque saecularis, quae procliuius fides congressa superabit, si in primordiis ad Christum inlidere anticipata crescentium infirmitate praecauerit. ibi et cedri Libani ad terram depositae et in arcae fabricam conpagine caritatis erectae mundi huius fluctus inputribili robore secant. ibidem excitatus Christus, ut directionis tuae cursum ad stabilitatem suam ducat, uentos et maria tibi placans uidetur, cui iam in corporis tui naue uectatio et in tuo corde ceruical est, quia inuenit illic passer domum sibi, et habens in te, ubi reclinet caput suum. illic et coniunx, non dux ad mollitudinem uel auaritiam uiro suo, sed ad continentiam et fortitudinem redux in ossa uiri sui, magna illa diuini cum ecclesia coniugii aemulatione mirabilis est, quam in tuam unitatem reductam ac redditam spiritalibus tibi tanto firmioribus quanto castioribus nexibus caritas Christi copulat, in cuius corpus transistis a uestro.

4. Benedicti uos domino, qui fecit utrumque unum, condens in semet ipsum duo, faciens mirabilia solus, qui conuertit non solum animas sed et affectus, temporalia

6] (Ps. 136, 9). 10] (Ps. 28, 5). 13] (Matth. 8, 26; Luc. 8, 24). 15] Ps. 83, 4. 16] (Matth. 8, 20). 17] (Gen. 2, 23). 18] (Eph. 5, 32). 23] Eph. 2, 14. 15. 24] Ps. 71, 18. 25] (Ps. 22, 3).

1 quantam opulentiam s. c. exaestuant *Augustinus ep.* 27, c. 3 quodmodo *FPU* anhelat *O*, hanelant *U*, hanellant *P* 2 quas—deo *om. M* 4 iamquae *O* 6 adulti *LM* filiae *FPU* liduntur *FPU* 9 firmitate *M* precauerit] studuerit *M* 10 arce *F*, arcis *U* 11 in mundi *FPU* 12 robure *O* 13 currum *U* 15 sibi] suam *FPU* 16 habens] habet *LMv* in te *om. LM* coniux *M* 17 non dux *om. FPU*, dux *om. LMOv:* non dux *add. ex Augustini epist. c.* 2 *Sacch.* auaritiam] lasciuiam *M* 18 reduxit *FPU* ora $U^1$ 20 redactam *v et ad Augustini epist. c.* 2 *Lebrun* et spiritalibus *Lebrun* 22 nostro *U* 23 a domino *F* 24 facies *F*

in aeterna. manetis ecce idem coniuges ut fuistis, sed non ita coniuges ut fuistis; estis ipsi nec ipsi; et sicut Christum, ita et uosmet ipsos iam secundum carnem non nostis. haec mutatio dexterae excelsi, quae in se manens omnia innouat et conuertit mare in aridam, ad continentiae siccitatem stringens fluenta uitiorum. benedicta haec inter mulieres et hac quoque deuotione fidelis et acceptissima domino, qua se necessitatibus saeculi pro te uelut quaedam procellis in immobili scopulo stabilita turris opposuit. uere in ipsa petra illa, super quam aedificata domus non cadet, solido strenuae mentis fundata uestigio facta est tibi turris protectionis a facie inimici, undas et turbines saeculi frangens piae seruitutis obiectu, ut tu seclusus a pelago tutam in ecclesiae portu mentis inconcussae ratem in meditatione continua studiorum operumque caelestium quasi quodam remigio salutis exerceas. corporalis enim, inquit, exercitatio ad modicum; nam pietas ad omnia utilis est, quae te subdidit Christo praeferentem uel iacere in domo domini quam in peccatorum tabernaculis eminere, et conseruam tuam in labores corporeos ex affectu spiritali pro tua anima pignorauit, ut pretium libertatis tuae faceret seruitutem suam, non illa in saecularibus negotiis mundo sed Christo seruiens, propter quem mundum patitur, ne tu patiaris. uere iuxta diuinum opus et uerbum facta in adiutorium tibi et ad te habens conuersio-

2] (II Cor. 5, 16). 3] Ps. 76, 11. 5] Ps. 65, 6. 9] (Matth. 7, 24). 11] Ps. 60, 4. 16] I Tim. 4, 8. 18] Ps. 83, 11. 21] (II Tim. 2, 4). 23] (Gen. 2, 18).

1 aeterna mutans. Ecce *v* iidem *F* 2 coniugis *O* ut *O*, quod *U*, qui *cet.* et] sed *FPU* 4 dextrae *F* innouat omnia *M* 9 in *Ov*, *om. cet.* turres *O* uere illa in ipsa *M* 11 facta—inimici *om. M* 14 ecclesiam *O* inconcussam *P*[1] in *Ov*, *om. cet.* 15 remigio quodam *U* 17 modicum] utilis est *add. U* quae te] qua et *F*, Quam et *U*, que et *P* 19 tabernaculis peccatorum *F* 20 labores corporeos *Ov*, labore corporeo *cet.* ex *Rosw.*, et *Ov*, sed *cet.* 21 libertatem suam precium faceret libertatis tuae *M* libertatem *L* 22 in *Ov*, *om. cet.* mundo negotiis *U* 23 opus *om. U*

nem suam de nutu tuo pendet et in tuo statu sistit, in uestigiis tuis ambulat, in anima tua animatur, pro uita tua deficit, ut in tua uita reficiatur. curat illa saeculi curas, ne tu cures; curat ut ⟨caeli⟩ cures. possidere uidetur, ne tu possidearis a mundo et ut possidearis a Christo. non illam a proposito tuo discors abiungit uoluntas, sed quod magis mirum est, concors fides opere diuidit uoluntate coniunctam. nam sine animi captiuitate rem captiuitatis in libertate spiritus administrans firmauit manus suas in opera uirtutis; brachia sua extendit ad utilia accincta fortiter lumbos suos et escas pigritiae non edens facta est tibi tamquam nauis, quae mercatur a longinquo, necessaria diuisione reddens per se Caesari quae sunt Caesaris, ut quae dei sunt per te ministret deo. nam cum tributum, sicut scriptum est, dederit cui debet tributum, tunc et manus suas adaperiens pauperi et fructum operae suae porrigens inopi spiritale uectigal pensitat et reditum possessionis in tuae militiae stipendium suggerit, salutaris damni auarior quam letalis lucri. quae talis est, fidit in ea cor mariti eius. operatur enim, ut scriptum est, uiro suo bona tota uita sua et non mala, et ideo non sollicitus agis quae in domo tua terrena aguntur; quod in domo caelesti agitur strenue liber exequeris. nec confunderis, cum loqueris inimicis tuis in porta, quia sapientiae mulier, qualis tibi donata est, pretiosior lapidibus pretiosis circumspectum te facit in foribus ecclesiae. et duplicia pal-

2] (Gen. 3, 16). 8] Prou. 31, 19. 9] Prou. 31, 14. 17. 12] (Matth. 22, 21; Marc. 12, 17; Luc. 20, 25). 13] (Rom. 13, 7). 15] Prou. 31, 20. 18] Prou. 31, 12. 13. 22] Ps. 126, 5. 25] Prou. 31, 22.

1 tuo nutu *FM*[1] pendet sistit *U* tuo statu ṭuọ *M* sistet *O* 2 uita tua *OMv*, tua uita *FPU*, uita *L* 4 curat ut (ne *U*, ne tu *F*) *FLOPU*, *om. Mv* caeli *add.*, *om.* ω cures *om. Mv* 5 ut] tu *U* possidearis a christo (sidearis a mundo et ut pos *add. in mg. m. 1*) *L* 7 uidit diuidit *U* coniuntam *U*, coniectam *O* 9 opere *v* 12 nec cessaria *L* cesaris *F* 13 ut] et *FPU* 15 tunc (t *in ras.*) *L* fructu *Ov*, de fructu *coni. Sacch.* opere suo *O* 16 inopis *O* redditum *LM*, debitum *FPU* 17 in salutaris dampnia arior *O* 19 maritis *O*[1] eius] sui *FPU* 21 sed quod *M* 25 circumspetuum *O* faciat *L* dupplicia *MO*

lia, inquit, fecit uiro suo. nonne tibi uidetur et haec duplicia tibi pallia ac purpurea uel byssina sibi uestimenta contexere, cum et illius fides gratiam tuam duplicet, quia mulier bona corona est uiro suo, et uicissim illi honor tuus purpura est, quia temperante domini gratia simpliciter fidei unitate uestiti superinduitis uos inuicem spiritalium operatione uirtutum? tu illi in Christo caput, et illa fundamentum tibi, cuius opere pes tuus stat in uia domini et quam capitis tui participem faciet commembrata in domini corpore fidei conpago, quia et in sollicitudinis diuersitate, saluo tamen consonae mentis adsensu, ad propositi tui iuncta sententiam, dum tu creditam tibi dispensationem fidelis et sollers talentorum herilium multiplicator exerces, nec illa quod de terrenis elaborat fructibus thesaurizat in terra, sed tuis potius operibus quam damnosis auaritiae quaestibus feneratur. et ideo dabitur illi fructus a manibus suis, et laudabitur in portis filiae Sion maritus eius in domino, qui uobis ab operis eiusdem labore diuerso sed pari studio consitam segetem in communem praeparat messem, ut in illa die pariter in exultatione ueniatis adferentes manipulos uestros, ministra illa seminis et tu ministerii seminator. non enim defraudabitur consortio mercedis tuae per meritum conpensationis istius, qua non uoluntati suae obtemperans sed saluti tuae, huius ipsius operis documento probat iudicium fidei suae satis indicans, quanto et ipsa potiorem saeculi contemptum quam usum iudicet, quae

3] Prou. 12, 4. 7] (I Cor. 11, 3). 11] (I Cor. 9, 17). 12] (Matth. 25, 15). 13] (Matth. 6, 19). 15] Prou. 31, 31. 19] (Ps. 125, 6).

1 inquit pallia *M* fecit *om. U* 2 bissina *FLMPU* sibi] tibi *Ov* 3 dupplicet *O*, duplicat *Rosw.* 5 domini gratia *Ov*, domino gratiam *cet.* 6 uestitis *L*[1] superinduetis *O* 8 stat *M*[1]*Ov*, stet *cet.* quam *om. F* 9 faciet *Ov*, faciat *cet.* 10 in *om. FPU* 11 assensu *in ras. M* ad *ω*, ac *v* iuncta *om. M* sententia *Ov* 12 tu] te *F* creditum *O* sollers *MO*, solers *cet.* 13 laborat *O* 14 operibus *in* opibus *corr. L* 15 feneratur *Ov*, fęnerat *FM*, fenerat *LPU* 16 animabus suis *O* 17 ab] ad *FPU* 18 consitum *O* 21 consortiorum *L*[1] 22 istius qua] tuae quia *M* 23 ipsius *om. FPU* 24 docimento *O*, documenta *FPU* 25 comptentum *U* iudicet] uidelicet *U*

spiritalia tibi maluit, non hoc saeculum Christo sed te sibi praeferens.

5. Adiciat dominus super uos et filios uestros. misericordia enim domini promerita parentibus suscitabit, ut scriptum est, filios eorum, et locupletabuntur in bonis domini. spero autem, quod sicut uxor tua in lateribus domus tuae sicut uitis abundans est fructibus tibi pietatis exuberans, ut cadant a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis, ita et filii tui mensam domini tecum sicut nouellae oliuarum circumsistere merebuntur, quos nunc arbitror diuinae sapientiae, bonae conuersationis uestrae escis ut pullos aquilarum cibari, ut depopulatas praeda parentum carnes id est carnales inimicitias, quae aduersantur spiritui, iam nunc edere discant et spiritali uoracitate consumere et in superna uirtutum confirmatis alarum remigiis euolare. educentur sicut filii prophetarum, qui tumultuosam ciuitatis habitationem ad conponendam pace silentii animam declinantes iuxta Iordanis alueum sibi habitacula secreta metati sunt. consecrentur sicut filii Aaron, non tamen illi qui ignem alienum domino accendentes exusti sunt igne diuino, quo ipsi carebant, sed ut Eleazar et Ithamar merito perpetui successores dignitatis paternae, quia non degeneres sanctitatis heredes.

6. Ignem autem mihi alienum uidetur accendere, quisquis corporeae uel saecularis alicuius cupiditatis ignem in sacrario sui cordis accendens audeat adpropinquare altaribus domini, quae non recipiunt nisi illius ignis accensionem, de quo ait: ignem ueni mittere in terram, et quid uolo, si iam accensus est? hoc igne nos, domine Iesu, semper accende,

3] Ps. 113, 14. 4] Eccli. 3, 11. 6] Ps. 127, 3. 8] Ps. 90, 7. 18] (IIII Reg. 6, 2). (Leu. 10, 1). 27] Luc. 12, 49.

2 proferens *U* 3 et super filios *U* 4 suscitauit *FOPU* 8 ut— tuis *om. M* 9 et] ut *F* tecum *om. FPU* 10 nouella *LMOP*[1] 11 estis *F* 13 inimititias *O* 17 pace *M*[2], pacem *cet.* animam] aniati (ati *in ras.*, ni *in* m *corr.*) *L*, amari *cod. Vien.* 19 ut illi *M* 20 adusti *F* 21 et itamar *Ov*, et ythamar *M*, et thamar *FP*, *om. U* 23 alienum mihi *U* 24 corpore *F* 26 accensione *O*

ut inluminemur in sensibus, deflagremus in uitiis; hic enim solus qui a te est ignis igni resistet aeterno. habentes autem cor ardens in uia domini non alienum sed suum ignem domino accendimus et inter ignes saeculi hoc igne muniti sicut illi in camino pueri intersibilante impetu flammis rorabimur et hymnum domino inter incendia refrigerantia dei filio concinente cantabimus. ipse enim dixit in duorum quoque uel trium concordia se semper interfuturum. unde confidimus, quia et in medio domus tuae diuersatur, ubi et in uobis et in filiis unus numerosarum agitur coetus animarum. in quo nos quoque solo absentes corpore spiritali praesentia conseratis precamur, ut animae nostrae hortulum sitientem non solum uerbo sed et precatu rigetis, quem neque nostris manibus ut infirmi neque conductis ut inopes excolere possumus et qua uia tuam uiam quaeramus non inuenimus, quia non fodere ualemus et mendicare erubescimus. unde inpensius adiutorio orationum uestrarum indigemus, quia quis aut inutiles conducet operarios aut tribuet non petentibus? nonnumquam tamen qui agros inopes et incultos habent desperatis ab ope uel manu sua fructibus spes omnes suas ad auxilia diuina conuertunt, et saepe euentu iuxta fidem praestito conpensante diligentiam religione quos sollers cultura deseruit pia uota iuuerunt.

7. Orate ergo, ut dominus omnipotens, qui posuit flumina in desertum, conuertat aridam nostram in exitus aqua-

2] (Luc. 24, 32). 6] (Dan. 3, 24). 7] (Matth. 18, 20). 15] (Luc. 16, 3). 23] Ps. 106, 33. 35.

1 in *om.* $O^2$*v et Sacch.* deflagremur *FU*[1] in *om. Sacch.* 2 igni] igne *FPU* resistit *LM* 5 inter sibilantes *Lv* impetus *L* flammas *v* rorabuntur *M* 6 himmum *F*, ymnum *M* intercendia *O* 7 quoque *om. FPU* 9 *alt.* et *om. U* nobis *FOPU* 11 conserti *LM* 12 ut animae] unime *U* ortulum *FLMPU* 14 inopere *O* possimus *FPU* uia *Lv*, uita *cet.* tu(ua) uiã *M* qua uiaticum uia quaeramus *coni. Sacch.* 15 quia *OPv*, qui *cet.* fodere non *v* 17 quia—*l.* 22 iuuerunt *om. M* quis *v*, aliquis *FLOP*, *om. U* inutilis *LOv* aut inutiles conducet aliquis *U* 18 tribuat *FP* 19 disperatis *O* ope] omni *FPU* 21 saepe] spe *F* 22 solers *FPU* cura *F* 23 orate g(o) *in ras. M*

rum, percutiat et interrumpat duritiam cordis nostri, ut hanc quoque petram conuertat in stagnum aquae. atque utinam illo rore respergat, quo illud mysticum in area uellus infecit. ros enim, qui ab illo est, sanitas est nobis. orate, inquam, ut hortulum nostrum introire dignatus exurgere aquilonem iubeat et austrum uenire, quibus auras uitales adflantibus germina nostra uiuescant. sed et si uineam suam ingressus arborem nostram sine fructu inuenerit, parcat excidere et misericordia differente credat agricolae interuenienti, qui extorquendum diligentia sua fructum de sterili ficulnea pollicetur. potens est enim ipse dominus, qui interpellat pro peccatis nostris et qui uocat ea quae non sunt tamquam quae sint, facere et de nobis egenis et aridis arborem fructuosam et animam inanem adipe uerbi sui tamquam cophino stercoris opimare, quia scriptum est: de ipsius gratia pinguescent fines deserti. cophinus autem hic stercoris, qui de sterili fertilem arborem facit, specialiter mihi uidetur humilitas spiritalis, qua contribulantes cor nostrum paenitudine praeteritae uanitatis euacuamus inania et sucum uirtutis accipimus, qua qui operibus iustitiae steriles eramus reddimur fructuosi. bonum ergo nobis intrare in recessus nostros et humiliare in ieiunio, quo ieiunatur ab operibus tenebrarum, animam nostram, ut ab huius humilitatis stercore, quae saeculo uilis, deo cara est, erigatur per eum, qui suscitat de terra inopem et de stercore erigit pauperem. gratia dei uobiscum.

1] (Exod. 17, 6). 2] (Iudic. 6, 37). 5] (Cant. 4, 16). 9] (Luc. 13, 8). 11] Rom. 4, 17. 12] Rom. 4, 17. 15] Ps. 64, 13. 24] Ps. 112, 7.

1 ut] et *FPU* 2 illo *Ov*, illo nos *cet.* 3 aspergat *U* misticum illud *F* in *om. FLM* area *O*, aeree *U*, areae *FM*, araeae *L*, aree *P* 5 ortulum *FMPU* 7 et *om. FOU* 8 nostrum *FU* fructum *O* 9 differente *M*[2]*v*, diferente *O*, deferente *cet.* 10 stereli *O* ficulneę *O* 12 tanquam ea quae *U* sunt *L*[1]*MU* 14 uerbi sui tanquam *ex* uerbis uitam quam *P m. 2* cofino *O* 15 scriptum (ut *m. 2*) *M* pinguescunt *FPU* 16 cofinus *O* hic *om. M* stereli *O* 17 arbore *LM* 18 plenitudine *U* 19 qua] et *LM* 20 qui *LM*, *om. cet.* reddimur] erimus *M* 21 est ergo *LM* uestros *FPU* humiliari *M*[1] in ieiunio] inienio *O* 22 ieiunetur *FLPU* 24 erigatur *Ov*, erigamur *cet.* terra *ex* Dextera *P m. 2.* — finit ad aprum · III · *O.*

## XXXXV.

SANCTO DOMINI BEATISSIMO ET VNICE NOBIS VNANIMO AC VENERABILI ET DESIDERABILI PATRI FRATRI MAGISTRO AVGVSTINO EPISCOPO PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES.

1. **Lucerna semper est pedibus meis uerbum tuum et lumen semitis meis.** ita quotienscumque litteras beatissimae sanctitatis tuae accipio, tenebras insipientiae meae discuti sentio et quasi collyrio declarationis infuso oculis mentis meae purius uideo ignorantiae nocte depulsa et caligine dubitationis abstersa. quod cum saepe alias per munera epistularum tuarum mihi donatum senserim, tum praecipue isto recentium litterarum libello, cuius mihi tam gratus quam dignus portitor fuit uir benedictus domino frater noster Quintus diaconus, qui longo quidem posteaquam ad urbem uenerat interuallo, cum eo iuxta sollemnem meum morem post pascha domini pro apostolorum et martyrum ueneratione uenissem, benedictionem oris tui reddidit nobis. uerumtamen oblitterato quod nesciente me Romae consumpserat tempore recentissimus mihi uisus est a conspectu tuo, ita ut tunc statim eum a te mihi uenisse crederem, cum primum uidebam et cum mihi plenum odorem suauitatis tuae in eloquiis tuis caelestis unguenti castitate fragrantibus offerebat. fateor tamen uenerandae unanimitati tuae non potuisse me uolumen ipsum, statim ut accepe-

5] Ps. 118, 105. 8] (Apoc. 3, 18). 21] (Gen. 8, 21).

*CYΦεζ.* — incp̄ (*3 litt. eras.*) eorundem ad augus̄ *Φ*, incipit eorumdem ad agustinum *Y*, incipit epis̄t paulini et tyrasie ad scm̄ aug̃ *C*, epistola paulini et therasiae ad (sanctum *add. ζ*) augustinum *εζ* 2 unianimo *Φ* 3 et desiderabili *om. Yεζ* 4 tyrasia *C* 8 collirio *YΦεζ* delectationis *εζ* 9 purius *YΦ*, prius *Cεζ* nocte] mente *YΦ* 10 munere *YΦ* 11 praecipuo *εζ Rosw.* 12 gra**atus (ua *eras.*) *C*[1] portior *YΦ* 13 dñо *YΦ*, dñi *Cεζ Rosw.* 14 ad orbem *Φ*[1], ab urbe *Cεζ* 16 uenerationem *C* 17 oblicterato *C* 18 nescientem *Y* consumpseram *Cζ* tempore me *Y* 20 crederem *CYΦ*, uix crederem *εζ Rosw.* primo *ζ* 21 odorem] dolorem *YΦ* ungenti *YΦ* 22 flagrantibus *ω* unanimitate *Φ*

ram, Romae legere. tantae enim illic turbae erant, ut non possem munus tuum diligenter inspicere et eo, ut cupiebam, perfrui, scilicet ut perlegerem iugiter, si legere coepissem. itaque, ut fieri solet, secura expectatione conuiuii praeparati auidae licet mentis esuriem refrenaui et spe certa capiendae saturitatis, cum in manu tenerem panes desiderii mei in uolumine deuorando, quod postea uoranti mihi et in ore et in uentre dulcissimum fuit, inhiantem in fauos litterarum tuarum gulam facile suspendi, donec urbe proficiscerer et interponendum ad itineris statiua diem, quem in oppido Formiano habuimus, totum huic operi manciparem, ut in deliciis epistulae tuae spiritalibus ab omni faece curarum et suffocatione turbarum liber epularer.

2. Quid ergo humilis et terrenus respondeam ad hanc sapientiam, quae data est tibi desuper, quam mundus hic non capit et quam nemo sapit nisi sapientia dei sapiens et uerbo dei eloquens? itaque quia experimentum habeo Christi in te loquentis, in deo laudabo sermones tuos et non timebo a timore nocturno, quia docuisti me in spiritu ueritatis salubre moderandi in occiduis mortalibus animi temperamentum, quo et illam beatam matrem et auiam Melanium fleuisse carnalem obitum unici filii taciturno quidem luctu, non tamen sicco a maternis lacrimis dolore uidisti. cuius quidem modestas et graues lacrimas sicut propior uel aequalior animae eius spiritus altius intellexisti et perfectae in Christo feminae salua uirilis animi fortitudine cor maternum de cordis tui similitudine melius ex aequo statu contemplatus es, ut eam pri-

17] (II Cor. 13, 3). 18] Ps. 55, 11. Ps. 90, 5.

2 tuus *Y* 4 auide *CY* 5 licet *YΦ*, scilicet *Cεζ Rosw.* 7 in ore] ore *Y* 8 dulcissimus *CYΦ* iniante *C* fabos $C^1$ gylam *YΦ* 9 ad *εζ Rosw.*, *om. CYΦ*, in *fort.* 10 statiba *C* 15 hic mundus *εζ Rosw.* 16 quam *YΦ*, qua *Cεζ Rosw.* uerbo dei *YΦ*, deo uerbo *Cεζ* (*sed ε s. l.:* al. dei), dei uerbo *Rosw.* 17 xp̃m $Y^1$ 18 tuos *om. ζ* 19 salubre *YΦ*, saluare *Cεζ*, salutare *Rosw.* 21 quod *Y* auiam] abia *C* melaniam *Rosw.* fleuissem *Cζ* carnale in *Y* 22 lucto *Y*, fletu *ζ Rosw.* 24 proprior *YΦεζ* 25 faeminae *Φ* 26 animis *Y* 27 ex equo *ε*, ex quo *ζ* statu] ista tu *C*, et statu *ζ*

mum pro naturali affectione permotam, deinde causa potiore conpunctam fleuisse perspiceres non tam illud humanum, quod unicum filium conditione mortali functum in praesenti saeculo amisisset, quam quod propemodum in saeculari uanitate praeuentum, quia necdum illum deseruerat senatoriae dignitatis ambitio, non iuxta sanctam uotorum suorum auaritiam cogitaret adsumptum, ut de conuersationis gloria transisset ad gloriam resurrectionis, communem cum matre requiem coronamque capturus, si in huius saeculi uita matris exemplo saccum togae et monasterium senatui praetulisset.

3. Verumtamen idem uir, ut et antea rettulisse me puto sanctitati tuae, his operibus locupletatus abscessit, ut maternae humilitatis nobilitatem, si ueste non gesserit, tamen mente praetulerit; ita enim secundum uerbum domini mitis moribus fuit et humilis corde, ut non inmerito credatur introisse in requiem domini, quoniam sunt reliquiae hominum pacifico, et mansueti possidebunt terram placentes deo in regione uiuorum. nam certe et illud apostoli non solum tacito mitis affectu, sed et conspicuis religiosus inpleuit officiis, ut cum esset altorum huius saeculi in ordine et honore collega, non tamen ut gloriosus terrae alta saperet, sed ut Christi perfectus imitator humilibus consentiret et tota etiam die misereri et commodare persisteret. unde et semen eius potens in terra factum est inter eos, qui dei fortes ter-

14] (Matth. 11, 29). 16] Ps. 36, 37. 17] Matth. 5, 4. Ps. 114, 9. 21] (Rom. 12, 16). 22] (Ps. 36, 26. 111, 5). 23] Ps. 111, 2. 24] Ps. 46, 10.

1 naturale *YΦ* potiorae *Y* 2 perspicere *Y* 3 conditioni *YΦ* functum *YΦ*, defunctum *Cεζ Rosw.* 4 amississet *Y* 5 senaturiae *YΦ* 7 assumtum *Φ*[1] conuersionis *Cεζ* 9 exemplum *C*[1] 11 ut et *CYΦ Rosw.*, ut *εζ* rettulisse *YΦ*, retulissem *Cεζ*, retuli *Rosw.* me puto *YΦ*, ex uto (° *m. 2*) *C*, ex uoto *εζ Rosw.* 12 sanctitatis (is *ex* i *m. 2 C*) *Cεζ Rosw.* 13 tamen *om. YΦ* 14 enim *om. Y* 16 homini *Cεζ* 17 placent et *C*, placente (• *m. 2*) *ε* 18 apostuli *Φ* solum *om. Y* 19 mitis *CYΦ*, mentis *εζ Rosw.* conspicuus *Cεζ* relegiosus *CYΦ*, religiosis *εζ Rosw.*, religionis *Sacch.* 20 ut *YΦ Rosw.*, et *Cεζ* 21 sapere *Y* 22 et *om. YΦ* etiam] enim *YΦ* 23 miserere *YΦ* 24 dī *YΦ*, deo *C*, *om. εζ Rosw.* terrae fortes *εζ*

rae nimium eleuati sunt, ut etiam de beatissima familiae ac domus eius uisitatione sanctum hominis meritum reueletur. generatio, inquit, rectorum benedicetur, gloria non caduca et diuitiae non labentes in domo eius, domo quae aedificatur in caelis non labore manuum sed operum sanctitate. sed cesso pluria de memoria tam dilecti mihi quam deuoti Christo hominis enarrare, cum et pristinis litteris non pauca super eo narrasse me repetam et nihil possim de beata huius filii matre et sanctorum pari radice ramorum Melanio melius aut sanctius praedicare, quam sanctitas tua in eam profari et disputare dignata est, ut, quia ego peccator inmunda labia habens nihil dignum loqui potueram ut longinquus a meritis fidei eius animaeque uirtutibus, tu ille uir Christi, doctor Israel in ecclesia ueritatis, procurante in melius dei gratia parareris dignior tam uirilis in Christo animae praedicator, qui et mentem eius diuina uirtute firmatam, ut dixi, spiritu propiore conspiceres et mixtam cum uirtute pietatem eloquio digniore laudares.

4. Quae uero post resurrectionem carnis in illo saeculo beatorum futura sit actio, tu me interrogare dignatus es. at ego de praesenti uitae meae statu ut magistrum et medicum spiritalem consulo, ut doceas me facere uoluntates dei, tuis uestigiis ambulare post Christum et mortem istam euangelicam prius emori, qua carnalem resolutionem uoluntario

3] Ps. 111, 2. 11] (Es. 6, 5). 22] (August. ep. 95, c. 2).

2 uisitatine (o *s. l.*) Φ 3 generatione inquid *C* 4 domo *YΦ*, domus *Cεζ Rosw.* 5 manuum] hominum *Y* 6 pluria *scripsi*, plurima Φ, pluri plurima *Y*, plura εζ *Rosw.*, de plura *C* 7 renarrare *C* 8 eos *Cε* reputem *Lebrun* possum ζ 9 pari *YΦ*, patri *C*, patre εζ *Rosw.* romanorum *Y* 11 ut *om. Y* inmundabilia (labia *om.*) *Y* 13 tu *om. YΦ* isrł *Y*, isrłhl Φ, iħl *C*, *om. sex litt. spatio uacuo* εζ 14 eclesia Φ 16 uirtute *C s. l. m. 2* firmatam—uirtute *om. Y* firmatum *C* propriore Φ, propriores *C* 19 actio *YΦ*, actio nostra *Cεζ Rosw.* est *Y*[1] at] a te *C* 20 ut *YΦ*, et *Cεζ Rosw.*, te ut *fort.* 21 consolo *Y*, consulo (u *ex* o *corr.*) *postea in mg. add.* Φ 22 tuisque ε[2] *et edd. Aug.* mortem Φ, morte *Y* ista euangelica *YΦ*; *cf. August. ep.* 95, *c.* 2: quippe qui etiam uerissime dixeris euangelicam mortem prius emoriendum quam carnalem resolutionem uoluntario praeueniamus excessu *et paullo post:* ut uiuamus euangelicam uitam moriendo euangelicam mortem 23 quam ε, qui *Y*

praeuenimus excessu, non obitu sed sententia recedentes ab huius saeculi uita, quae tota temptationum uel, ut tu aliquando ad me locutus es, tota temptatio est. utinam ergo sic dirigantur uiae meae post uestigia tua, ut exemplo tuo soluens calciamentum uetus de pedibus meis disrumpam uincula mea et liber exultem ad currendam uiam, quo possim adsequi mortem istam, qua tu mortuus es huic saeculo, ut uiuas deo Christo uiuente in te, cuius et mors et uita in corpore tuo et corde et ore cognoscitur, quia non sapit cor tuum terrena nec os tuum loquitur opera hominum, sed uerbum Christi abundat in pectore tuo et spiritus ueritatis effunditur in lingua tua, superni fluminis impetu laetificans ciuitatem dei.

5. Quae autem uirtus hanc in nobis efficit mortem nisi caritas, quae f o r t i s e s t u t m o r s? sic enim oblitterat nobis et perimit hoc saeculum, ut inpleat mortis effectum per affectum Christi, in quem conuersi auertimur ab hoc mundo et cui uiuentes morimur ab elementis huius' mundi. nec tamquam uiuentes in eorum conspectu usuque decernimus, quia portio nostra mors Christi est, cuius a mortuis resurrectionem non adprehendimus in gloria, nisi mortem eius in cruce mortificatis membris et sensibus carnis imitemur, ut iam non nostra uoluntate uiuamus sed illius, cuius uoluntas sanctificatio nostra est et qui ideo pro nobis mortuus est et resurrexit, ut iam non nobis sed illi uiuamus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit et dedit nobis pignus repromissionis suae spiritu suo, sicut pignus uitae nostrae posuit in caelis in corpore suo,

2] (August. ep. 95, c. 2). 10] (Col. 3, 16). 11] (Ps. 45, 5). 14] Cant. 8, 6. 17] (Col. 2, 20). 20] (I Thess. 4, 3). 23] (II Cor. 5, 15).

1 praeueniamus $\varepsilon^2$; lege hoc totum fideliter *add. C man. s. VIIII in mg.* obitus *C* 2 temptationum] plena *add.* εζ *Rosw.* 3 loquutus Φ 5 de *Y*Φ, a *C*εζ *Rosw.* dirrumpam *C,* dirumpam εζ *Rosw.* 7 christo *Y*Φ, in christo *C*εζ *Rosw.* 10 opera *om. Y* habundat *Y*Φεζ 12 impletum *C* 14 oblicterat εζ 15 perhimit $Y^1$ effectu *Y* 17 elimentis $Y\Phi^1$ 18 usuque *Y*Φ, us$^u$quę ($^u$ *m. 2*) *C,* uisuque εζ *Rosw.* decernimur *C*εζ 20 adpraehendimus Φ huius *Lebrun* 24 pro *om. Y* pro nobis pro *C* est *om. Y* 25 et dedit *om. Y* repromissionis — pignus *in marg. inferiore add.* Φ, *in textu inser.* hđ (= hic deest)

quod est corporis nostri. unde nunc expectatio nostra dominus est, et substantia, quae ab ipso facta est, apud ipsum et in ipso et per ipsum est, qui conformatus est corpori humilitatis nostrae, ut nos conformaret corpori gloriae suae et secum in caelestibus conlocaret. propterea et qui digni fuerint uita aeterna olim in gloria regni eius, ut cum ipso sint, sicut apostolus ait, et cum ipso maneant, sicut et ipse dominus ad patrem dixit: uolo ut, ubi ego sum, et illi sint mecum, sine dubio illud quod in psalmis habes: beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te.

6. Puto autem hanc laudationem uocibus concinentium esse promendam, etsi inmutabuntur sanctorum resurgentium corpora, ut sint sicut et domini corpus post resurrectionem apparuit, in qua utique resurrectionis humanae uiua imago praefulsit, ut dominus ipse, qui in corpore ipso, quo passus fuerat et resurrexerat, quasi speculum contemplationis omnibus fuerit. qui utique cum in eadem carne, qua mortuus et sepultus fuerat, et resurrexisset, omnium omnia officia membrorum expressa oculis et auribus hominum saepe conlatus exhibuit. quod si etiam angeli, quorum simpliciter spiritalis est creatura, linguas habere dicuntur, quibus utique laudes domino creatori canant et gratias referre non desinant, quanto magis hominum etsi spiritalia iam post resurrectionem corpora, manentibus tamen glorificatae carnis omnibus membris et per omnia membra formis et numeris suis, et linguas habebunt

1] (Ps. 38, 8). 5] (I Thess. 4, 16). 8] Ioh. 17, 24. 9] Ps. 83, 5.

1 est] est caput εζ *Rosw.* 2 est facta ζ aput Φ[1] *alt.* et *om.* Cεζ *Rosw.* 3 *pr.* est *exp.* Φ corpore *Y*, corporẹ (i *supra*) Φ humilitatis—corpori *om.* εζ *Rosw.* 4 corpore *Y*, corporẹ (i *supra*) Φ et] ut ε (*in ras.*), ut ζ 6 olim CΦ, olym *Y*, erunt εζ *Rosw.*, erunt olim *fort.* 7 et ipse] ipse *Y* 9 illud *CY*Φ, hoc illud est εζ *Rosw.* 11 concinnentium *Y* 12 promerendam *Y* 14 qua *CY*Φ, quo εζ 15 in *om.* *Y* 18 et *CY*Φ, *om.* εζ *Rosw.* omnia *Y*Φ, *om.* Cεζ *Rosw.* 19 expraessa Φ collatus *Y*Φ, conlatas *C*, collata ε[2]ζ *Rosw.*, colata ε[1] 22 canant *Y*Φ, cantant Cεζ *Rosw.* referri *Y*Φ desinant *CY*Φ, desinunt εζ *Rosw.* 23 etsi] et *Y*Φ resurrectione *C* 25 linguis *Y*

in oribus suis et linguis effantibus dabunt uoces, quibus diuinas laudes uel sensuum suorum gaudiorumque affectus per uerba depromant, forte etiam hoc gratiae gloriaeque adposituro sanctis suis domino in saeculis regni sui, ut tanto potioribus linguis et uocibus canant, quanto ad beatiorem naturam corporum beata inmutatione profecerint, ut in corporibus iam spiritalibus constituti iam forsitan non humanis sed illis angelicis atque caelestibus, quales apostolus in paradiso audiuit, sermonibus eloquantur? et ideo forsitan homini ineffabiles eos sermones fuisse testatus est, quia sanctis inter alias praemiorum species iam nouae linguae parentur. quibus idcirco homines huius saeculi adhuc uti non licet, ut iam his gloriae suae congruentibus inmortales loquantur, de quibus dictum est: etenim clamabunt et hymnum dicent, procul dubio in caelestibus, ubi cum domino erunt et delectabuntur in abundantia pacis, gaudentes in conspectu throni, mittentes ante pedes agni pateras et coronas et cantantes ei canticum nouum, adgregati choris angelorum uirtutum dominationum thronorum, ut et ipsi cum Cherubin atque Seraphin et quattuor illis animalibus uoce perpetua concinentes dicant: sanctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth, et reliqua quae nosti.

7. Hoc est ergo, quod egenus et pauper ego ille insipiens et paruulus tuus, quem ut uerus sapiens ferre consuesti, rogo, ut me scientiam uel opinionem super hoc tuam doceas, quia scio te inluminatum spiritu reuelationis ab ipso duce et fonte sapientium, ut sicut praeterita cognouisti et praesentia uides,

8] (II Cor. 12, 4). 13] Ps. 64, 14. 15] Ps. 36, 11. 20] Es. 6, 3.

1 oris εζ diuinas *om.* Y 2 gaudiorum YΦ effectus YΦ 3 apposituros CY 5 ad] a ε 6 mutatione Cεζ *Rosw.* proficerint YΦ, profecerit C 8 in paradyso audiuit YΦ, audiuit in paradiso Cεζ *Rosw.* 9 eloqua[n]tur Φ inde $\varepsilon^2\zeta$ *Rosw.* homini YΦ, *om.* Cεζ *Rosw.* 11 parentur YΦ, parantur Cεζ *Rosw.* homines CYΦ, hominibus εζ 13 dictum est etenim *bis exh.* C 14 ymnum C, hynnum ε 17 cantantes YΦ, cãtes C, *al* cantantes C *in mg. m. 2*, canentes εζ *Rosw.* 18 chroris *ex* thronis Φ, coris C thronos C 19 etque $Y^1$ 20 uoce p. concinentes *om.* Cεζ *Rosw.* concinnentes Y 23 consuisti CYΦ

ita etiam de futuris aestimes, quid censeas de his caelestium creaturarum uel etiam super caelos in conspectu altissimi agentium uocibus sempiternis, quibus tandem organis exprimantur. quamlibet enim apostolus dicendo: si linguis angelorum loquar, proprium quendam illos suae naturae uel, ut ita dixerim, gentis habere sermonem ostenderit, tanto humanis sensibus et eloquiis altiorem, quanto ipsa angelorum creatura et statio mortalibus incolis et terrenis sedibus praestat: attamen forsitan linguas angelorum pro generibus uocum atque sermonum dixerit, sicut et de charismatum uarietate disserens inter dona gratiarum numerat genera linguarum, utique hoc in signo esse significans, quod multarum gentium sermone loqui singulis donaretur. sed et uox dei saepe ad sanctos emissa de nube ostendit posse loquelam esse sine lingua, siquidem lingua corporis membrum sit pusillum et magnum. sed forte ex hoc ipso, quia in hoc membro uocis officium deus posuit, etiam incorporeae angelorum creaturae sermones et uoces linguam uocauerit, sicut scriptura adsolet deo quoque secundum species operationum nomina adsignare membrorum. ora pro nobis et doce nos.

8. Frater noster carissimus et dulcissimus Quintus quam tarde ad nos remeat a uobis, tam cito a nobis ad uos redire festinat; instantiam uero eius in litteris exigendis etiam haec epistola lituris quam uersibus crebrior loquitur; commemorati exactoris nimiam festinationem scheda fecit. nam pridie idus

4] I Cor. 13, 1. 10] (I Cor. 12, 10. 28). 15] (Iac. 3, 5).

1 aestimes] quid estimes εζ *Rosw.* 3 gentium YΦ 4 quamlibet CYΦ, quamuis εζ *Rosw.* 5 ut *om.* YΦ 6 gentes YΦ 7 altiore Y 8 mortalius C in caelis εζ *Rosw.* 10 dixit *ex* dixerit ε de] in dei εζ[1] carismatum CYε ueritate Y 13 sc̄s YΦ 14 loquillam Φ, loquellam C 15 membrorum C 16 in] sine εζ *Rosw.* membro] in quo est *add.* εζ *Rosw.* 17 posuit YΦ, possit Cεζ *Rosw.* incorporeae YΦ, in corpore Cεζ *Rosw.* creatore Y, creare εζ *Rosw.* 18 scribtura Φ assolet Cεζ queque Y 20 doce nos *ex* docens C *m. 2* 21 et dulcissimus *om.* YΦ 23 stantiam C in litteris exigendis] *hic desinit cod.* Φ etiam] et *Lebrun* 24 litoris Y, licturis εζ loquitur quę Y 25 nimiam festinationem Cεζ, nimia festinatione Y, nimia festinatio *Rosw.* sceda εζ, schedam Y *Rosw.*, schidam C

Maias uenit ad nos, ut rescripta peteret, et idibus ante sextam dimitti obtinuit. uidete ergo utrum eum commendauerim an accusauerim huiusmodi testimonio. forte enim, immo sine dubio laudabilis magis quam culpabilis iudicabitur qui a tenebris, quod in conparatione uestri luminis sumus, iustissime refestinauit ad lucem suam.

## XXXXVI.

### Pavlinvs Rvfino fratri salvtem.

1. Vel breues nobis ab unanimitate tua litterae magno refrigerio sunt, sicuti in paenuria pluuiarum ager sitiens rore recreatur, unde refectos nos quamuis breui epistula tua, attamen tua, per puerum communium filiorum fatemur, sed tamen rursus adfectos, quia etiam nunc uos in aestu sollicitudinis et incerto morarum Romam pati indicastis. det nobis dominus a domino laetificari quam primum de actu uestro, ut sicut anxiis conpatimur, ita congaudeamus hilaratis et incipiamus tamen sperare fructum praesentiae uestrae, si nos certi esse de uestra sententia uel domini circa uos placito coeperitis.

2. Sane, quod admonere dignaris affectu illo, quo nos sicut te diligis, ut studium in Graecas litteras adtentius sumam, libenter accipio; sed inplere non ualeo, nisi forte desideriis meis adnuat dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. nam quomodo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? credo enim in translatione sancti Clementis praeter alias ingenii mei defectiones hanc te potissimum imperitiae meae paenuriam considerasse, quod aliqua, in quibus intellegere uel exprimere uerba non potui, sensu

1 rescrita *C* peterit (et *om.*) *Y* sexta *C* 2 an *CY*, uel εζ *Rosw.* 3 huius (modi *om.*) *CY* testimonium *Y* imo ζ eplõ epił s̃c̃i paulini ad s̃c̃m aug̃ *C*, explicit *Y*.

Ξξ. — 9 uel Ξ, ut ξ breuis Ξ unianimitate Ξ 10 fluuiorum *Rosw.* 11 *pr.* tua *om. edd. Ruf.* adtamen Ξ 13 etiam nunc Ξξ, etiamnum nunc *Rosw.* solicitudinis ξ 14 pati ξ, peti Ξ *Rosw.* indicastis *Rosw.* 15 nostro *Rosw.* 16 hilaritati *Rosw.* 19 admoneri ξ 21 desideria mea adiuuat *Rosw.*

rum, percutiat et interrumpat duritiam cordis nostri, ut hanc quoque petram conuertat in stagnum aquae. atque utinam illo rore respergat, quo illud mysticum in area uellus infecit. ros enim, qui ab illo est, sanitas est nobis. orate, inquam, ut hortulum nostrum introire dignatus exurgere aquilonem iubeat et austrum uenire, quibus auras uitales adflantibus germina nostra uiuescant. sed et si uineam suam ingressus arborem nostram sine fructu inuenerit, parcat excidere et misericordia differente credat agricolae interuenienti, qui extorquendum diligentia sua fructum de sterili ficulnea pollicetur. potens est enim ipse dominus, qui interpellat pro peccatis nostris et qui uocat ea quae non sunt tamquam quae sint, facere et de nobis egenis et aridis arborem fructuosam et animam inanem adipe uerbi sui tamquam cophino stercoris opimare, quia scriptum est: de ipsius gratia pinguescent fines deserti. cophinus autem hic stercoris, qui de sterili fertilem arborem facit, specialiter mihi uidetur humilitas spiritalis, qua contribulantes cor nostrum paenitudine praeteritae uanitatis euacuamus inania et sucum uirtutis accipimus, qua qui operibus iustitiae steriles eramus reddimur fructuosi. bonum ergo nobis intrare in recessus nostros et humiliare in ieiunio, quo ieiunatur ab operibus tenebrarum, animam nostram, ut ab huius humilitatis stercore, quae saeculo uilis, deo cara est, erigatur per eum, qui suscitat de terra inopem et de stercore erigit pauperem. gratia dei uobiscum.

1] (Exod. 17, 6). 2] (Iudic. 6, 37). 5] (Cant. 4, 16). 9] (Luc. 13, 8). 11] Rom. 4, 17. 12] Rom. 4, 17. 15] Ps. 64, 13. 24] Ps. 112, 7.

1 ut] et *FPU* 2 illo *Ov*, illo nos *cet.* 3 aspergat *U* misticum illud *F* in *om.* *FLM* area *O*, aeree *U*, areae *FM*, araeae *L*, aree *P* 5 ortulum *FMPU* 7 et *om.* *FOU* 8 nostrum *FU* fructum *O* 9 differente *M*[2]*v*, diferente *O*, deferente *cet.* 10 stereli *O* ficulneę *O* 12 tanquam ea quae *U* sunt *L*[1]*MU* 14 uerbi sui tanquam *ex* uerbis uitam quam *P m. 2* cofino *O* 15 ut scriptum (ut *m. 2*) *M* pinguescunt *FPU* 16 cofinus *O* hic *om.* *M* stereli *O* 17 arbore *LM* 18 plenitudine *U* 19 qua] et *LM* 20 qui *LM*, *om. cet.* reddimur] erimus *M* 21 est ergo *LM* uestros *FPU* humiliari *M*[1] in ieiunio] inienio *O* 22 ieiunetur *FLPU* 24 erigatur *O v*, erigamus *cet.* terra *ex* Dextera *P m. 2.* — finit ad aprum · III · *O.*

## XXXXV.

SANCTO DOMINI BEATISSIMO ET VNICE NOBIS VNANIMO AC VENERABILI ET DESIDERABILI PATRI FRATRI MAGISTRO AVGVSTINO EPISCOPO PAVLINVS ET THERASIA PECCATORES.

1. Lucerna semper est pedibus meis uerbum tuum et lumen semitis meis. ita quotienscumque litteras beatissimae sanctitatis tuae accipio, tenebras insipientiae meae discuti sentio et quasi collyrio declarationis infuso oculis mentis meae purius uideo ignorantiae nocte depulsa et caligine dubitationis abstersa. quod cum saepe alias per munera epistularum tuarum mihi donatum senserim, tum praecipue isto recentium litterarum libello, cuius mihi tam gratus quam dignus portitor fuit uir benedictus domino frater noster Quintus diaconus, qui longo quidem posteaquam ad urbem uenerat interuallo, cum eo iuxta sollemnem meum morem post pascha domini pro apostolorum et martyrum ueneratione uenissem, benedictionem oris tui reddidit nobis. uerumtamen oblitterato quod nesciente me Romae consumpserat tempore recentissimus mihi uisus est a conspectu tuo, ita ut tunc statim eum a te mihi uenisse crederem, cum primum uidebam et cum mihi plenum odorem suauitatis tuae in eloquiis tuis caelestis unguenti castitate fragrantibus offerebat. fateor tamen uenerandae unanimitati tuae non potuisse me uolumen ipsum, statim ut accepe-

5] Ps. 118, 105. 8] (Apoc. 3, 18). 21] (Gen. 8, 21).

*CYΦεζ*. — incp̃[3 litt. eras.] (*3 litt. eras.*) eorundem ad augus̃ *Φ*, incipit eorumdem ad agustinum *Y*, incipit epist̃ paulini et tyrasie ad scm̃ aug̃ *C*, epistola paulini et therasiae ad (sanctum *add.* *ζ*) augustinum *εζ* 2 unianimo *Φ* 3 et desiderabili *om.* *Yεζ* 4 tyrasia *C* 8 collirio *YΦεζ* delectationis *εζ* 9 purius *YΦ*, prius *Cεζ* nocte] mente *YΦ* 10 munere *YΦ* 11 praecipuo *εζ Rosw.* 12 gra**atus (ua *eras.*) *C*[1] portior *YΦ* 13 dño *YΦ*, dñi *Cεζ Rosw.* 14 ad orbem *Φ*[1], ab urbe *Cεζ* 16 uenerationem *C* 17 oblicterato *C* 18 nescientem *Y* consumpseram *Cζ* tempore me *Y* 20 crederem *CYΦ*, uix crederem *εζ Rosw.* primo *ζ* 21 odorem] dolorem *YΦ* ungenti *YΦ* 22 flagrantibus *ω* unanimitate *Φ*

rae nimium eleuati sunt, ut etiam de beatissima familiae ac domus eius uisitatione sanctum hominis meritum reueletur. generatio, inquit, rectorum benedicetur, gloria non caduca et diuitiae non labentes in domo eius, domo quae aedificatur in caelis non labore manuum sed operum sanctitate. sed cesso pluria de memoria tam dilecti mihi quam deuoti Christo hominis enarrare, cum et pristinis litteris non pauca super eo narrasse me repetam et nihil possim de beata huius filii matre et sanctorum pari radice ramorum Melanio melius aut sanctius praedicare, quam sanctitas tua in eam profari et disputare dignata est, ut, quia ego peccator inmunda labia habens nihil dignum loqui potueram ut longinquus a meritis fidei eius animaeque uirtutibus, tu ille uir Christi, doctor Israel in ecclesia ueritatis, procurante in melius dei gratia parareris dignior tam uirilis in Christo animae praedicator, qui et mentem eius diuina uirtute firmatam, ut dixi, spiritu propiore conspiceres et mixtam cum uirtute pietatem eloquio digniore laudares.

4. Quae uero post resurrectionem carnis in illo saeculo beatorum futura sit actio, tu me interrogare dignatus es. at ego de praesenti uitae meae statu ut magistrum et medicum spiritalem consulo, ut doceas me facere uoluntates dei, tuis uestigiis ambulare post Christum et mortem istam euangelicam prius emori, qua carnalem resolutionem uoluntario

3] Ps. 111, 2. 11] (Es. 6, 5). 22] (August. ep. 95, c. 2).

2 uisitatine (o s. l.) Φ 3 generatione inquid *C* 4 domo *Y*Φ, domus *C*εζ *Rosw.* 5 manuum] hominum *Y* 6 pluria *scripsi*, plurima Φ, pluri plurima *Y*, plura εζ *Rosw.*, de plura *C* 7 renarrare *C* 8 eos *C*ε reputem *Lebrun* possum ζ 9 pari *Y*Φ, patri *C*, patre εζ *Rosw.* romanorum *Y* 11 ut *om.* *Y* inmundabilia (labia *om.*) *Y* 13 tu *om.* *Y*Φ isrł *Y*, isrłhl Φ, ihl *C*, *om. sex litt. spatio uacuo* εζ 14 eclesia Φ 16 uirtute *C s. l. m. 2* firmatam—uirtute *om.* *Y* firmatum *C* propriore Φ, propriores *C* 19 actio *Y*Φ, actio nostra *C*εζ *Rosw.* est *Y*[1] at] a te *C* 20 ut *Y*Φ, et *C*εζ *Rosw.*, te ut *fort.* 21 consolo *Y*, consulo (u *ex* o *corr.*) *postea in mg. add.* Φ 22 tuisque ε[2] *et edd. Aug.* mortem Φ, morte *Y* ista euangelica *Y*Φ; *cf. August. ep.* 95, *c.* 2: quippe qui etiam uerissime dixeris euangelicam mortem prius emoriendum quam carnalem resolutionem uoluntario praeueniamus excessu *et paullo post:* ut uiuamus euangelicam uitam moriendo euangelicam mortem 23 quam ε, qui *Y*

praeuenimus excessu, non obitu sed sententia recedentes ab huius saeculi uita, quae tota temptationum uel, ut tu aliquando ad me locutus es, tota temptatio est. utinam ergo sic dirigantur uiae meae post uestigia tua, ut exemplo tuo soluens calciamentum uetus de pedibus meis disrumpam uincula mea et liber exultem ad currendam uiam, quo possim adsequi mortem istam, qua tu mortuus es huic saeculo, ut uiuas deo Christo uiuente in te, cuius et mors et uita in corpore tuo et corde et ore cognoscitur, quia non sapit cor tuum terrena nec os tuum loquitur opera hominum, sed uerbum Christi abundat in pectore tuo et spiritus ueritatis effunditur in lingua tua, superni fluminis impetu laetificans ciuitatem dei.

5. Quae autem uirtus hanc in nobis efficit mortem nisi caritas, quae fortis est ut mors? sic enim oblitterat nobis et perimit hoc saeculum, ut inpleat mortis effectum per affectum Christi, in quem conuersi auertimur ab hoc mundo et cui uiuentes morimur ab elementis huius mundi. nec tamquam uiuentes in eorum conspectu usuque decernimus, quia portio nostra mors Christi est, cuius a mortuis resurrectionem non adprehendimus in gloria, nisi mortem eius in cruce mortificatis membris et sensibus carnis imitemur, ut iam non nostra uoluntate uiuamus sed illius, cuius uoluntas sanctificatio nostra est et qui ideo pro nobis mortuus est et resurrexit, ut iam non nobis sed illi uiuamus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit et dedit nobis pignus repromissionis suae spiritu suo, sicut pignus uitae nostrae posuit in caelis in corpore suo,

2] (August. ep. 95, c. 2). 10] (Col. 3, 16). 11] (Ps. 45, 5). 14] Cant. 8, 6. 17] (Col. 2, 20). 20] (I Thess. 4, 3). 23] (II Cor. 5, 15).

1 praeueniamus ε²; lege hoc totum fideliter *add. C man. s. VIIII in mg.* obitus *C* 2 temptationum] plena *add. εζ Rosw.* 3 loquutus *Φ* 5 de *YΦ*, a *Cεζ Rosw.* dirrumpam *C*, dirumpam *εζ Rosw.* 7 christo *YΦ*, in christo *Cεζ Rosw.* 10 opera *om. Y* habundat *YΦεζ* 12 impletum *C* 14 oblicterat *εζ* 15 perhimit *Y*¹ effectu *Y* 17 elimentis *YΦ*¹ 18 usuque *YΦ*, usquę (u *m. 2*) *C*, uisuque *εζ Rosw.* decernimur *Cεζ* 20 adpraehendimus *Φ* huius *Lebrun* 24 pro *om. Y* pro nobis pro *C* est *om. Y* 25 et dedit *om. Y* repromissionis — pignus *in marg. inferiore add. Φ, in textu inser.* hd (= hic deest)

quod est corporis nostri. unde nunc expectatio nostra dominus est, et substantia, quae ab ipso facta est, apud ipsum et in ipso et per ipsum est, qui conformatus est corpori humilitatis nostrae, ut nos conformaret corpori gloriae suae et secum in caelestibus conlocaret. propterea et qui digni fuerint uita aeterna olim in gloria regni eius, ut cum ipso sint, sicut apostolus ait, et cum ipso maneant, sicut et ipse dominus ad patrem dixit: uolo ut, ubi ego sum, et illi sint mecum, sine dubio illud quod in psalmis habes: beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te.

6. Puto autem hanc laudationem uocibus concinentium esse promendam, etsi inmutabuntur sanctorum resurgentium corpora, ut sint sicut et domini corpus post resurrectionem apparuit, in qua utique resurrectionis humanae uiua imago praefulsit, ut dominus ipse, qui in corpore ipso, quo passus fuerat et resurrexerat, quasi speculum contemplationis omnibus fuerit. qui utique cum in eadem carne, qua mortuus et sepultus fuerat, et resurrexisset, omnium omnia officia membrorum expressa oculis et auribus hominum saepe conlatus exhibuit. quod si etiam angeli, quorum simpliciter spiritalis est creatura, linguas habere dicuntur, quibus utique laudes domino creatori canant et gratias referre non desinant, quanto magis hominum etsi spiritalia iam post resurrectionem corpora, manentibus tamen glorificatae carnis omnibus membris et per omnia membra formis et numeris suis, et linguas habebunt

1] (Ps. 38, 8). 5] (I Thess. 4, 16). 8] Ioh. 17, 24. 9] Ps. 83, 5.

1 est] est caput εζ *Rosw.* 2 est facta ζ aput Φ[1] *alt.* et *om.* Cεζ *Rosw.* 3 *pr.* est *exp.* Φ corpore Y, corporẹ (i *s. l.*) Φ humilitatis—corpori *om.* εζ *Rosw.* 4 corpore Y, corporẹ (i *s. l.*) Φ et] ut ε (*in ras.*), ut ζ 6 olim CΦ, olym Y, erunt εζ *Rosw.*, erunt olim *fort.* 7 et ipse] ipse Y 9 illud CYΦ, hoc illud est εζ *Rosw.* 11 concinnentium Y 12 promerendam Y 14 qua CYΦ, quo εζ 15 in *om.* Y 18 et CYΦ, *om.* εζ *Rosw.* omnia YΦ, *om.* Cεζ *Rosw.* 19 expraessa Φ collatus YΦ, conlatas C, collata ε[2]ζ *Rosw.*, colata ε[1] 22 canant YΦ, cantant Cεζ *Rosw.* referri YΦ desinant CYΦ, desinunt εζ *Rosw.* 23 etsi] et YΦ resurrectione C 25 linguis Y

in oribus suis et linguis effantibus dabunt uoces, quibus diuinas laudes uel sensuum suorum gaudiorumque affectus per uerba depromant, forte etiam hoc gratiae gloriaeque adposituro sanctis suis domino in saeculis regni sui, ut tanto potioribus linguis et uocibus canant, quanto ad beatiorem naturam corporum beata inmutatione profecerint, ut in corporibus iam spiritalibus constituti iam forsitan non humanis sed illis angelicis atque caelestibus, quales apostolus in paradiso audiuit, sermonibus eloquantur? et ideo forsitan homini ineffabiles eos sermones fuisse testatus est, quia sanctis inter alias praemiorum species iam nouae linguae parentur. quibus idcirco homines huius saeculi adhuc uti non licet, ut iam his gloriae suae congruentibus inmortales loquantur, de quibus dictum est: etenim clamabunt et hymnum dicent, procul dubio in caelestibus, ubi cum domino erunt et delectabuntur in abundantia pacis, gaudentes in conspectu throni, mittentes ante pedes agni pateras et coronas et cantantes ei canticum nouum, adgregati choris angelorum uirtutum dominationum thronorum, ut et ipsi cum Cherubin atque Seraphin et quattuor illis animalibus uoce perpetua concinentes dicant: sanctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth, et reliqua quae nosti.

7. Hoc est ergo, quod egenus et pauper ego ille insipiens et paruulus tuus, quem ut uerus sapiens ferre consuesti, rogo, ut me scientiam uel opinionem super hoc tuam doceas, quia scio te inluminatum spiritu reuelationis ab ipso duce et fonte sapientium, ut sicut praeterita cognouisti et praesentia uides,

8] (II Cor. 12, 4). 13] Ps. 64, 14. 15] Ps. 36, 11. 20] Es. 6, 3.

1 oris εζ diuinas *om.* Y 2 gaudiorum YΦ effectus YΦ 3 appposituros CY 5 ad] a ε 6 mutatione Cεζ *Rosw.* proficerint YΦ, profecerit C 8 in paradyso audiuit YΦ, audiuit in paradiso Cεζ *Rosw.* 9 eloquatur (n *above* a) Φ inde ε[2]ζ *Rosw.* homini YΦ, *om.* Cεζ *Rosw.* 11 parentur YΦ, parantur Cεζ *Rosw.* homines CYΦ, hominibus εζ 13 dictum est etenim *bis exh.* C 14 ymnum C, hynnum ε 17 cantantes YΦ, cãntes C, *al* cantantes C *in mg. m. 2*, canentes εζ *Rosw.* 18 chroris *ex* thronis Φ, coris C thronos C 19 etque Y[1] 20 uoce p. concinentes *om.* Cεζ *Rosw.* concinnentes Y 23 consuisti CYΦ

ita etiam de futuris aestimes, quid censeas de his caelestium creaturarum uel etiam super caelos in conspectu altissimi agentium uocibus sempiternis, quibus tandem organis exprimantur. quamlibet enim apostolus dicendo: si linguis angelorum loquar, proprium quendam illos suae naturae uel, ut ita dixerim, gentis habere sermonem ostenderit, tanto humanis sensibus et eloquiis altiorem, quanto ipsa angelorum creatura et statio mortalibus incolis et terrenis sedibus praestat: attamen forsitan linguas angelorum pro generibus uocum atque sermonum dixerit, sicut et de charismatum uarietate disserens inter dona gratiarum numerat genera linguarum, utique hoc in signo esse significans, quod multarum gentium sermone loqui singulis donaretur. sed et uox dei saepe ad sanctos emissa de nube ostendit posse loquelam esse sine lingua, siquidem lingua corporis membrum sit pusillum et magnum. sed forte ex hoc ipso, quia in hoc membro uocis officium deus posuit, etiam incorporeae angelorum creaturae sermones et uoces linguam uocauerit, sicut scriptura adsolet deo quoque secundum species operationum nomina adsignare membrorum. ora pro nobis et doce nos.

8. Frater noster carissimus et dulcissimus Quintus quam tarde ad nos remeat a uobis, tam cito a nobis ad uos redire festinat; instantiam uero eius in litteris exigendis etiam haec epistola lituris quam uersibus crebrior loquitur; commemorati exactoris nimiam festinationem scheda fecit. nam pridie idus

4] I Cor. 13, 1. 10] (I Cor. 12, 10. 28). 15] (Iac. 3, 5).

1 aestimes] quid estimes εζ *Rosw.* 3 gentium YΦ 4 quamlibet CYΦ, quamuis εζ *Rosw.* 5 ut *om.* YΦ 6 gentes YΦ 7 altiore Y 8 mortalius C in caelis εζ *Rosw.* 10 dixit *ex* dixerit ε de] in dei εζ[1] carismatum CYε ueritate Y 13 s̄c̄s̄ YΦ 14 loquillam Φ, loquellam C 15 membrorum C 16 in] sine εζ *Rosw.* membro] in quo est *add.* εζ *Rosw.* 17 posuit YΦ, possit Cεζ *Rosw.* incorporeae YΦ, in corpore Cεζ *Rosw.* creat[u]ore Y, creare εζ *Rosw.* 18 scribtura Φ assolet Cεζ queque Y 20 doce nos *ex* docens C *m. 2* 21 et dulcissimus *om.* YΦ 23 stantiam C in litteris exigendis] *hic desinit cod.* Φ etiam] et *Lebrun* 24 litoris Y, licturis εζ loquitur quę Y 25 nimiam festinationem Cεζ, nimia festinatione Y, nimia festinatio *Rosw.* sceda εζ, schedam Y *Rosw.*, schidam C

Maias uenit ad nos, ut rescripta peteret, et idibus ante sextam dimitti obtinuit. uidete ergo utrum eum commendauerim an accusauerim huiusmodi testimonio. forte enim, immo sine dubio laudabilis magis quam culpabilis iudicabitur qui a tenebris, quod in conparatione uestri luminis sumus, iustissime refestinauit ad lucem suam.

## XXXXVI.

### Pavlinvs Rvfino fratri salvtem.

1. Vel breues nobis ab unanimitate tua litterae magno refrigerio sunt, sicuti in paenuria pluuiarum ager sitiens rore recreatur, unde refectos nos quamuis breui epistula tua, attamen tua, per puerum communium filiorum fatemur, sed tamen rursus adfectos, quia etiam nunc uos in aestu sollicitudinis et incerto morarum Romam pati indicastis. det nobis dominus a domino laetificari quam primum de actu uestro, ut sicut anxiis conpatimur, ita congaudeamus hilaratis et incipiamus tamen sperare fructum praesentiae uestrae, si uos certi esse de uestra sententia uel domini circa uos placito coeperitis.

2. Sane, quod admonere dignaris affectu illo, quo nos sicut te diligis, ut studium in Graecas litteras adtentius sumam, libenter accipio; sed inplere non ualeo, nisi forte desideriis meis adnuat dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. nam quomodo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? credo enim in translatione sancti Clementis praeter alias ingenii mei defectiones hanc te potissimum imperitiae meae paenuriam considerasse, quod aliqua, in quibus intellegere uel exprimere uerba non potui, sensu

1 rescrita *C* peterit (et *om.*) *Y* sexta *C* 2 an *CY*, uel εζ *Rosw.* 3 huius (modi *om.*) *CY* testimonium *Y* imo ζ eplõ epił sc̃ĩ paulini ad sc̃m̃ aug̃ *C*, explicit *Y*.

Ξξ. — 9 uel Ξ, ut ξ breuis Ξ unianimitate Ξ 10 fluuiorum *Rosw.* 11 *pr.* tua *om. edd. Ruf.* adtamen Ξ 13 etiam nunc Ξξ, etiamnum nunc *Rosw.* solicitudinis ξ 14 pati ξ, peti Ξ *Rosw.* iudicastis *Rosw.* 15 nostro *Rosw.* 16 hilaritati *Rosw.* 19 admoneri ξ 21 desideria mea adiuuat *Rosw.*

potius adprehensa uel, ut uerius dicam, opinata transtulerim. quo magis egeo misericordia dei, ut pleniorem mihi copiam tui tribuat, quia pro diuitiis erit pauperi uel micas a diuitis mensa cadentes auido famelici cordis ore colligere.

3. In tempore sane, quo scripta haec scribebantur, cecidit sub oculis incidens proposita lectione capitulum illud ex Genesi, ⟨a⟩ Iacob quo Iudas benedicitur. et quia dominus oportunissimam hanc occasionem dederat, pulsare post tempus fores cordis tui placuit. ergo si me amas, immo quia multum amas, rogo ut scribas mihi, ut intellegis ipsas patriarcharum benedictiones et si qua ipse scis in eis ardua sensu et digna cognitione, scire me uelis; specialiter tamen de capitulo illo in quo ait: alligans ad uitem pullum suum et ad cilicium pullum asinae suae, qui suus sit pullus quaeue asina uel qui asinae pullus? et cur suus ad uitem, asinae uero pullus ad cilicium alligetur?

## XXXXVII.

### Pavlinvs fratri Rvfino salvtem.

1. Etsi incertum mihi fecit filius Cerealis, quod ad te perrecturus foret in tempore, quo ad sanctum Petrum reuertitur, tamen per eum, qui aeque tuus ac noster est, non scribere tibi tam culpabile nobis quam tibi triste futurum iudicauimus. itaque chartulae damnum, si te forte non uidisset, quam officii, sicut credimus, si te uiseret, praeoptantes capessere commisimus epistulam istam non casui sed fidei. credimus enim in domino dirigendam ad te uiam sermonis ac filii nostri, quia desiderantibus bonum omnia procedent in bonum; desiderat enim te, quantum debes desiderari ab intellegente commodum suum de consortio tui. et ideo praesumo, quia secun-

6] (Gen. 49). 13] Gen. 49, 11. 27] (Rom. 8, 28).

1 adpraehensa Ξ, apprehenso *Rosw.* 2 tui copiam *Rosw.* 3 pauper ξ uel] ut *Rosw.* 4 collegere Ξ, colligens ξ 5 sane] coenae ξ 6 illut Ξ 7 iacob quo iuda Ξξ, quo Iudas a Iacob *Rosw.* 9 forem Ξ 10 ipsam— benedictionem *Rosw.* 11 in eis] meis ξ 12 de] ex ξ 14 quae uero ξ Ξ. — 18 Rufino *om.* Ξ 20 Romam reuertit ξ 24 te *om.* Ξ

dum fidem ac pietatem suam satiabitur in bonis desiderium eius et perueniet ad te et tecum manebit, et geminabitur nobis apud dominum in uobis salutare praesidium, cum et tibi tam bonus filius comes discipulus adiutor accesserit, et tu illi pater ac magister omnis boni donatus a domino ad efficacem orationum potentiam uires gratiae spiritalis addideris. nobis autem, etsi pro tua caritate praesumptio sit, quia remeaturus ad orientem non feres inuisitatis nobis abire, tamen de peccatis nostris metus est, ne etiamsi tam a nobis uicina filia Babylonis auertat. quare domino desideria nostra et uota mandamus, ne secundum meritum nobis sed secundum desiderium faciat et dirigat ad nos uiam tuam in uia pacis suae, quia non ambulantes in ea in reprobum sensum damnati sunt, ne te desiderare mereantur.

2. Sane inportunitate, qua ostium tuum uel media nocte pulsare consueui, numquam repulsae metu ad uerecundiam et modum postulandi coactus, nunc hoc circa me negotii tibi trado, ut benedictiones duodecim patriarcharum, cuius iam principium mihi exposita circa personam Iudae prophetia triplici, ut iussum est, interpretatione conscriptis paginis edidisti, per reliquos eius filios distributam digneris exponere, ut ipse per te fiam conscius ueritatis et magnae gratiae ac laudis auctorem habeam, si his, qui de me supra me propter operis necessarii gratiam sentientes consulendum me putarunt, diuina potius et tuo spiritu quam de meo sensu inepta respondeam. gratia dei tecum, ut est, in aeternum maneat, frater in Christo unanime.

## XXXXVIII.

**** si enim hodie uideas dignos domino sacerdotes uel Exsuperium Tolosae uel Simplicium Viennae uel Amandum

1 saluabitur ξ *Rosw.* 3 aput Ξ 9 a *om.* ξ *Rosw.* 10 filiae Ξ et] ac ξ *Rosw.* 14 merentur ξ *Rosw.* 16 numquam *om.* ξ *Rosw.* 20 conscribtis Ξ 21 eius *om.* ξ *Rosw.* 24 necessarii gratiam sentientes *om.* ξ *Rosw.* putauerunt ξ *Rosw.* 26 gratia—unanime *om.* ξ *Rosw.* — finit epsl paulini ad rufinum Ξ.

*Hoc epistolae fragmentum ad editionem Gregorii Turon., quam in Monum. G. H. Guil. Arndt instituit, repetitum est.* 30 tholosae amando

Burdigalae uel Diogenianum Albigae uel Dynamium Ecolisnae uel Venerandum Aruernis uel Alethium Cadurcis uel nunc Pegasium Petrocoris, utcumque se habent saeculi mala, uidebis profectu dignissimos totius fidei religionisque custodes. ****

## XXXXVIIII.

### ⟨Macario Pavlinvs.⟩

1. Opera domini praedicare honorificum est, quae mihi causa huius epistolae fuit, quia patris familias huius, quem ad unanimitatem tuam prosequor, Secundiniani negotium, ut probabis, non potest sine domini gloria et laude narrari. sicut enim dixit in euangelio: pater meus adhuc operatur, et ego operor, ita et nunc facit, neque desinit bonus dominus fidem nostram euidentibus ueritatis suae excitare ac uere prouocare documentis. itaque in diuersis, ut scriptum est, argumentis apparens nobis saluator deus terra marique pro nobis operatur et quod in singulis agit multorum fidei salutique procurat. uide enim quam admirabile et praedicabile opus sit, quod Iesus dominus in uno sene cum angelis suis sanctis operatus est. haec enim causa est supradicti amici et fratris nostri, qui est uir in Christo fidelis. hieme superiore conpulsus in Sardinia cum ceteris quippe nauiculariis inuehendas fiscalibus horreis fruges ministerio propriae nauis accipere, non expectato tempore soliti commeatus ante aestiuam temperiem onustum nauigium ui publica urgente dimisit. ilico, ut mihi retulit, in proximo freto exorta tempestas temere de portu solutam multarum nauium classem a cursibus destinatis retorsit et fregit in litore. huius nauem in quodam eius insulae loco, quem Ad Puluinos uocant, ne similiter inlideretur, ancho-

7] Tob. 12, 7. 11] Ioh. 5, 17. 14] (Act. 1, 3).

1 burdigale dinamium 2 auernus alithium 4 dignissimus religionesque O. — Paullini epistula ad Macarium *inscr. O m. 2* Macario Paulinus *om. O* 12 desinit *v*, desinet *O* 13 nostram *v*, uestram *O* 14 docimentis *O* 25 exhorta *O*

ris fundare conati sunt; sed hiemis eiusdem uiolentia praeualescente rumpentibus uinculis nautae exterriti scapham dimiserunt, uel ut naui fortius continendae renouatis et altius stabilitis anchoris subuenirent uel ut se ipsos, si possent, a discrimine nauis eriperent. sed illos statim cum fragili perfugio lembuli sui abripuisse in scopulos procella dicitur et superfusis fluctibus obruisse. unum ex omni numero nautarum senem sentinando deputatum uel metu inmemores uel ut uilem animam contemnentes relinquunt. interea destituta nautis et anchoris nauis aufertur in pelagus.

2. Senex ille, qui nescierat se relictum, ut iactari uoluique sensit, ab intimo nauis emergit, uacua omnia, mare undique et undique caelum uidet; cum et metum et periculum misero solitudo cumularet, sex dies et noctes ieiunus condidit. fuerunt enim illi lacrimae panes die ac nocte. tum ipsum iam mortis quam uitae cupidiorem finemque poenarum animae exitu desiderantem misericors et miserator dominus adire comminus et uerbi cibo animare dignatus est. refert ipse adhuc lacrimans felicitatem periculi sui nec sine lacrimis cordis et gaudio spiritus audiri potest, ut conpellatus adeunte Christo, ut confortatus hortante sit, ut arborem iussus incideret, quam excidi in eo tempore remedium nauis erat; sed quod multi atque ualidissimi sine suo et nauis periculo facere uix possunt, solus et debilis arripere non audens dei uerbo ausus est. bis tantum et leuiter ut a senili manu tactus magis quam ictus securi malus ita prosiliuit a uulnere, ut longe extra nauem in undas expulsus tuto ceciderit. deinde uariis, ut marina iactatio et naualis instructio poscit, officiis, cum aut artemone armari oportebat aut sentinam depleri necesse erat, nomine Victoris uocatus a domino porrigere tantum specie agendi manum ad quamlibet operam iubebatur. non enim in multa et uaria circa hunc senem mirabilium diuinorum gratia hoc

12] (Verg. Aen. III, 193). 14] Ps. 41, 4.

1 praeualiscente *O* 2 scapham dimiserunt *O*, scaphulam demiserunt *v* 3 renotatis *O* 6 limbuli *O* arripuisse *v* 21 inciderit *v* 31 at *O* operam operam *O*

quoque dei munus praetereundum uidetur, quod etiam nomen accepit, quo nunc et regeneratione censetur et ab hominibus et ab angelis scribitur; gentilicio enim signo Valgius uocabatur qui nunc Victor a domino dicitur, et est uíctor in domino qui illi aptum opera in ipsum sua nomen inposuit, quia uidelicet et in mari de tempestatibus atque naufragio per adiutorium Christi et nuper in terra per eiusdem gratiam de peccatis et diabolo triumphauit, uidelicet ut totus in Christo nouandus neque in nomine neque in homine ueteri permaneret.

3. Mira fides et ineffabilis pietas domini salutaris, qui senem, si forte somno piger lentius ad gerenda consurgeret, et molli manu ante praepalpans, ne trepidus expergefieret, uellicata blande auricula suscitauit, cum leuiter adnitens senex a primo statim conatu suo manibus angelicis res effectas uideret. uix rudentem quasi ducturus adtigerat, iam exsinuatum in contos suos siparum stabat uel nauis uela faciebat. aqua rimis nauis accepta mergere temptauerat, et post unum uel alterum breuis sentinaculi haustum umore destricta siccataque naui quod ageret non habebat, stupens laborem sibi sine labore praecerpi et actum suum occulta manu praeueniri, si bene occulta dicitur quae tam perspicuum praestabat auxilium. sed nec ipsi operatores simplicibus innocentissimi senis oculis subtrahebantur; nam saepe uidit armatos, uidelicet de exercitu caeli milites excubare nauigio et cuncta nautici muneris administrare. nec sane nauem illam nisi angeli nautae decebant, cui gubernaculum erat mundi gubernator. ipse enim dominus nunc suo uultu coruscus, ut in Apocalypsi describitur, et coma fulgidus, nunc confessoris et amici sui, domini mei,

12] (Verg. Ecl. VI, 3). 27] (Apoc. 1, 14).

5 aptum opera in ipsum sua *O*, ad opera sua id ipsum *v* 7 gratia *O* 10 misera *O* salutaris *O*, saluatoris *v* 13 leniter *v* 15 ducturum *O* adtigerat] cum uelum uideret *add. v* in contos suos: supparum *Rosw.*, in cunctos suos si parum *O*, in contos suos: si parum *v* 16 uel nauis uela *Ov*, uela nauis *Sacch.* aquam *O* 18 haustum humore *coni. Sacch.*, haustuum ore *Ov* districto *O* 27 describitur *Rosw.*, discribitur *Ov* 28 amici *v*, acimi *O*

communis patroni Felicis ore uenerabilis in puppi sedebat, sicut nautico usu dicitur, ad temones uel potius pro temonibus, quos cum anchoris pariter et nautis in illo naufrago litore nauis amiserat, infelix feliciter, ut pro amissis omnibus uiris et armis suis aut domini martyrem aut dominum martyris obtineret. narrat gaudio lacrimans senex se ad ipsius pedes nunc domini, nunc martyris gubernantis sibi solitum procubare, etiam familiarius ipso adlectante, in genibus quoque ac sinibus sacris beatum et adflatibus diuinis odorum reclinati capitis puluinar habuisse.

4. Dubitemus nunc patriarcharum sinus fidelibus in Christo seruis patere, cum inmensa eius bonitas etiam catechumenum tunc istum uel suo uel sancti sui fouerit gremio. nam et in sancto suo ipse aderat qui dixit, ut nosti, ad patrem: ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut unum sint, sicuti et nos unum. ego in eis, et tu in me. et iterum ad apostolos, in quibus uniuerso corpori suo dixit: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus uitae meae usque ad consummationem saeculi. quod cotidie nobis in manu et apostolorum suorum et martyrum operante conspicuis uirtutibus potentia probat, ut credamus dei filium et dominum nostrum Iesum ex resurrectione mortuorum regnantem in caelis ad dexteram patris uiuorum esse dominum, non mortuorum. ergo cum et sancti sui confessoris effigie senem nautam fouebat, ipse aderat in sancto suo et fessum atque depositum blandis mulcebat adloquiis nec magis cibo quam uerbo reficiebat, quia ipse est uerus panis qui de caelo descendit dare escam omni carni. in omni enim homine opus suum diligit et omnem, quantum in ipso est, hominem saluum fieri uult,

14] Ioh. 17, 22. 17] Matth. 28, 20. 22] (Marc. 16, 19). 23] Matth. 22, 32; Marc. 12, 27. 27] Ioh. 6, 41. Ps. 135, 25. 29] I Tim. 2, 4.

2 timones *O* timonibus *O* 9 beatum ex afflatibus diuinis odorem *coni. Sacch.* odorem *v* 12 caticuminum *O* 16 unum] sumus *add. v* 18 uitae meae *O, om. v* 19 in manu et] Immanuel *coni. Grauius*, bonus Emmanuel *coni. Sacch.* et] ụel et *O* 25 sanctoṣ suoṣ *O*

quia mortem non fecit uitae dator et uita totus, nec laetatur in perditione uiuorum qui mauult misericordiam quam sacrificium nec personas accipit qui fecit omnes, sed pro meritis iudicat, quia deus iudex est.

5. Denique non illi hic de calamitate naufragii neque de senio et egestate nauta uilior fuit; sed his omnibus, quibus eum et socii spreuerant, Christum mouit et uiscera diuina concussit. oculi enim eius semper in pauperem respiciunt. profecto et iste pauper clamauit, et dominus exaudiuit eum. cui forsitan ad precandum etiam uoces propheticas dominus et ipsa periculi causa dictauerit, ut clamaret: saluum me fac, deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. ueni in altitudinem maris, non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum. cito anticipet me misericordia tua, priusquam infigar in limo profundi et urgeat super me puteus os suum. respice in me, quoniam unicus et pauper sum ego, et factus sum similis pelicano solitudinis, sicut nycticorax in domicilio, et ita in naui mea sicut passer unicus super tectum. audiuit dominus et misertus est eius et misit angelos in circuitu eius, et factus est in salutem. imperauit procellae et stetit in auram. increpuit mare, et siluerunt fluctus eius, et deduxit eum in aquis multis, uidentem opera domini et miribilia eius in profundo. cibauit eum adipe frumenti, et conloquente Christo quasi de petra melle saturatus est. respexit humilem qui beauit pauperes spiritu. flentem adfatus est qui promisit lugentibus consolationem. et qui esurientibus et sitientibus iustitiam saturitatem dat, ipse

1] Sap. 1, 13. 2] (Matth. 9, 13). 3] (Matth. 22, 16; Marc. 12, 14; Luc. 20, 21). 9] Ps. 33, 7. 12] Ps. 68, 2. 3. 13] Ps. 68, 16. 15] Ps. 78, 8. 16] Ps. 68, 3. 16. 17] Ps. 24, 16. 20] Ps. 101, 7. 8. 22] Ps. 29, 11. 33, 8. Ps. 106, 29. 23] Ps. 105, 9. 24] Ps. 106, 24. 26] Ps. 80, 17. 27] (Matth. 5, 3).

6 iis *v* 8 concessit *O*[1] 10 forsitam *O* 11 clamarit *O* 14 dimergat *O* 19 nocticorax *O* 26 conloquentem *O*

hunc deficientem qui panis et iustitia et fons uitae est de se ipse inrigans pauit, nec alia istum pietate quam omnem hominem in huius mundi pelago uolutantem dedita patri usque ad crucis mortem pietate miseratus est, quia uidelicet unus homo uniuersitatis portio et uniuersitas unius forma hominis et causa est.

6. Denique non solum nauem sed ipsum quoque, cuius causa nauem tuebatur, regens et in eo discreta carnis et spiritus officia dispensans, noctu securum requiescere, die uigilare sollicitum iubebat, se pro dormiente uigilaturum et uigilanti cooperaturum esse promittens. nempe illum in his uerbis domini recognosces affectum, quo semper ita spem nostram fouet, ut sollicitudinem non relaxet, ita infirmae carni consulit, ut spiritus promptus esse non desinat. et ideo sic dormire permisit seni fesso, ut ne seni quidem et fatigato de uigilandi negotio securitatem remitteret, ne scilicet resolueretur in somnos inertes et inciperet non solum corpore sed et mente dormire. quod metuens quidam sanctus ait: inlumina oculos meos, domine, ne umquam obdormiam in mortem. uicina enim morti labes est torpor animorum. et tunc dicet inimicus: praeualui aduersus eum, si et mentis oculos somnus oppresserit. recognoscimus ergo ipsum seni adfuisse qui dixit dormitantibus suis: uigilate et orate, ut non ueniatis in temptationem, et iterum uigilantibus ait, iam scilicet excitatorum uigore securus: dormite iam et requiescite. quod quidem non magis de corporeo somno quam de fidei firmitate dictum alibi docet dicens: constantes estote, quia ego uici mundum. uera enim hominis haec requies est, si fide constans et uictoria Christi ab omni hoste securus pace unanime perfruatur: ipse enim quies nostra

18] Ps. 12, 4. 21] ib. 5. 23] Matth. 26, 41. 25] ib. 45. 27] Ioh. 16, 33. 30] Eph. 2, 14.

11 cooperaturum *v*, cum quo operaturum *O* iis *v* 13 fouet *v*, fauet *O* 15 fatigato de uigilandi *scripsi*, fatigato sine uigilandi *v*, fatigatos euigilandi *O* 27 fidei firmitate *v*, infirmitate *O*, animi f. *fort.* 30 unanimi (*i. e.* Christi) *uel* animi *coni. Sacch.*

qui pax nobis est quique pro nobis uigilat, ut requiescat in nobis, et qui nunc uigilare nos pro quiete perpetua iubet.

7. Ipse dominus haec eadem pietatis suae munera, quae toto uult agi mundo, in hoc sene uno agere dignatus est cum blandimento seuerus nec sine freno timoris indulgens aurem uellit, ut somnum torporis excuteret, sinum praebuit, ut quietem perpetuam ministraret. uiginti et tres dies homo non modo a terris sed et ab hominibus exclusus omnium uentorum ludibrium, omnis terrae exul, diuersi maris hospes et exsors generis humani, inter fluctus et beluas maris in uago erraticae nauis hospitio ieiuniis senio timore confectus, quaeso te, numquid natura sua perdurauit? cui ergo obscurum sit deum in illo fuisse? quem dixi deum? non qui facit mirabilia solus, qui uocat ea quae non sunt tamquam quae sint? cuius ope enabat toto nauis secreta pelago et inuisibili gubernatore quasi uacua et tamen graui mole se promouens, clausis intra cameras suas homine cum frugibus, uelut illa diluuio feta mundi seminibus arca fluebat nec uno mari iactata cursum cum tempestatibus inmutauit.

8. Primo ad urbem acta Romani portus pharum uidit; deinde Campaniam longis tractibus legit mutatisque turbinibus in Africae litora transuolauit atque ab ipsis rursus abrepta Siciliam transcurrit, circa quam concita et uerticosa crebris, ut ferunt, insulis freta et periculosos etiam sub gubernatore nauibus cursus inter ambages et obices insularum tam directo otiosus senex inoffensoque nauigio praeteriuit, ut quasi diuina nauis et inmisso diuinitus spiritu sapiens sua sponte cauenda uitaret, sequenda peteret et utiliter ac perite per necessarios obitus flecteretur, uigesimo demum et tertio die miserante iam deo finem errorum atque discriminum in Lucanis positura lito-

13] Ps. 71, 18. 14] Rom. 4, 17. 17] (Gen. 7, 17).

7 et tres *O*, tres *v* 10 uago *v*, uado *O* 13 quem *scripsi*, quod *O*, eum *v* non qui *O*, qui *v* 14 ẹạ quae *O* 15 ope innabat toto nauis secura pelago *coni. Sacch.* 17 homine *v*, hominem *O* 18 uno mari *Rosw.*, uno maiori *Ov* 20 farum *O* 23 uertigosa *O* 29 et *om. v* 30 deo *O*, domino *v*

ribus. quibus propinquanti dominus aeternus, ut indefessa eius bonitas usque ad terminum susceptae sibi nauigationis operaretur mirabilia sua, tacito suae adspirationis instinctu conpulsos a littore duabus nauiculis piscatores obuiam misit, qui nauem hanc eminus conspicati primo aspectu territi refugerunt; plenam enim armatorum et liburnae aemulam sibi uisam ipsi postea retulerunt. deinde magnis et saepe repetitis senis nostri uocibus aliquando reuocati ratione secum habita et agente sic domino, nihil sibi ab ea naui timendum, in quam uocarentur, intellexerunt. accessere nauigio uacuumque militibus esse, quod longe stipatum uiderant, uix seni contestanti et ascensa tandem naui suis oculis crediderunt, ubi receptos senex prandio, quod pridie iussus a domino praepararat, excepit multaque mercede copiosis amissorum nautarum panibus saturauit atque donauit. quibus stipendiis laeti famulantibus lembulis suis quasi emeritam graui e bello et de certamine coronatam, quippe ut superstitem naufragii, uictricem uentorum et fluctuum nauem ad portum suum remulco praeeunte duxerunt. quid hac naui fecisset eorum uanitas, qui errore eo quo colunt omne quod fingunt factam Argonautarum infelicium puppem fabulosis litteris sacrauerunt atque etiam nunc in caelo uidere se credunt et inter astrorum choros numerant? nec minore dementia uectricem draconis Epidaurii nauem inludente ipso, cuius corporatum phantasma uexerunt, serpente uenerantur.

9. Sed fugiamus a fictis et alienis neque mendacia et uenena pereuntium nostrae ueritatis lumini misceamus. sunt nobis nostrae naues, ut dignius ueris et domesticis utamur exemplis. habemus et arcam Noe. habemus et nauem Tharsi nauemque Tharsensis. sed illa, de qua dei fugitiuum prophetam ultor et custos cetus excepit, eatenus huic naui conparari potest, qua-

28] (Gen. 7, 15). (Ion. 1, 3). (Act. 27, 6). 30] (Ion. 1, 4).

6 plenam *v*, lenam *O* 11 seni *Rosw.*, sene *Ov* 14 amisserum *O* 15 limbolis *O* 18 remulcho prae et in te duxerunt *O; em. v* 18 quid *O*, quid de *v* 23 epidaurii *scripsi*, epidaurio *O*, epidauro *v* corporeum *Rosw.* 24 serpentem *O* 27 ueris et *v*, et ueris *O*, et uerius *fort.* 30 coetus *O*

tenus ante sortem periclitata est; tertia uero nauis exemplo meo congruit huic, quod apostolum et martyrem uexit propterque ipsum et in ipso Christum recepit, uel cum illi totam periturae nauis multitudinem redonauit.

10. Proponamus ergo nobis animo et mente cernamus pulcherrimum diuini operis spectaculum, uidentes nauem unam de multarum nauium omniumque nautarum naufragio raptam, uno sene maria diuersa peragrante, solam in pelago et in ea solum. iam illa nobis arca diluuii ante oculos, ecclesiae imago, uersabitur, super orbem demersum una ubique diffusi maris facie inter effusas caeli et abyssi aquas solide toto innatans mundo, cuius ista imaginem multis modis in modulo minore gestauit. nam ut illa omnigenum seminum, sic et ista uariarum plena frugum fuit, cui praeter onus publicum plura etiam de stipendiis et peculiis nauticis inerant. illa unam familiam ad generis humani reparationem, et ista unum hominem ad multorum fidem uexit. illi pacis ramum columba detulit; huic pacem agnus exhibuit. illam in imaginem sancti spiritus ales intrauit, et hanc per imaginem confessoris sui Christus accessit. respiciamus et Ionae nauem, largiore hanc munere uirtutis eiusdem seruatam uidebimus et maiore miraculo. illa enim omnibus saluis praeter unum, ista omnibus amissis uno manente seruata est. sed et cetum illum prophetae uiuentis innocuum uoratorem uidetur haec nauis imitata, cum aeque utero suo clausum hominem per maris alta gestauerit et litori exposuerit incolumem, sicut illum indigestum ieiuna praedae suae belua iussis singultibus ab ergastulo spatiosi uentris excussum refudit deo, quo iubente susceperat, et mysterio salutiferae passionis expleto tertia die in spem resurrectionis euomuit.

3] (Act. 27, 24). 10] Gen. 7, 17. 13] (Gen. 6, 20). 16] (Gen. 7, 7; I Petr. 3, 20). 17] (Gen. 8, 11). 18] (Gen. 8, 9). 24] (Ion. 2, 1). 27] (Ion. 2, 11; Matth. 12, 39).

2 huic *O*, hinc *v* 8 sene maria *v*, seminaria *O* 10 uersabitur *v*, uersabatur *O* dimersum *O*, diuersum *v* 11 solidae *O* 12 multis modis *v*, multimodis *O* 23 coetum *O* 29 expleto *Col.*, expleta *Ov*

11. Nauis uero illius turba felicior, quae apostolo condonata est, non suis quidem meritis; nam et ipsi naufragium meruerunt qui contempto apostoli consilio nauigarant. sed non minus et hoc possumus in diuinis operibus nauigio gloriari, cuius uiris quamquam defuerit similis aduocatus, tamen ipsi in unico nauta ipse apostoli deus adfuit gubernator, et quo pro unius innocentis salute meruit liberari, quod illa, quae uas electionis in uinculis prima susceperat, ob apostoli contemptum et captiuitatem carceris crimine damnata non meruit. illa uero nauis cohors mihi uidetur et propter gratiae mysterium liberata, ut de naufragio nauis addictae nudi euaderent, scilicet ut eos a prioris nauis id est ab Adae carnis peccato liberatos et ipsis per quos euaserant fluctibus expiatos atque omnium quas in mare abiecerant id est saecularium sarcinarum leues et undis quasi peccatis graui et madida ueteris hominis ueste nudatos integra et solida nauis acciperet, quae plenam fidei ecclesiae exhibens formam tutos in portum Romamque peruexit. in quibus similiter mystica argumenta formantur. nam mutata nauis nouata in Christo uita est, et portus salutis ecclesiae teste Graecia nomen est Romane uirtutis. benedicamus ergo deum et exultemus in deo nostro, qui in altis habitat et humilia respicit, cui non in uiribus equi neque ⟨in⟩ tabernaculis uiri, sed in humilibus et timentibus eum bene placitum est, et qui, ut in isto etiam sene ostendit, sanat omnes contritos corde et adligat contritiones eorum.

12. Nimis garrio, frater. sentio, sed quaeso adhuc paucis feras me. interrogare enim libet, ullane te huius saeculi digni-

1] (Act. 27, 24). 11] (I Petr. 3, 21). 21] Ps. 112, 5. 23] Ps. 146, 10. 25] Ps. 146, 3.

4 et *O*, ex *v* 5 ịṇ ipsi in *O* 6 et quo] a quo *uel* a quo et *coni. Sacch.*, atque *fort.* 7 salutem *O* 10 et *om. v* 11 addictae *O*, aditae *v*, epibatae *coni. Sacch.* 17 portum *Rosw.*, portu *Ov* 19 nouata *v*, nouato *O* 20 romane *scripsi*, romana *O*, Roma *v* 22 in *v*, *om. O* 24 et qui *v*, aequi *O* isto *v*, iusto *O* 27 frater, ut sentio *fort.* 28 me *v*, mei *O*

tate quam hac dei dignatione adfici malles, qua senex iste perfunctus est? beatioresne tibi uidentur qui purpura fulgent, qui gemma libant, toga farciuntur palmataque pinguntur, et hominibus conmortalibus ac plerisque melioribus dominantes cupiditatum ac rerum suarum serui sunt, de dei muneribus insolentes deo, Christo egentes, peccato diuites, uita steriles, morte fecundi? quid huic, quaeso, obfuit seni persona sentinatoris et in nautis uilissima, inops habitus et mastruca Sardorum? nam pellibus sutis uestiebatur, cum illum dominus uirtutum, rex gloriae et adloquio suo beabat et inluminabat adspectu et gremio sopiebat, profecto et id ipsum in eo diligens, quod Eliae meloten et praeuii Iohannis habitum ueste setigera imitabatur. regem saeculi uidere propius et eius uel fastidioso sermone respergi magna pars mundi tam beatum putat, ut si aliter non obtineat, etiam damnis emat atque adeptus non modo hominum sed et sui inmemor fiat. quantorum hic dignitate felicior quem rex regum honorauit? quantorum nobilitate nobilior quem Christus agnouit? quantorum diuitiis opulentior cui tanta tot sanctorum bona pariter conlata sunt, ut Christum uideret sicut Israel, cum caeli rege loqueretur facie ad faciem sicut Moyses et eadem propemodum familiaritate requiesceret in sinu Christi, qua Iohannes in pectore recumbebat, denique ut nouum nomen acciperet sicut amici dei, quos in patriarchis et in apostolis bene nosti. te ego paulo ante interrogabam, an huius gratia donari omni huius saeculi gloriae praeoptares; ipsos equidem rectores harum tenebrarum, si uidere mereantur, praelaturos arbitror beatissimam senis et inopis nostri calamitatem suis miseris felicitatibus et gaudiis perenne lugendis.

12] (IIII Reg. 1, 8; Matth. 3, 4; Marc. 1, 6). 20] (Gen. 32, 30; Num. 12, 8). 22] (Ioh. 13, 23). 23] (Gen. 17, 5. 32, 28; Marc. 3, 16). 26] Eph. 6, 12.

3 libant *scripsi*, libunt *Ov*, bibunt *Col.* toga *v*, tota *O* farciuntur *scripsi*, faciuntur *O*, fulciuntur *v* 8 mastruca *Col.*, mastruga *Ov* 11 id *v*, in id *O* 12 heliae *O* melotem *O* 13 etigera *O* propius *v*, proprius *O* 15 atq. *O*, idque *v* 22 qua *Col.*, quia *O* iohannis *O* 26 praeoptaris *Ov*

13. Quaeras forsitan, quibus hic meritis uetus nauita semper in tenebris ignorantiae demoratus et tam ab operibus iustitiae quam a scientia ueritatis alienus obtinuisse uideatur, quod paucissimis fere operariis, quamquam ⟨a⟩ custodia matutina usque in noctem totius diei pondus et aestum sustinuerint, facile conceditur. respondebit tibi apostolus profecto, quia sine paenitentia sunt gratiae et donationes dei et quia non ex operibus iustificabitur omnis caro. tempus est gratiae, et fides ad iustitiam deputatur, quia de lapidibus filii Abraham cotidie suscitantur. nunc enim tempus acceptum, nunc dies salutis, quo pacis et laudis hostias immolamus, et sacrificium deo spiritus contribulatus est, et in homine templum dei et in corde credenti salutaria et in defaecatis pectoribus sancta sanctorum. quare qui contribulatum et humiliatum non spernit ipse nostrum senem placitam sibi naturalibus bonis hostiam in odorem suauitatis accepit. nam ingenita simplicitate tam purus animi semper fuisse perhibetur, ut peccare nescierit. iam in extremae aetatis senecta puer corpore et malitia paruulus non solum gratiae sed et mentis infantiam gerit. nuper enim, ut supra dixi, renatus in Christo et domino dedicatus est, per quem ⟨fluctus⟩ uitae, per quem aquas mortis euasit.

14. Accipe igitur eum laetus in domino ut bonum Christi odorem, ut agnum mensis nouorum, quem ad unanimitatem tuam de rudi matris ecclesiae fetu inmaculatum candente lanitio pastor exigui gregis sed magni pignoris munerator ut xenium spiritale transmisi. non enim alium tali munere dignio-

4] Ps. 129, 6. 5] (Matth. 20, 12). 7] Rom. 11, 29. 8] Rom. 3, 20. 9] (Matth. 3, 9). 10] II Cor. 6, 2. 12] Ps. 50, 19. 13] (II Cor. 6, 16). 15] Ps. 50, 19. 17] (Eph. 5, 2). 19] (I Cor. 14, 20). 23] (II Cor. 2, 15).

1 hic *Col.*, huic *Ov* 3 a scientia *v*, ab scientiae *O* 4 paucissimi fere operarii *O*, paucissimis certe operariis *v* a *v*, *om. O* 5 sustinuerint *v*, sustinuerit *O* 6 nec facile *fort.* 8 operibus *v*, opbribus *O* 13 corde *ex* ore *O* 15 contribulatum] cor contritum *v* 19 senecta *v*, senectam *O* corpore *scripsi*, corporis *O*, *om. v* 22 fluctus *addidi*, *om. O*, mala *add. v* 27 exenium *O*, Euxenium *v*, Eucaenium *coni. Iuretus* tali munere *v*, talium unere *O*

rem putaui quam te, qui iuxta dei gratiam et operationem illum et adspicere et suscipere nouisses. uidere enim mihi uideor, qua gratulatione, qua admiratione, qua fide et auditurus de illo et uisurus ipsum sis, cum quo nauigasse angelos, cui martyrem gubernasse, quem in sinu Christi dormisse, cui Christum aurem uellicasse, nomen inposuisse reputaueris. fateor tibi affectionem meam, dum nimium tam insignia in nostri temporis homine dei gesta admiror et diligo, paene in ipsum senem fuisse crudelem. nam tam adsidue aurem ipsius retractaui, ut paene detriuerim. uoluissem quoque uel unius partem auris abscidere, nisi in illo uulneris quae mihi pignoris res fuisset. non enim alter affectus homines ad Hierosolymam rapit, nisi ⟨ut⟩ loca, in quibus corporaliter praesens fuit Christus, uideant atque contingant possintque et de suo fructu edicere: introiuimus in tabernacula eius et adorauimus ubi steterunt pedes eius. quamquam et altior ut hic intellectus habeatur, tamen et simplici sensu secundum litteram, cum res postulat, non abutendum est. si ergo religiosa cupiditas est loca uidere, in quibus Christus ingressus et passus est et resurrexit et unde conscendit, et aut de ipsis locis exiguum puluerem aut de ipso crucis ligno aliquid saltem festucae simile sümere et habere, benedictio est: considera quanto maior et plenior gratia sit uiuum senem uel testimonio diuinae ueritatis inspicere? si praesepe nati, si fluuius baptizati, si hortus ⟨orantis⟩ magistri, si atrium iudicati, si columna districti, si spina coronati, si lignum suspensi, si saxum sepulti, si locus resuscitati euectique memoria diuinae quondam praesentiae celebratur et ueterem ueritatem praesenti fide conprobant in rebus exanimis uiua documenta: quam religiose adspiciendus est hic, quem adloqui dei sermo dignatus est, cui se facies

15] Ps. 131, 7. 24] (Luc. 2, 7). (Matth. 3, 13). (Ioh. 18, 1). 25] (Marc. 15, 16). (Ioh. 19, 2). 26] (Ioh. 19, 17). (Marc. 15, 46). (Marc. 16, 6).

11 abscindere *v* 13 ut *v, om. O* 16 ut hic *scripsi*, et hic *Ov*, ethicus *coni. Rosw.* 18 postolat *O* 21 festucae simile *v*, fistuca e simili *O* 25 orantis *v, om. O* 28 fide *v*, fidei *O* 29 examinis *O* docimenta *O*

diuina non texit, cui nunc martyrem suum, nunc semet ipsum Christus ostendit, in cuius uiuente terra dominici corporis uidemus inpressa uestigia, si fidelibus oculis et acie spiritali quod in eo sinus Christi, quod manus contigit perlegamus, et canitiem, quae saepe super domini genu iacuit, saepe domini sinu tepuit, nostra manu saepe mulcentes et auriculam saepe palpantes, quam caelestes digiti domino iocante traxerunt?

15. Habes, mi frater, xenium meum, ede illud spiritu caritatis, et si loquacitatis meae amaritudine nauseaueris, de gratia domini et caelestis historiae suauitate fastidium temperabis. certo autem scio quaesiturum te et desideraturum aliquid, quo circa hunc hominem exeras caritatem, qua diligis Christum. subest materia; tu studium piae deuotionis intende et patrono huius Secundiniano, cui nauem Christus omnipotens pro huius salute seruatam iam desperanti reddidit, toto fidei tuae affectu adesto. munus enim Christi adseres. ne patiaris inuidia diaboli per hominem inprobum Secundiniano eripi uel iam ereptum negari quod illi de naufragio redonauit deus. procurator Christiani uiri, fratris nostri Postumiani, esse dicitur, qui eam nauem in Brutiorum litore, quo possessio senatoris adluitur, adlapsam auarior mari et sine myoparone piraticum in terra agens occupauit et captam uacuefecit; nam etiam nunc in ipso litore inanis manet, ut damnum oneris frustra in pelago seruati et in terra perditi contestetur. depositae iam saepe apud iudicem prouincialem super hoc latrocinio querelae, sed Pharao noster indurauit cor suum, forte ut in ipso mirabilia fiant, et conuentus per officia primo ui rebellauit, postea Romam profugit. haec Secundinianum meum necessitas ad urbem et itinere terreno peregrinari cum suo unico nauta coegit. non ambigo fratrem nostrum Postumianum et interuentu tuo et sua fide atque iustitia commouendum. quare hoc moderamine

4 sinus *v*, simus *O* 7 iacente *Col.* domini iacenti *coni. Sacch.* 8 xenium *Rosw.*, enxenium *v*, exenium *O* illum *O*, ipsum *v* 9 amaritudine *v*, amaritudinem *O* 12 exerceas *v* 15 effectu *v* 17 Secundiniano *v*, secundiano *O* 19 postumuiani *O* 21 sine *Rosw.*, sene *Or* meo parone *Or* piraticum *coni. Iac. Billius*, piraticam *Or* 25 farao *O* 30 posthumianum *v*

interuenire debemus, quod profecto facies, etsi nullus admoneam, ut pari labore defendas et excuses optimo senatori id est Christiano uiro reum suum, ita ut praedoni ipsi sufficiat inpunitatis lucrum, nobis ab ipso dei munera recipere contentis.

## L.

### Avgvstino Pavlinvs.

1. De paucis, quae nunc iam ad nauem currente litterarum perlatore et mihi in ipsius festinatione properanti in mentem uenerunt, ne sine corollario mihi rescribas, aliqua proponam. quae si forte lucida sunt et mihi uidentur obscura, nemo prudentium filiorum, qui forte de nostris in hora lectiunculae huius circa te steterint, de insipientia mea rideat, sed potius beniuolentia fraternae caritatis faueat instruendo, ut efficiar uidentium particeps et ex doctrina tua inluminatis mentibus considerantium mirabilia de lege domini.

2. Dic ergo mihi, benedicte doctor Israel, quid sit quod dicit in psalmo quinto decimo: sanctis, qui in terra sunt eius, mirificauit omnes uoluntates suas inter illos.

17] (Ps. 118, 18). 18] Ps. 15, 3. 4.

*CΓFMUαcγfgηρφ*. — incipit (*om. Fcγf*) epistola (*om. cg*) paulini (ep̄i *add. g*) ad (scm̄ *add. Γγφ*, beatum *add. g*) augustinum (ep̄m *add. η*, LIII *add. φ*) *ΓFcγfgηφ*, item epła sc̄i paulini ad sc̄m aug̃ XLVIII · *M*, incipit epła paulini ad beatum augustinum de diuersis quaestionibus XLI *α*, epistola sancti paulini episcopi ad augustinum episcopum, in qua petit sibi declarari tredecim dubia de sacris scripturis ueteris ac uoui testamenti que ibidem ennumerat *U* 7 augustino paulinus *g*, domino sancto fratri augustino paulinus *U*, domino fratri unanimo sc̄o et uenerabili aug̃ ep̄o paulinus in dn̄o salutem *M*, *om. cet.* 8 de] e (*spatio ante* e *uacuo*) *g* nuntiam *φ*[1], nunc *U* currentē *Γαγ* litterarum *om. U* 9 perlatorē *Γαγ* latore per littora *U* mente *CΓγ* 10 colorario *φ*[2], collorario *C* mihi *om. FUf* 11 lucida sunt fortasse *f* prudentum *Col.*, prudentia *Ff*, *om. U* 12 ur̄s *α* 13 circa] cura *f* te *om. Γα* steterunt *Ff* potius] tuis *U* 14 cartis *F* instituendo *α* ut] non *Ff* 15 particeps uidentium *FUf* 16 miracula *U* 17 benedictor (doctor *om.*) *c* 18 dicit *CFUcγfφ*, dicitur *cet.* XV *Cc Col.*, · V[to] · X[mo] · *g* sunt in terra *FMUαf* 19 eius *om. U* mirañcauit *g*[1] uoluntas *g*

multiplicatae sunt enim infirmitates eorum, postea accelerauerunt. quos ait sanctos, qui in terra sint sancti? num illos Iudaeos, qui filii carnis Abrahae et non filii repromissionis excluduntur a semine, quod in Isaac uocatum est? ideo sanctos in terra, quia sancti genere carnali, uita autem sensuque terreni sunt, qui terrena sapiunt et carnali obseruantia in uetustate litterae consenescunt, non renascentes in nouam creaturam, quia non receperunt eum, per quem uetera transierunt et facta sunt noua? sic enim forte eos in hoc psalmo sanctos appellat, quomodo et in euangelio iustos, ubi dicit: non ueni iustos uocare sed peccatores, id est illos iustos, qui in sanctitate generis et littera legis gloriantur, quibus dicitur: nolite gloriari patrem Abraham, quia potens est deus de lapidibus istis excitare filios Abraham. quorum forma in illo Pharisaeo proponitur, qui iustitias suas tamquam nescienti domino recolens praedicabat in templo, non orans ut exaudiretur, sed exigens quasi debitum meriti pro operibus bonis quidem sed ingratis deo, quia quod iustitia aedificauerat superbia destruebat, nec id ipsum silentio sed uoce clamabat, ut appareret eum non diuinis auribus loqui, quia et ab hominibus uellet audiri. atque ideo non placuit

4] (Rom. 9, 7). 5] (Ps. 15, 3). 6] (Phil. 3, 19). 7] (Rom. 7, 6). (Gal. 6, 15). 8] (Ioh. 1, 11). (Apoc. 21, 4. 5). 11] Matth. 9, 13. 12] (Rom. 2, 23). 13] Matth. 3, 9; Luc. 3, 8. 15] (Luc. 18, 11).

1 enim i. f. m. t. t. e. p. accel (*sic*) *c* erū *g*, eos *F* 2 qui—sancti *om. U* in terra sunt *ΓCMα*, sunt in terra *Ff* 3 num* *g*, non *Cf* illi iudaei qui sunt *U* habrahae *c* promissionis *FUcf* 4 isaach *Γ*, ysaac *CMUcfg* 5 ideoque *M* sancti *U* in genere *FUf*$\varphi^{2}$ 6 qui] quia *ΓMα*$\varphi^{2}$ et] et ideo *Γα* carnalia *γ* seruantia *γ*, obseruatione *FUf* 7 in tustate *F* reinascentes $g^{1}$ 8 qui *γ* perceperunt *FUf* 9 enim *om. f* eos forte *FUf* 10 psalmo hoc (hos *F*) *FUf* quomodo] quo *f* et *om. Γα* euuangelio *g et sic infra* 11 iustos uocare *Ccγg*, uocare iustos *cet.* id est *om. F* 12 litterę *Γα* 13 patrem *CMcγg*$\varphi^{1}$, in patre *U Col.*, habere patrem *α*, patrem habere *η*, patrem s. habere (s. habere *add. m. 1*) *Γ*, dicentes patrem habemus habraham *U*, in patręe *cet.* 14 suscitare *η* abraham *CΓcγηφ*, abrahae *cet.* 15 illo *om. FUf* 16 nascienti $C^{1}$ 18 quidem bonis *C* ingratus *γ* 19 edificauerit *g* silentio id ipsum *FUf*, ipsum silentio *η* 20 clamauit *FUf* ita ut *f* appareite (*sic*) *g* 21 qui *γ Col.* deo non placuit *α*

deo, quia placebat sibi, quoniam dissipauit dominus ossa hominum sibi placentium. confusi sunt, inquit, quia spreuit illos, qui cor humile et contribulatum non spernit.

3. Denique et in ipsa euangelii parabola, qua Pharisaei et publicani persona confertur, euidenter ostendit ipse dominus quid in homine suscipiat, quid repellat, sicut scriptum est: quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ideo protestatur magis iustificatum abisse e templo publicanum de confessione peccatorum suorum quam Pharisaeum de inputatione iustitiarum suarum. merito autem ille laudator sui repudiatus abscessit a facie dei, qui cum ipso nomine peritiam legis praeferret, oblitus fuerat in propheta dicentem dominum: super quem habitabo nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? ille autem in corde contrito sui accusator accipitur et obtinet ueniam de confessis peccatis propter gratiam humilitatis, sancto illo Pharisaeo, quales Iudaei sancti sunt, reportante sarcinam peccatorum de iactantia sanctitatis. ipsius nimirum sunt forma Iudaei illi, de quibus apostolus ait, quod suam iustitiam statuere cupientes, quae ex lege est, iustitiae dei non sunt subiecti, quae est ex fide, quae reputata est Abraham patri nostro

2] Ps. 52, 6. 3] (Ps. 50, 19). 4] (Luc. 18, 10). 7] Prou. 3, 34; Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5. 13] Es. 66, 2. 19] (Rom. 10, 3). 21] (Rom. 4, 2).

1 quia *s. l. g*, quod *C* dissipauit dissipauit *M* dñs dissipauit (dissipabit *f*) *FUf*, deus dissipauit *η* omnium *α* 2 placentium sibi *α*, qui sibi placent *FUf* deus spreuit *g* 3 eos *FUf* contribulatum *ex* contritum *g m. 2* contritum et humile (humiliatum *U*) *FUf* 4 quam pharesaey *U* 5 conferunt *U* euidenter *om. U* ipse *om. Γα* 6 quid *ex* quod *c*, qui *γ* recipiat *U* quidue *U* 7 superbis deus *α* resistit superbis *FUf*, super resistit *c* 8 ideo] autem *add. c, sed del. m. 1* e] de *ΓUαγ* 11 laudat̃ *C*, laudatur $\eta^1$ sui *om. η* abcessit *γ* 12 perferret *c* in] ▒ in *g* 13 deum *FUf* habitabo *g in mg., sed* requiescet sp̃s meus *in textu exp.* 14 sermones meos] uerba mea *η* 15 contrito corde *FUf* accusutor *M* 16 confesis *c* humilaatis $c^1$ pre sancto *U* 17 illo *om. FUf* iudei sunt sancti *FUf* reportantes $\Gamma F M^1 U \gamma f$ sarcina *c* 18 de] et *ex* sed *η m. 2* iactatia *c*, iactantiam *η* ipsius] huius *add. η s. l. m. 2* 19 de *om. Mγφ* ait apostolus *FUf* 20 est *om. F* 21 ex fide est *α* ruputata *U* patri nostro Abraham *Col.* abrahae *FUf*

ad iustitiam, non ex operibus, quia secundum omnipotentiam dei credidit deo, apud quem ille uere iustus est, qui ex fide uiuit, nec sanctus in terra est sed in caelo, quia non carne sed spiritu ambulat, cuius conuersatio in caelis est non gloriantis in circumcisione carnis sed in circumcisione cordis, quae non littera sed spiritu agitur inuisibiliter, unde laus eius non est ex hominibus sed ex deo.

4. Deinde quod iungit in eodem uersiculo: miras fecit uoluntates suas inter illos, credo ex eo dicit, quod ipsis primum lucernam legis accendit et praecepta uiuendi dedit. notas enim, inquit, fecit uias suas Moysi et filiis Israel uoluntates suas. deinde ipsum pietatis suae sacramentum in ipsis operatus est, natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorum et de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo, deinde uirtutes sanitatum, quas in ipsis et coram ipsis perfecit, quippe per haec non modo non creditus sed et blasphematus ab eis, cum dicerent: hic homo si a deo esset, non curaret sabbatis, et non eicit daemonia nisi in Beelzebub principe daemoniorum.

2] (Hebr. 10, 38; Rom. 1, 17). 3] (Rom. 8, 4; Phil. 3, 20). 5] (Rom. 2, 28). 8] Ps. 15, 3. 11] Ps. 102, 7. 12] (I Tim. 3, 16). 14] (Rom. 1, 3; Matth. 1, 1). 15] (Luc. 13, 32). 17] (Ioh. 9, 16). (Matth. 12, 24).

1 quia] sed *U* 2 dei *ex* deo *c* a apud *F* 3 sanctis *CFUf* est *om. FUf* non[illegible] *g, om. η* in carne sed in *Γα* 4 cuius *om. Γ* glorianti *ΓCcγgηφ*[1], glorians *FUαf* 5 circuncisione *α*, concisione *CM cηφ*[1], conscisione *γ* in circuncisione *Fαf, om. U* 7 est non ex hominibus *Uf*, non ex hominibus *Γαγ Col.*, nomen est non ex hominibus *C* 8 denique *FUf* iungitur *α* in eodem uersiculo adiungit *FUf* mirans *γ* facit *C* 9 dici *FUf* in ipsis *FUf* 10 primo *M*, primam *FUf* 11 enim *om. FUf, s. l. add. g*[1] fecit inquit *FUf* moisi *Γ* Moysi—suas *om. FUf* 12 id ipsum *Γα* suae pietatis *U* 13 ds̄ *ex* dī *g* deus ex uirgine *M* 14 et *om. γ* factus est *CUf* 15 quas *om. α*, quas fecit *U* perfecit] fecit *γ*, ostendit perfecit *FUαf* quippe per *scripsi*, qui per *M Col.*, qui propter *g*, quippe *cet.* 16 haec] homo *U* non modo non *MUαcg*, non modo *cet.* creditus] non est *add. Col.* et *om. FUcf* blasphematus est *g Col.* eius *c*[1] 17 quia si hic homo esset a deo *U* curasset *Γα* 18 eiecit *Ff* belzebub *FUf*, behelzebub *Γφ*

propter hanc mentem obdurata inpietate caecatam multiplicatae sunt infirmitates et tenebrae eorum.

5. Sed quid est quod ait: postea accelerauerunt? utrum in paenitentiam, sicut illi in actibus apostolorum qui beati Petri praedicatione conpuncti crediderunt in eum, quem crucifixerant et festinantes tanto expiari peccato ad donum gratiae cucurrerunt? an uero, quia uirtutes animae ex fide et caritate dei roborantur, illis inpiis utroque uacuis multiplicatae sunt infirmitates animae ex inpietate scelerum mortiferis languoribus occupatae? Christus etenim lumen et uita credentium est et sanitas sub pennis eius. unde non mirum si et tenebrae et infirmitates eorum multiplicatae sunt in interitum, qui uitam et lucem non receperunt neque sub pennis eius manere uoluerunt. quos, ut ipse flens in euangelio suo protestatur, saepe uoluit congregare sub alas suas, sicut gallina congregat pullos suos, et noluerunt. multiplicatis ergo infirmitatibus quo accelerauerunt? forte in crucem domini conclamandam et inuito Pilato nefariis uocibus extorquendam, ut adinplerent mensuram patrum suorum, ut isti dominum prophetarum occiderent, quorum patres ipsos prophetas interfecerunt, a quibus hic mundi saluator esse uenturus nuntiabatur, postea accelerauerunt. ueloces enim pedes eorum ad effundendum sanguinem. contritio et infelicitas in uiis eo-

1] Ps. 15, 4. 4] (Act. 2, 37). 10] (Ioh. 1, 9. 8, 12. 11, 25. 14, 6). 11] (Malach. 4, 2) 15] (Matth. 23, 3; Luc. 13, 34). 19] (Matth. 23, 32). 22] (Ps. 13, 3).

1 hanc] hoc *γ* 2 iniquitates *U*, impietates *γ* et tenebrae *add. in mg. g* eorum et tenebrae *ΓFUαf* 3 est *g s. l.* acceleuerunt *g* 4 penitentia *U* qui *om. c*, quia *γ* 6 toto *F* domum *f* 7 quod *C* 8 dei *om. γ* uacuis] naturis *F* 9 ex] et *η* langoribus *FMfφ* 10 enim *FU, om. f* 11 ñ* (in *eras.*) *g* 12 in etternum *U* 13 quia *FUf*, qui[illegible] *g* (ura? *eras.*) lucem et uitam *FUf* suppennis *C* 14 noluerunt *F* quod *Mηφ* ut] et *MU* 15 congregare ipsos *Mηφ* sicut] quemadmodum *FUf* sicut—suos *om. M* 16 ergo] igitur *U* infirmatatibus *g*[1] 17 quo] qm̃ *C*, quid *η* cruce *ΓFUcγ* 18 conclamauerunt et (et *om. F*) *FUf* pilito *g*[1] nefarius *c*[1] extorquendo *FUf* 19 implerent *FUf* mensuras *g* partium *f* dm̃ *C*[1] 20 occiderunt *F* partes *f*[1] interfecerunt] occiderunt *FUf* 21 a] et a *γ* hinc *η*

rum, et uiam pacis non cognouerunt id est Christum qui dicit: ego sum uia.

6. In consequenti psalmo illud mihi exponi desidero quid dicat: de absconditis tuis adinpletus est uenter eorum. saturati sunt porcina uel, sicut in quibusdam psalteriis scriptum audio, saturati sunt filiis et reliquerunt quae superfuerunt paruulis suis.

7. Rursus in alio psalmo admirari soleo filium ad patrem loqui intellegens, in psalmo quinquagesimo octauo, ubi de Iudaeis inimicis, de quibus supra dixerat: ecce ipsi loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum, paulo infra dicit: ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae. disperge illos in uirtute tua et destrue eos, domine. quod in his usque in hodiernum diem uidemus inpleri. destructi sunt enim a ueteri sua gloria sine templo et sine sacrificiis ac sine prophetis in omnium gentium dispersione uiuentes. sed quid miramur, quod iam per prophetam pro eis non occidendis rogabat, pro quibus et sub ipso tempore passionis iam ad crucem eum ducentibus precabatur dicens: pater, dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt. uerum quod adiecit: ne umquam obliuiscantur legis tuae, tamquam propter hoc necessaria esset etiam sine fide euangelii

2] Ioh. 14, 6. 4] Ps. 16, 14. 10] Ps. 58, 8. 12] Ps. 58, 12. 20] Luc. 23, 34. 21] Ps. 58, 12.

1 agnouerunt *cη* xp̄s *C*[1] 3 in] et in *FUf* illũ *φ*[1] mihi *om. M* desiderio *γ*[1] quod (quid *η*[1]) dicit *Fαη*, qui dicat *γ* 4 impletus *f* 5 filiis *ante* porcina *eras. φ* uel *g s. l.* 7 paruulis suis quae superfuerunt *ΓFU αγf* 8 rursum *FUf* in *om. Γ* ammiraris *cη* soleo *om. η*, oleo *c* admirari soleo in psalmo L^mo VIII^uo *M* ad] et *F* 9 in—octauo *om. M* in psalmo *om. g* psalmo] scilicet *M* ubi *om. FUγf* 10 dixeram *F* ipso *C*[1] 11 eorum] ipsorum *U* infra] ante *U* 12 ne] non *c* eos *om. U* obliuiscentur *C* legi *U* 13 tuae *g s. l.* destreue *g*[1] eos] illos *FUf* domine] đ *c* 14 quod—inpleri *add. g in mg.* implere *γ* 15 destructi sunt *ex* destructis *η* tibi enim *Ff* gloria sua *FUf* 16 sacrificio *FUf* in] ut (et *m. 2*) in *η* 17 quod *ex* quid *g* per *φ s. l., add. c m. 2* prophetarum *C*[1] 18 occendentis *g* ipso] quo *U* passionis tempore *α* 20 non enim sciunt] quia nesciunt *FUf* faciã *c* *sup.* uerum *scr.* mirañ *η m. 2* uerum *om. γ* 21 qd *C* umquam] quando *α* obliuiscentur *U* obliuiscantur umquam *γ* 22 esse *γ* etiam *om. FUf*

uita eorum, obscurum mihi fateor. quid enim his ad salutem, quae sola fide quaeritur, prodest in legis memoria et meditatione uersari? nisi forte propter honorem legis ipsius uel generis Abraham, ut etiam in parte terrena carnalis seminis eius, quae uidetur secundum arenam maris conputari, legis antiquae littera perseueret, ni forte aliqui legendo legem inluminentur ad fidem Christi, qui et legis et prophetarum finis est et in omnibus eorum libris praefiguratus ac prophetatus elucet; aut quia ex ipsis inpiis eorum generatio uentura est electorum, qui de singulis tribubus electi in duodenis milibus signabuntur, quibus ipsa reuelatio beati Iohannis ex uoce angeli praenuntiantis hoc testimonium perhibet, quia comitatui regis aeterni familiarius adhaerebunt penitus inmaculati et humanae coniunctionis expertes, de quibus specialiter ait: sequentur agnum quocumque ierit, quia cum mulieribus se non coinquinauerunt; uirgines enim sunt.

8. In sexagesimo sexto praeter alia illud obscurissimum mihi est quod ait: uerumtamen deus conquassabit capita inimicorum suorum uerticem capilli perambulantium in

3] (Gen. 22, 17. 32, 12). 7] (Rom. 10, 4). 10] (Apoc. 7, 5). 14] Apoc. 14, 4. 18] Ps. 67, 22.

1 uita eorum sine fide euangelii *FUf* his *om. FUf*, mihi *γ* 2 memoriam et mundationem uersari *U* 3 forte *C s. l. m. 2* honorem] gloriam *FUf* legis *om. α* generis] gentis $C^1$, seminis *FUf* 4 parte] pace *M sed ł* parte *add. s. l.* eius *om. γ* 5 uidentur *ΓCγ*$η^1$*φ* arena $φ^1$ antiqui $η^1$ littera antiquae legis *FUf* 6 litter*a *φ*, memoria *α* ni *scripsi*, ac *Rosw.*, ne *ω* aliquid *c* legendo legendo *U* inluminetur *c* 7 *alt.* et *om.* *FUf*$γ^1$ et in] in *U* 8 libris eorum *FUf* ac] aut *γ* 9 quia *om. γ* electorum generatio uentura *U* est *om. U* 10 singulis *in mg. g* tribribus *φ*, tribus *γ* electi *om. γ* duodenibus *C* signuntur $g^1$, signantur *α*, signabantur *FUf*, desigñtur *Γ* 11 reualatio *c* bea *c*, sancti *FUf* uoce] uerbis *η in spac. uac. m. 2* euangelii *FUf* renuntiantis *γ*, p̃nunciantes $g^1$ 12 perhibuit *γ* comitam *Ff*, cogitaui *U* 13 et et *c* coniuctionis *c* 14 speciliter $g^1$ sequentur *ΓCFUαcfg*, sequuntur *cet.* 15 qui *FUf* non se *U* 16 inquinauerunt *Ffη* enim sunt] omnes *M* 17 autem sexto *FUf*, sexto psalmo *α*, $VII^{mo}$ psalmo *g*, septimo *Col.* illud mihi obscurissimum *M Col.*, obscurissimum illud mihi *α*, illud obscurum mihi *g* 18 conquassauit *ΓCMγη*, concassauit (*in* conquassauit *corr.*) *φ* 19 suorum *om. U* parabolantem *U*

delictis suis, quid sit uerticem capilli perambulare in delictis. non enim dixit, uerticem capitis, sed uerticem capilli, qui sine sensu est. an repletum peccatis hominem uult ostendere? scriptum est: omne cor in dolore a pedibus usque ad caput, et paulo infra quod ait: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, a quo ipso? et numquid canes dei possunt dici gentiles, quos ipse in euangelio canes nominat? aut ne forte ipsos canes dei dicat, quales aestimari possunt, si qui in nomine Christiano gentiliter uiuant, quorum pars cum infidelibus ponitur, quia deum, quem uerbis colunt, factis negant?

9. Haec interim de psalmis; nunc et de apostolo quodcumque proponam. dicit ad Ephesios quod in alia epistola dixerat de gradibus uel ordinibus dispositionum dei operante spiritu sancto diuisiones gratiarum: et quosdam quidem dedit apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum et reliqua. hoc opto distinguas mihi in hac diuersitate nominum, quae sit cuique nomini officiorum uel gratiarum proprietas, quid proprium sit apostolorum, quid prophetarum, quid euangelistarum, quid pastorum quidue docto-

4] Es. 1, 5. 5] Ps. 67, 24. 7] (Matth. 15, 26). 9] (Matth. 24, 51). 10] (Tit. 1, 16). 15] I Cor. 12, 28; Eph. 4, 11.

1 suis *om. C* suis—delictis *om. U* sit] est *Mγ* perambulantium *C* 2 delictis suis *Γα* *alt.* uerticem *om. M* 3 sensus *Cφ*¹ 4 est] enim *add. FUf* pedibus] uertice *c* 5 ustque *U* canis *F*, canes *f*, catulorum *Mφ* 6 tuorum *om. Mφ* et *om. FUf* nunquit *F*, nuquid *M* 7 possent dici/// *γ*, dici possunt *FUf Col.* canes in euangelio *FUf* canaes *g* 8 aut ne (ne *add. m. 1*) *C*, an *M* dicit *M*, appellat *FUf* equales *FU* aestimari *CΓFαcfφ*, extimari *U*, aestimarę (i *sup.*) *g*, existimari *cet.* 9 si qui *ex* sequi *g* xpiani *M* uiuunt *C*, uiuut (n *sup.*) *g* 12 et *om. M* 13 dixit *φ* hefesios *U*, hephesios *C*, ephesior *γ*¹ 14 et ordinibus ac *U* ordi|ordinibus *g* dispositionis *Ff* 15 gratiarum sunt *M* 17 consumationem *CFUcf* 18 sanctorum *om. α, exp. Γ* reliqua] cetera *γ* hic *g* in *om. FUγf* 19 hanc diuersitatem *FUf* quid *F*, quod *f* cuicumque *FUf*, unicui| *η* nominum *γ* officium *FUf* 20 proprietates *U* *pr.* quod *Uf* *alt.* quod *U* 21 *pr.* quod *U* pastorum] aplorum *γ*

rum; in omnibus enim his diuersis nominibus simile et prope unum doctrinae officium uideo fuisse tractatum. hos autem prophetas, quos post apostolos posuit, non puto illos esse, qui ordine temporum ante apostolos fuerunt, sed istos, quibus iam sub apostolis per gratiam donabatur aut interpretatio scripturarum et inspectio mentium aut praedictio temporis secuturi, ut Agabus cernebat, qui et famem instantem praedixit et quae beatus Paulus in Hierosolymis passurus esset et uerbo denuntiauit et signo zonae eius ostendit. inter pastores specialiter et doctores quid intersit, dinoscere uolo, quia praepositis ecclesiae utrumque nomen adscribi solet.

10. Item quod ait ad Timotheum: obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus, quaeso exponas mihi, quod discrimen sit in hac diuersitate uerborum, cum omnia mihi, quae gerenda dixit, orationis officio conuenire uideantur.

11. Item quod ad Romanos ait, interrogo et rogo, ut edisseras mihi. multum enim caecutire me fateor in hac apostoli sententia de Iudaeis, quod ait: secundum euangelium quidem inimici propter uos; secundum electionem autem carissimi propter patres. quomodo idem et inimici propter

7] (Act. 11, 28. 21, 11). 12] I Tim. 2, 1. 20] Rom. 11, 28.

1 enim *om.* γ nominibus diuersis *FUf* proprie *F* 2 doctrinas *Γ* uideo] in deo *F* 3 post *om.* *CΓα* cōputo *FUf* 4 in ordine *FMUf* illos *Col.* 5 aut] ut $C c \gamma \eta \varphi^1$ *sed del.* η 6 et] aut *FMUf* inspectatio mentium η, inspectationẽ tuũ γ praedicatio *Cγηφ* 7 cernebat *exp.* φ *m. 2,* cernebas $c^1$ fam̃ ei *C* et *ex* ut *c m. 2* 8 quia beatus *om.* *M* in *om.* *M* ierusolimis *Cα*, ierosolimis *Γ*, hierosolimis *cet.* esset *om.* *U* 9 spiritualiter *U* 10 dignoscere *Uc* 11 ascribi *FMαηfgφ*, asscribi *C*, describi *c* 12 iitem γ timottheum φ, thimotheum *Ufη* igitur] ergo *FUf* 13 obsecrationem *c* orationes *om.* *U* postulationes gratiarum act̃ *c in mg. m. 2* 14 que̜ exponas queso *U* 15 menbrorum γ 16 mihi *om.* *FUf* 18 disseras *Γα* 19 multi $\eta^1$ cecuture $\varphi^1$, checuttire *Γ*, ciccutire *in spat. uac. add. m. 2* η, ceu dubitare γ 20 de Iudaeis] deinde id *U* quid *F*, qua $\eta^2$ euuangilium *Γ* 21 inimici** γ nos *FUf* autem electionem *FUf* 22 propter propter *M* propter patres kmĩ *U* et iidem *Lebrun*, idem *U* inimici] *incipit* ϱ

nos, qui credidimus ex gentibus, tamquam non potuerint gentes credere, nisi Iudaei non credidissent? aut ipse unus omnium creator deus, qui omnes homines saluos fieri uult et in agnitionem ueritatis uenire, capax non fuit adquisitionis utriusque, nisi alterum pro altero possideret? deinde carissimi propter patres quomodo aut unde carissimi, si non credant et inimici deo esse persistant? nonne, inquit, qui oderant te, deus, oderam illos et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos. certe hoc puto paterna uox loquitur ad filium per prophetam in eodem psalmo, ubi supra de parte credentium dixerat: mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, deus, nimis confortati sunt principatus eorum. quid autem illis prodest ad salutem, quae non nisi per fidem et gratiam Christi capitur, si propter patres carissimi deo sint? cui bono diliguntur quos necesse est propter hoc damnari, quod propter suam infidelitatem a prophetarum et patriarcharum parentum fide discrepantes inimici sunt euangelio Christi? si ergo carissimi deo, quomodo peribunt? et si non credunt, quomodo non peribunt? si propter

3] (I Tim. 2, 4). 7] Ps. 138, 21. 11] Ps. 138, 17.

1 credimus γ potuerunt *U* 2 credere *om. U* nisi *ex* non *c m. 2* aut] an α unus *om. Mφ* 3 creator omnium *g* soluos $g^1$ uult saluos fieri α, saluos uult fieri *FUf* in] ad *Col.* 4 ueritatis *om.* γ utriusque acquisicionis *g* 5 deinde] si *add. FUf,* quomodo *add. M* proper *F* deinde si charissimi propter patres, quomodo aut unde charissimi, si non credant *Col. Rosw.*, deinde carissimi propter patres, quomodo aut unde si carissimi non credant *Lebrun* 6 quomodo *om. M,* si quomodo *CΓ αγηφ* (*sed* si *in* sed *corr.* $η^2$) aut] ait *U,* ut γ si carissimi *Lebrun* 7 quod $φ^1$ oderunt *FUf* te] me γ 8 domine *U* 9 hoc] hic ut *M,* hoc ut *cgϱ* 10 ad] ut γ ubi] ut *Uf* 11 patre *Ff*$ϱ^1$ credendum *f* honorati *U* 12 sunt *om. F* confortati sunt *CFUcγηfgϱ,* confortatus est *cet.* 13 principatus *om. f* 14 Christi *om.* ϱ propter *scripsi,* propter fidem ω 15 patres *FUγηf*$φ^1$, patris $C^1$*Γαcg*$ϱ^1$, patrum *cet.* carissimi patres *U.* sunt *U* cuius bono α, aut quomodo *M,* quomodo cuius (eius *m. 2*) bono ϱ diligt̃ t̃ *c* 16 propter] per *F* damnare γ infedelitate *c,* infidelitem γ a *om. Uc* 17 patriarcharum ac prophetarum *FUf* parentum *om. M* inici $C^1$ 18 ergo sunt *F,* uero *M* 19 et si—peribunt *om.* ϱ si] sed γ

patres sine suo merito diliguntur, quomodo et propter patres non saluabuntur? sed, etsi fuerint Noe Daniel et Iob in medio eorum, filios inpios non saluabunt, soli salui erunt.

12. Adhuc aliud obscurius mihi erue de profundo et in uadum profer. in epistola Colosensium omnino colligere non possum quod ait: nemo uos seducat uolens in humilitate et religione angelorum, quae non uidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suae et non tenens caput. de quibus angelis dicit? si de inimicis et malis, quae illorum religio aut quae humilitas et qui sit magister seductionis huius, qui per obtentum nescio cuius angelicae religionis quasi uisa et conperta doceat quae non uidit? sine dubio haeretici, qui doctrinas daemoniorum et sequuntur et promunt conceptis ab eorum spiritu adinuentionibus, quae non uiderunt phantasmata quasi uisa fingentes et pestiferis disputationibus in corda male credula seminantes, hi sunt qui non tenent caput id est Christum fontem ueritatis, cuius doctrinae quicquid aduersatur insanum est. et hi caeci duces caecorum, de quibus dici puto: me dereliquerunt fontem aquae uiuae et foderunt sibi lacus contritos, qui non tenent aquam.

2] (Ezech. 14, 14. 16). 6] Col. 2, 18. 12] (I Tim. 4, 1). 18] (Matth. 15, 14). 19] Hier. 2, 13.

1 diligunt $\varrho$ quđ *f* 2 saluantur *FUf*, salua|tur (bun *in mg.*) *g* et *om. U* ios $\alpha$ 3 eorum] et *add.* $\eta^2$ filios] fi *g* 4 adhuc *om. M*, at $\eta$, aut $\varphi$ mihi aliud obscurius *F*, aliud mihi obscurius (obscrus $g^1$) *fg*, mihi obscurius aliud *U*, aliud obscurius aliud michi *C*, aliud obscurius mihi obscurius $\Gamma$ exue *U* 5 epistolam $\Gamma\gamma$ colossensium $g^2$ *Col.*, colocensium *f* omnium $\gamma$ non colligere *U*, intelligere non *Lebrun* 6 humilitate cordis *g* 7 ambulans *ex* amplius $\varrho$, inculcans *g* fustra $\varphi$ 8 sensu *om.* $\gamma$ 9 inimicis] minimis $\alpha$ et *om.* $c^1$ 10 aut quae] atque *FUf* et *om. M* quis sit $\alpha\eta^2 g$ *Col.*, quis est *M*, quis *Lebrun* 11 hoc temptum $\gamma$ cui $\varrho^1$ agnelicae *C* religionis huius (huius *exp. m. 2*) *C* 12 coperta $\gamma$ docet *M* dubio] s̃ *add.* $\varrho$ *m. 2* 13 doctrinas *g s. l.* et *om.* $\varrho$ 14 fantasma $\Gamma$, fantasmata *plerique* 15 quasi uisa *om.* $\gamma$, quasi uita *c* et *om. FUf* computationibus *Ff* corde $F\alpha\gamma$ 16 credulo $\alpha$ hii *MUc* non *g s. l.* tent $\Gamma$ caput *om.* $c^1$ 17 doctrina $\gamma$ 18 est *om. U* hii $Mc\varrho$, hic $\Gamma$, *om. U* cecorum (corum *in ras. m. 2*) *C* de *om.* $\varrho$ dicit $\gamma$ 19 derelinquerunt $c\gamma$, reliquerunt $g^1$

13. Deinde in subsequenti capite adiecit: ne tetigeritis neque gustaueritis neque contrectaueritis, quae sunt omnia in interitum ipso usu, secundum praecepta et doctrinas hominum, rationem quidem habentia sapientiae in superstitione et humilitate ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. quae sunt ista, quibus et rationem sapientiae inesse testatur magister ueritatis, et tamen ipsam ueritatem religionis inesse abnegat? ne forte de talibus loquitur, de quibus ad Timotheum dicit: habentes speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes? rogo ergo specialiter haec capitula duo de Colosensium epistola per singula mihi uerba dissoluas, quia laudabilibus execranda permiscuit. quid enim tam laudabile quam ratio sapientiae? et quid tam execrabile quam superstitio erroris? humilitas quoque et deo placita et maxime in uera religione laudabilis cum ratione sapientiae ipsis datur, de quorum doctrinis et actibus dicitur nobis: ne tetigeritis neque gustaueritis quae sunt in interitum, quia non sunt ex deo, et omne quod non est ex fide peccatum est. deus autem dissipauit consilia sapientium, qui deo stulti sunt per pruden-

1] Col. 2, 21. 10] II Tim. 3, 5. 17] Col. 2, 21. 19] (Rom. 14, 23). (Ps. 32, 10).

1 sequenti *F* capite *CΓMαc$\eta^{1}$gϱφ*, capitulo *cet.* dicit *ϱ* 2 neque *F* gustaueritis neque *om. c* contractaueritis *Fgφ*, non trectaueritis *c* 3 omnia *om. γg* interiteritum *C* 4 doctrina *Γ* sapientia *γ*, *om. U* 5 et] atque *FUf* non ad *Ff* 6 in *add. g in mg.* aliquo *om. γ* 7 quae—ueritatis et *add. in mg. C* qui *Mφ* isti *Mφ*, ita *γ* 8 tamen] sine *F*, siue *f*, sine quibus *U* ipsa *γ* religionem *η* in esse (in *m. 2*) *c*, in esse (in *exp. m. 2*) *η* 9 abneget *Γcγηϱ$\varphi^{1}$* ne] anne *Col.*, *om. Mφ* de qualibus *g* 10 habentes quidem speciem *Mα*, habentes autem speciem *ΓCFcγηgϱφ Col.*, autem habentes speciem *f*, spetiem autem habentis *U* ueritatem *η* autem *add. g in mg.* 11 abegantes *c* ergo] igitur *M* duo capitula *MU* colosensium *CMηgφ*, colocensi *f*, colosensi *cet.* 12 mihi per singula *M* uerba mihi *α* 13 exercenda *U*, excitanda *Ff* permiscunt *C$\varphi^{1}$* quid est *g Col.* 14 exscrabile *g*, inexecrabile *$\eta^{1}$* 15 humiliter *C* quoque *om. γ* maxima in n *c* 16 sapientiae (di *s. l.*) *α* 17 dicatur *Γα*, dicitur *U* neque] ne *Γα* 18 teritum *$\varphi^{1}$* quia] quę *γ* sunt *g s. l.* 19 deo] fide *FUf* *pr.* est *g s. l.* *post.* est *om. c* dominus *FUf* 20 dissipabit *Ffϱ*

tiam carnis, quae non potest legi dei esse subiecta. scit enim cogitationes hominum, quoniam uanae sunt. qualem humilitatem qualemque rationem sapientiae superstitioni hominum doctrinis uenienti inesse dicat, requiro. et quod ait: ad non parcendum corpori, non in honore aliquò ad saturitatem carnis, prorsus haec parum intellego, quia in eadem sententia magna mihi uidetur esse discretio. arbitror enim eum de abstinentia qualibet ficta uel inutili, qualis solet ab haereticis affectari, hoc dicere: ad non parcendum corpori; quod autem adiecit: non in honore aliquo, quia sancti operis speciem non in fide ueritatis exercentes nullius gloriae honore uel fructu agunt, quod in magna erroris peruersi reprehensione conficiunt, transfigurantes se in ministros iustitiae. sed quod adiecit: ad saturitatem carnis, contrarium mihi uidetur illi quod dicit: ad non parcendum corpori. uidetur enim mihi ille non parcere corpori, quia carnem ieiuniis domat, sicut apostolus dicit: liuidum facio corpus meum et in seruitutem redigo, a quo opere saturitas carnis aliena est. nisi forte et ipsam saturandae carnis curam, quae maxime obseruantiam religionis praetendentibus probrosa est, non parcere corpori dixit secundum illud honestatis praeceptum, quod

1] (Rom. 8, 7). (Ps. 93, 11). 4] Col. 2, 23. 13] (II Cor. 11, 15). 17] I Cor. 9, 27.

1 lege *F* scit] si *g*, et *γ* 2 quoniam *om.* *γg* 3 qualemque] qualem *η* superstitione $\gamma^{1}$, superstitio *Ff*, superstructio *U* ex hominum $\varrho^{2}$ *Col.*, de hominum *α* hominum a doctrinis *c*, doctrinis hominum *M* 4 non ad *FUfϱ*$\varphi^{1}$ 5 honore *ex* hore *g* 6 hoc *CFαf* intelligo parum *Γα* 7 mihi *om.* *M* uidetur *ex* uidentur *g* inesse *FUf* discretio] desiderio *γ* 8 cum *FUf* quamlibet *Γcη*$\varphi^{1}$ facta *ΓU* 9 efectari *γ* non ad *CFUf* 10 abiecit *C* 11 speciem *om.* *FUf* excercentes *φ*; quasi *add. s. l.* *M* 12 uel fructu] fructuae *γ* agant *Γα* quod magno peruersitatis errore conficiunt *M* erroris *om.* *ϱ* 13 non transfigurantes *U* iustitiae (in iustitie *U*) ministros *FUf* 14 mihi *om.* *FUf* 15 quo *η* ait non ad *FUf* 16 illi *Γ* carnem *om.* *ϱ* ieiunis *g* donat *γ* 17 ipse apostolus *M* et in seruitutem *c s. l. m. 2* 18 redigo] subicio *ϱ* 19 ni (*corr. m. 1* n) *C* et ipsam] etiam *FUf* 20 religioni *ϱ* p̃cedentibus $\varrho^{1}$ 21 dixi *Γ*

alibi dicit, ut unusquisque suum uas honorifice possidere nouerit, ut hostiam uiuam et placentem deo suum corpus exhibeat, non in saturitatem carnis, quia distentio corporis animae sobrietatem necat et inimica est castitati.

14. Restat ut aliquid et de euangelicis locis suggeram beatitudini tuae, non quidem quanta legenti per otium occurrere solent (nec enim nunc uacabat dispersa per libros quaerere aut in reminiscendis memoriam uentilare), sed uel pauca, quae ad horam dictationis huius in mentem ueniunt, sciscitabor. de resurrectionis forma non grandem sed plenam fidei instructione epistolam, qua secundae consultationi meae, dum Carthagini exhiemarem, rescripseras, si habes relatam in schedis, rogo ut mittas aut certe retexas eam mihi, quod tibi facile est. nam etsi scriptura non extat, quia forte breuis epistola ut tumultuaria tibi inter libros tuos haberi spreta sit, renoua eam mihi eodem sensu promptam de thesauro cordis tui et mitte ad me inter alia responsa, quae reddes mihi, ut spero, praestante mihi ac tibi commeatum dierum Christo, ut ea, quo labor tuus in me fructificet, accipiam, secundum haec capitula scri-

1] (I Thess. 4, 4). 2] (Rom. 12, 1).

2 suum] uas uel *add.* $\varrho$ 3 saturitate *FMU*$\eta f \varphi$ (*ras. sup.* e $\varphi$) distensio *F*$\alpha$*fg*, distinctio $\gamma$ corporis animae *om.* $\gamma$ 5 aliquit *C* et *om.* $\Gamma$*FU*$\alpha f \varrho$ de *om.* $\gamma$ beatidini *M* 7 uacabit $\Gamma\alpha$, uacat *g* dispersa *om.* $\gamma$ 8 remiscendis $\gamma$ memoriam *om.* *FUf* euentilare *Ff*, et uentillare *U*, peruentilare *c* 9 oram $\Gamma$ huius] eius $\alpha$ 10 formã $\varphi^1$ non *om.* *M*$\varphi$ ç̣ạṛṇẹ grandem $\varphi$ fide *U* instructionis *FUf* 11 consultationis $\alpha$, consolationi *U* cartagini $c\eta\varrho$, cartagine *F*$\alpha$, karthagine $\gamma$, kartagine $\Gamma$*M*, carthagine $C^1$*Uf* 12 hiemarem *FUf Col.*, hiemares *g Rosw.* habes ergo *Ff*, ergo habes *U* relatatam $\Gamma$, reseruatam $\alpha$, *om.* $\gamma$ scedis $\Gamma$*FM*$\alpha c f \gamma g \varrho \varphi$, scedulis *U* 13 retexes *FUf* eam *om.* *U*$\varrho$ 14 scriptura] scripta/// *g*, scripta $\alpha\eta$ *Col.* exsta $\varrho^1$, texat $\gamma$ tumultu ariatib; $\gamma$ 15 tibi *om.* *M* inter] in $\varrho$ haberiṣ praeita (spreta *sup.*) sit (*corr. m. 2*) $\eta$, haberis praesta sit $\varphi$, hebrei spreta sit $\gamma$, haberes aut presto sit *U*, haberes haut presto sit *Ff*, aberrauit *M* neroua *U* 16 eandem *F* prompta $c\eta^1$, *om.* *M* 17 inter] in $\gamma$ responsa tua *FUf* 18 comeatum $\gamma$ eam *c*; s. responsa *add. m. 2* $\eta$ quo] quibus *M*, quae $\varrho$ 19 secundum —*p.* 418, 1 interrogaui *om.* *M* hanc $\eta\varrho^2$ capitula] exempla *FUf*, epła $\Gamma\gamma c g \varrho^1$, epłã $\varrho^2$, epistolam $\eta$ scripturum $\gamma\eta$

pturarum, de quibus te, qui uides quasi per deum, interrogaui, ut audiam quid in te uel ex te mihi loquatur deus.

15. Hoc autem rogo lucere mihi facias, quomodo uel qua ratione dominus post resurrectionem uel mulieribus, quae primae ad sepulchrum uenerunt, uel postea illis duobus in uia, deinde discipulis suis et non agnitus sit et agnitus. in eodem enim corpore resurrexit, in quo et passus est. et quomodo non eadem erat eiusdem corporis forma quae fuerat? aut si eadem erat, quomodo non agnoscebatur ab his, qui eam nouerant? illud uero sacramenti esse credo, quod qui in uia ambulantibus non fuerat agnitus in fractione panis reuelatus est. id ipsum tamen tuo sensu uolo tenere, non meo.

16. Et quod ad Mariam ait: noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, si cominus stantem non sinebatur adtingere, quomodo eum tangeret,' cum ascendisset ad patrem, nisi forte fidei profectu et mentis ascensu, qua deus homini fit longinquus aut proximus? et illa dubitauerat de Christo, quem hortulanum putauerat. ideo fortassis audire meruit: noli me tangere. indigna enim iudicabatur, ut tangeret manu Christum, quem necdum fide adprehenderat nec intellexerat deum, cum hortulanum putasset, de quo paulo ante ab angelis audierat: quid quaeritis uiuentem cum mortuis? noli ergo me tangere, quia tibi nondum ascendi ad

2] (Ps. 84, 9). 4] (Ioh. 20, 14; Luc. 24, 16. 37). 10] (Luc. 24, 30). 13] Ioh. 20, 17. 22] Luc. 24, 5.

1 de (te supra lin.) (te *m. 2*) $\eta$ te qui $\eta$ *in text.*, cumq; *in mg. m. 2* per *om.* $\gamma$ 2 ut *om.* *FUf* ex] de *FUf*, p $\gamma$, per (ex supra lin.) *g* mihi *om.* $\eta$ dñs *M* 3 lucere rogo *FUf* 5 uenerunt *om.* *M* 6 agnitus et non agnitus *Ff*, non agnitus *U* 7 et quomodo—erat *add. in mg.* *C* 8 eadem—aut si *bis exh.* *F* 9 cognoscebatur *FUf* iis $\alpha$ nouerunt *U* 11 panis] qualis $\gamma$ est reuelatus *FUf* 14 patrem meum *FUf* quominus *U* stante *Col.* sinebantur $\eta$ 15 cum] si *U* 16 nisi *ex* non *C* fidei *ex* nou dei *C* accensu $\Gamma\alpha^1$ (al ascensu $\alpha^2$) quo *FU*$\gamma$*f* 17 sit *Ff*$\varrho$ et] et quia *Mg*$\varrho$ dubitauerit $\Gamma\alpha c\gamma g\varrho$ 18 ortolanum $\Gamma CMU\alpha\varrho\varphi$ *et sic plerique infra*, hortolanum $\eta$ *et sic infra* fortasis $\varrho$, fortasse *FUf* 19 iudicabatur enim *U* 20 quae *C* appraehendat (at *ex* erat) *F* 22 queris $\varrho$ 23 me ergo *U* nondum] non *C*$\gamma$

patrem, cui adhuc tantum homo uideor; postea me tanges, cum ad agnoscendum me credendo conscenderis.

17. De illis etiam beatissimi Symeonis uerbis quid sentias, edissere mihi, ut sequar sensum tuum, quibus, cum ad uidendum ex oraculo dei Christum agente spiritu uenisset in templum et acceptum sinu benedixisset infantem dominum, ait ad Mariam: ecce hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israel et in signum, cui contradicetur; et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes. numquid de passione Mariae, quae nusquam scripta est, hoc prophetasse credendus est? an uero de materno eius affectu, quo postea in tempore passionis adsistens cruci, qua hoc erat fixum quod ipsa pepererat, maternorum uiscerum dolore confixa est, et animam illius illa quae eius secundum carnem filium ipsa spectante confoderat crucis rumphaea penetrabat? uideo enim et in psalmis de Ioseph ita dictum: humiliauerunt in conpedibus pedes eius, ferrum pertransit animam eius, sicut in euangelio dixit Symeon: et tuam ipsius animam

7] Luc. 2, 34. 35. 17] Ps. 104, 10. 19] Luc. 2, 35.

1 patrem meum *FUf* tantum modo adhuc *FUf* tangens *FUf* 2 ignoscendum *Γ*, cognoscendum *FUf* consenderis *F* 3 beatissimis *Ccγ* simeonis *ΓCMUf* quid sentias *om.* *γ* 4 dissere *α*, edisse *f* quibus] qui *Ug*[2] 5 xp̄m dn̄i *FUf* 6 et] ut *U* acceptu *C*, accepto *U* in sinu *FUf*, *om.* *γ* benedixit *CFUγf* infatem *γ* dominum *om.* *FUf*, deum *ϱ* 7 ecce] uerba anne s̃ *add. s. l.* *η*[2] est positus hic *FUf*, positus est hic *αγ* et] et in *Fα* 8 contradiceretur *Ff* 9 pertransiet *Γηφ*, pertransiit *c* 10 reueletur *φ*[1] ex multis cordibus *FUf* 11 beatae mariae *α* nũquam *f* scripta] lecta *C* prophetandę *η*[1] (*m. 2* -tasse) 12 effectu *γ*[1] qui *FUf* 13 asistens *C* cruci *om.* *U* 14 quod] quia *U*, quo *U*, quod*** (mat̃ *eras.*) *g* peperat *CFf* 15 animã (˜ *eras.*) *ϱ*, auima *U* illius illa] illius (eadem *add. in mg.*) *M*, illius *ϱφ* quem *ex* qua *corr. et* eius *exp.* *φ* secundum *om.* *M* filium *om.* *Mφ* ipsa (a *ex* i) *g* 16 romphea *ΓMcηgϱ*, rumphea *Cαfφ*, triumphea *U*, trophea *Fγ* penitrabat *C*, penitrabatur (*ͤ* *m. 2*) *ϱ*, penitrauit *α* enim *om.* *M* 17 dictum esse *Col.* 18 pertransiet *η*, pertransiuit *FUf* 19 sicut — *p.* 420, 1 gladius *om.* *M* dicit simeon *ΓFUf* et tuam] nam *η*

pertransibit gladius. non ait carnem sed animam, in qua pietatis affectio continetur et doloris aculeus quasi gladius operatur, cum aut aliqua carnis suae iniuria afficitur, ut Ioseph, qui non mortis sed iniuriarum pertulit passiones in seruum uenditus et in reum uinculatus et carceri datus, aut cum affectionis internae tristitia uel dolore cruciatur, ut in Maria, quam utique ad crucem domini, in quo tunc sui tantum corporis filium cogitabat, materna mens duxerat, ut cum eum uidisset mortuum, humana infirmitate lugeret sepeliendumque colligeret, nihil sibi de ipsius resurrectione praesumens, qua subsecuturae admirationis fidem in oculis posita passionis poena caecabat. quamuis eandem adstantem cruci suae dominus non morientis infirmitate trepidans consolatus sit, sed ipsam qua obibat uolens in potestatem habens mortem plena uirtute uiuentis et constantia resurrecturi de cruce admonet, dicens de apostolo beato Iohanne: mulier, ecce filius tuus, itemque illi ibidem consistenti: ecce mater tua. iam scilicet ab humana fragilitate, qua erat natus ex femina, per crucis mortem demigrans in aeternitatem dei, ut esset in gloria dei patris, delegat homini iura pietatis humanae, et ex discipulis suis adole-

5] (Gen. 37, 28. 39, 20). 6] (Ioh. 19, 25). 16] (Ioh. 19, 26).

1 pertransiuit *c* aut *ex* ait $\gamma$ *m. 2* 3 afficitur] ·f· maria *add. s. l.* $\eta^2$ ut in $C\alpha$ 4 iniuriam $U\eta^2$ passionis $U\eta\varphi^1$ in seruum] et in reum *M* 5 et *om. U* rerum $F^1$ in carcerem $\gamma$ datur *F*, deditus $\varrho$ aut *F* cum *om. FUf* 6 interna et $\gamma$, interne in $\Gamma$, internae ui $\alpha$, in aeternae $\varphi^1$, maternae $M\varphi^2$ uel] et *FUf* ut in] uti $\eta$ 7 quam *om. FUf* qua *g* sui] in sui $\gamma$ 8 luxerat *FUf* aut *FUf* uidisset eum *FUf* 10 nihil] sinil *U* ipsis $c^1$, ipsius *ex corr.* $\varrho$ *m. 2* quia $FMU\alpha fg\eta^2$, quam $\varphi^2$ 11 subsecutura $\gamma$ administrationis *U* 12 caecabat] iacebat $\Gamma\alpha$ non] in *FUf*, nihil $\alpha$ 13 consulatus $\gamma^1$ sit *om. FUf* ipsa $\gamma g$ quia *U* 14 *sup.* uolens *scr.* uelut $\eta^2$ potestate $CFU\alpha g\varrho$ *Col.* uiuentes $\Gamma$ 16 beato *om.* $\alpha$ beato apostolo Iohanne *Col.*, beato iohanne apostolo $M\varrho$ 17 consistentem *F* 18 femine $\gamma^1$ per] uirgine quidem per *FUf* c$^{r}$ucis morte inde migrans $\eta^1$ denigrans *U* 19 ut esset] ut ut certe *F* patris dei $\eta^1$ 20 disciplinis *U* suis adulescentior adulescentiorem *c*, adolescentior (adolescentior *del.* $\varphi$) suis adolescentiorem $C\varphi$, suis adolescentior suis adolescentiorem $\gamma\eta$, suis (*add. in mg. g*) adolescentiorem *cet.*

scentior adolescentiorem eligit, ut conuenienter adsignet uirgini apostolo uirginem matrem, duo pariter in eadem sententia docens, formam pietatis relinquens nobis, cum est de matre sollicitus, ut quam relinquebat corpore non relinqueret cura, sed nec corpore relicturus, quia quem uidebat morientem mox erat uisura rediuiuum, et illud, quod ad fidem omnium pertineret, salutiferum pietatis suae sacramentum arcana diuini ratione consilii sub hac uoce designans, ut et alii matrem delegaret pro matre habendam et uice sua consolandam atque illi uicissim nouum filium uice corporis sui traderet, immo, ut ita dixerim, gigneret, quo ostenderet eam praeter se, qui ex ea uirgine natus esset, nec habuisse filium nec habere, quia nec saluator tantopere curam desolationis eius habuisset, si illi unicus non fuisset.

18. Sed redeamus ad uerba Symeonis, in quorum clausula intellectum meum caligare fateor. et tuam, inquit, animam pertransibit framea uel gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes.˙ secundum litteram hoc mihi penitus obscurum est, quia nec Mariam beatissimam usquam legimus occisam, ut de corporali gladio sanctus ille ei futuram passionem prophetasse uideatur. sed quod subiecit: ut reuelentur multorum cordium cogitationes (scrutans enim, inquit, corda et renes deus), et de futuro iudicio apostolus ait:

16] Luc. 2, 35. 22] Ps. 7, 10.

1 eligit *α Col.*, elegit *cet.* asignet *c* 2 dicens $\eta^1$ 3 pietates $c^1$ relinquens *om.* *γ* est] esset *ΓFUαf* 4 $q^{a}$ *ϱ* curã $C^1$ $\text{sed}^{\text{se}}$ (*se m. 2*) *η* 5 $\text{nec}^{\text{eam}}$ *M* relicturus erat *M*, relicturam $\eta^2 g\varrho$, relictura $\Gamma C c \gamma \eta^1 \varphi^1$, uel relictam uel relinquendam *φ s. l. m. 2* mox] mors *γ* 6 uiscera *γ* rediuium *F* et] et ad *c* pertinet *F* 7 suae pietatis *FUf* crementum *γ* archana *plerique* 8 consignans *Γα* ut et] ut *Lebrun* delegerat (at *ex* et) *γ* 9 pro** (ma *eras.*) *g* habenda *U* uitae suae *F* consolanda *Uc*, consulandam *γ* 10 et nouum *U* dixerĩ (i *in ras.*) *g* 11 offenderet *F* praeter] pater *U* ex *om.* *γ* 12 ne *U* habuisset *C* quod *C* 13 cura *C*, coram $\eta^1$ desolatio *Γcgϱ*, desolacio *C* habuisset eius *Col.*, eius haberet *M* 15 tuam] ipsius *add.* *gϱ* 16 gladius uel framea *FMf*, gladius *U* 17 penitus hoc mihi *Ff* mihi *om.* *α* 18 nec *om.* *U* 19 legi *U* 20 sed] sed et *Col.* quod *om.* *FUf*, $\text{quod}^{\text{quid est}}$ *M* 21 ex multis cordibus *M* 22 inquit *om.* *FUfα* renes deus et *om.* *γ* apostolus de futuro iuditio *U* dicit *FUf*

quia tunc manifestabit deus operta cordium et occulta tenebrarum, itidemque apostolus, spiritaliter exprimens arma caelestia, quibus in interiori nostro debeamus armari, gladium spiritus dicit uerbum dei, de quo ad Hebraeos ait: uiuus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens, inquit, usque ad diuisionem animae ac spiritus, et reliqua quae nosti: quid ergo mirum, si istius uerbi ignita uis et ancipitis gladii penetrabilior acies et sancti Ioseph olim et postea beatae Mariae animam pertransiuit? nam neque in illius neque in huius corpore ferrum transisse cognouimus. atque ut magis pateat ibi prophetam ferrum pro uerbi gladio posuisse statim subsequente uersiculo ait: sermo domini igniuit illum. sermo enim dei et ignis et gladius est, uerbo ipso deo utrumque dicente de se: ignem enim, inquit, ueni mittere in terram, et quid uolo nisi iam accendatur? item alibi dicit: non ueni pacem mittere sed gladium. uides eum unam uim doctrinae suae diuerso ignis et gladii nomine designasse. aut quomodo Mariae inlata per gladium passio uel tribulatio prae-

1] (I Cor. 4, 5). 4] (Eph. 6, 17). 5] Hebr. 4, 12. 13] Ps. 104, 19. 15] Luc. 12, 49. 16] Matth. 10, 34.

1 tunc *om.* *γ* manifestauit *Γγ* opera *ΓUαηfϱ*, obscura *M* 2 ididemque *γ*, itemque *U*, itidem $Uf\varphi^2$ spiritualiter *Uαϱ*, specialiter *Ff* 3 in *om.* $\Gamma c\varrho^1$ interiore $M^1 g\varrho$ nostro homine *α* debemus *F* 4 dicitur *U* apud hebreos ait *F*, dicit ad hebreos *U* 5 uiuus] unius *c* est] est enim *FUγ*, enim est *f* penitrabilior *Cϱ* *et infra* 6 et pertingens *FUf* inquit *om.* *Γα* 7 ac] et *Γ Col.*, *om.* *γ* 8 $\overset{u}{\text{istis}}$ *g* ignota *U* ancipiti $FM^1Ufg\varrho$ gladio *FMUfgϱ* 9 iosep *g* beatae] sanctae *FUf* 10 istius *M* 11 pertransisse *η* $\overset{og}{\text{c}}$nouimus *g* propheta $\varrho^1$, prophetam ibi *FUf* 12 uerbi pro *Γα* subsequenti *αη* 13 ũbiculo *Mφ* domo domini *U* igniunt $\varphi^1$ igniuit—dei *om.* *γ* eum *FUf* etenim *U* domini *FUf* 14 ignis et *c in mg. m. 2* est *om.* $f^1$ deo ipso *M* utrumque *om.* *g* de se *om.* *α* de se utrumque dicente *U* dicentem *C* 16 iam $Cc\gamma f\eta\varrho^1\varphi$, ut iam *cet.* iam *om.* *ΓFUαg* item iam *η* 17 mittere pacem *M* uides] enim *add.* *FUf* unam *om.* *ϱ* 18 $\overset{i}{\text{gladio}}$ *g* aut— *p.* 423, 1 itaque *om.* *M* aut quo $\overset{l\ si\ hoc\quad o}{\text{m}}$ *(sic)* *g*, quomodo autem *fort.* 19 beatae mariae *α* praestaret] hoc praestaret (hoc *add. m. 2*) *α*, perstaret *M Col.*

staret? itaque hoc scire cupio quid ad Mariam pertineret, ut reuelarentur multorum cordium cogitationes, aut ubi apparuit, quia ex eo, quod animam eius siue carnalis in ferro siue spiritalis gladius in uerbo dei pertransiuit, exinde multorum cordium cogitationes reuelatae sunt? expone ergo hanc maxime de uerbis Symeonis clausulam mihi, quia lucere non dubito sanctae animae tuae, quae de interioris oculi puritate meruit inluminationem spiritus sancti, per quem scrutari et inspicere possit etiam alta dei. deus misereatur mei per orationes tuas et inluminet uultum suum super me per lucernam uerbi tui, sancte domine, beatissime frater in domino Christo unanime, magister meus in fide ueritatis et susceptor meus in uisceribus caritatis Christi.

## LI.

SANCTIS ET MERITO PRAEDICANDIS ATQVE VENERANDIS ET DILECTISSIMIS FILIIS EVCHERIO ET GALLAE PAVLINVS EPISCOPVS.

1. Benedictus dominus deus noster, qui dat uotum optanti et semper nostra superat uota uotisque respondet, qui in-

1] Luc. 2, 35. 10] (Ps. 66, 2).

1 scire itaque hoc (c a b) *g* hoc etiam *M* 2 aut *ex* at *C* reuelentur *C* ibi (u) *g*, ut *U* 3 quia *ex* q̃d *C*, qui *γ*, *ras.* *ϱ* carnis (al) *g* in *del.* *C* fero *c*, ferno (r) *g* 4 spiritualis *FUαϱ* in uerbo dei gladius *M* dei *om.* *FUf*, dei quod *C* pertransibit (u) *g*, penetrauit *η* exinde—sunt *om.* *U* 5 cogitationes cordium *M* sunt *Ccg*, sint *cet.* expone// *C* 6 hanc (e) *η*[2] maxime hanc *FUf* clausa *η* quia] quam *FUf*, et *η* 7 non dubito lucere *ϱ*, latere non dubito *γ* interionis (r) *g* oculis *Ff* 8 inluminetionem (a) *g*, inluminatione *γ* spiritu *U* quam scruptari *U* 9 possit] ualet *ϱ* etiam *om.* *Γα* alta] occulta *γ* me per *om.* *Γα* 11 domine] đ *c* dnē scē ac *M* 12 Christo *om.* *γ* unamme *F*, unanimis *Γ*[2]*α* meae *α*, mee (ee *in ras. m. 2*) *Γ* caritatis *FUγf* 13 Christi *om.* *g* *Col.*; bene uale *add.* *U.* — explicit epła paulini *C*, explicit epistola paulini ad scm augustinum (amen *add.* *η*, LIIII *add.* *φ*) *Γηφ*, explicit beati paulini ad sanctum augut (s) *g*.

*LM.* — epła sči paulini ad eucherium et gallam ·XLVI· *M*, epła sči paulini ad scm eucherium epm ·XXXVIIII·*L* 18 uota *om.* *L*

speranti mihi tam oportunam quam exoptatam occasionem praebere dignatus est per religiosos iuuenes, filios meos, conseruos uero communes in domino, Gelasium et Augendum et Tigridium, quos de sancto atque castissimo congregationis suae numero uir laudabilis et praeclarus in Christo, frater noster et conpresbyter meus, Honoratus ad humilitatem meam uestrae dilectionis exemplo refouendam domino inspirante direxit. sollicite enim pro caritate meritis uestris debita sciscitanti actum uel incolumitatem uestram (nam de actu pio atque caelesti dubius esse non poteram) id quod animam meam reficeret responderunt, quia uos deo propitio incolumes reliquissent uenerandi propositi opera curantes ac studia exercentes et in corde uno, quo terrestria reliquistis, caelum petentes.

2. Memineram enim quia filii mei, quos ante annum ad humilitatem meam mei gratia uisitandam miseratis, locum habitationis uestrae, simul et domni uenerabilis Honorati nobis innotuerunt, dicentes scilicet quia in proximis breui interiecta maris rupe etiam cognominibus Lero et Lerino insulis degeretis. unde, cum se isti filii nostri ex ea, quae Lerinum dicitur, uenisse dixissent, recognoui et facile recordatus sum propinqui nominis insulam, in qua sanctitatem uestram ab istius mundi strepitu profugam manere iam noueram. quamobrem sciens dilectioni uestrae gratum fore officium litterarum mearum, quia et a me uobis in perennem gratiam debitum est, libens amplexus sum hanc oportunitatem spiritalium filiorum, ut ad benedictam in Christo domino unanimitatem uestram epistolae meae portitores essent, quod ut filii uel ministri oboedientiae, sicut a deo uel secundum deum docti sunt, promptissime receperunt. suscipite ergo in his exiguis sermonibus paruitatis meae non exiguae caritatis insignia et quasi quaedam pignora animae uestrae et testimonia animi et amoris in uos mei haec mea scripta retinete.

6 ad humilitatem meam *om.* *M* 7 requirendam *L* 8 sciscitatus *L* 9 incolomitatem *L* 12 curant̃ studia *L* et in *LM*, in *Chiffl.* 16 dõni *M* nobis—scilicet *om.* *L* 24 perhennem *L* 25 spũalium *M* 31 animae uestrae pignora *M* et *om.* *M* 32 mei in uos *M*

3. Spero autem de misericordia Christi domini, quod incolumes haec mea uerba sumatis et si deinceps oportunam et per huiusmodi tabellarios occasionem donauerit, rescribere inpigrum habeatis. quod sine dubio et per istos filios meos uestra fecisset affectio, si eorum ad me directae profectionis conscii fuissetis. nam cum ab eis hoc quaererem, quia uicinos esse uos noueram, ignorantibus uobis se de monasterio suo nauigasse dixerunt. uerumtamen quia, sicut regnum dei non in sermone est sed in uirtute, ita et caritas, in cuius perfectione et plenitudine regnum dei continetur uel adquiritur, in thesauro cordis et fidei uirtute consistit, pro gratia familiari uestrae unanimitatis scripta desidero. ceterum de animorum uestrorum piissima affectione confidens etiam tacentium mentibus me inhaerere non ambigo. non enim humana amicitia sed diuina gratia inuicem nobis innotuimus et conexi sumus per uiscera caritatis Christi. atque ideo necesse est perpetuam inter pectora nostra manere concordiam, quae Christo auctore coniuncta est. quae enim uis aut obliuio ualeat separare quod deus iunxit?

4. Benedicat uos dominus ex Sion ea benedictione qua benedicitur homo qui timet dominum, perpetui coniuges et parentes cum benedicta uobiscum deo progenie nobilissimae sanctitatis uestrae. uideatis quae bona sunt Hierusalem et pariter habitare mereamini in domo domini in longitudinem dierum, filii sancti, merito uenerabiles, intima mihi caritate dilecti et semper desiderandi.

## Passio S. Genesii Arelatensis.

1. Proprium atque indigenam Arelatensis urbis beatissimum Genesium martyrem, alumnum eiusdem iure nascendi, patro-

8] I Cor. 4, 20. 20] Ps. 127, 4. 5. 23] ib. 5. 24] Ps. 22, 7.

6 nam] et *L* hoc *om.* *L* 17 manere nostra *L* 19 iuncxit *L* 23 ierusalem *M*

*Z.* — incip̄ pass̄. s. genesii edita a s. memorie paulino ep̄o *Z* 29 martirem alunnum *Z*

num uirtute moriendi, celebrare iam a principio atque extollere omnia fidelium studia, omnes religiosorum litterae debuerunt, ut tanti meriti gloriosa documenta consignata scriptorum fide et uiuacibus commendata monumentis illibata atque integra ad posteros peruenirent, quae admiratio semper faceret noua et ueneratio probaret antiqua. sed quoniam succedentes sibi per incertum uitae tempus aetates tradere haec inuicem memoriae mutuae quam mandare litteris maluerunt, uel nunc oportet eadem fidelibus scriptis in tempora secutura transmitti, ne ea, quae adhuc uiua recordatione rerum ut gesta sunt referuntur, euanescente per tempus uel tradentium uel accipientium fide fabulosa credantur.

2. Sanctus itaque Genesius in iuuentutis flore primaeuae prouincialis militiae tirocinium suscepit, eam officii partem studio et arte conplexus, quae patronorum uerba uel iudicum signorum breuium notata compendiis manu raperet et signorum uelocitate uel dexterae sonum uocis aequaret, spiritalem futurae gloriae imaginem praefigurans, ut qui praecepta diuina celeriter audiret et fidelibus notis piae mentis exciperet. accidit itaque ut eodem hoc munus implente impia atque sacrilega mandata persecutionis iussa legerentur, quae cum deuotus deo repudiaret auditus et imprimere ceris manus sancta trepidaret, abiectis ante pedes iudicis tabulis triste ministerium sacrata iam domino mens refugit. et, ut in nullo a praeceptis euangelicis actus martyris deuiaret, quibus declinare persecutionis impetum uel permittimur uel iubemur, alia atque alia non solum latebra uerum etiam ciuitate mutata, cum et alio loco

27] (Matth. 10, 24).

2 omnium *Surius* 4 monim̃tis *Z* 9 transmittere *Sur.* 10 sunt gesta *Sur.* 11 referuntur *om. Z* uanescente *Z* 13 primaeuo *Sur.* 14 malitiae *Z* 15 uel iudicum—raperet et *Z*, *om. Sur.* 16 *pr.* signorum] uel noua signorum *Sur.* 17 spũalem *Z* 19 et *Z*, ea *Sur.* 20 itaque *Z*, autem *Sur.* ut—implente *Z*, cum ante tribunal exceptoris fungeretur officio *Sur.* impia atque sacrilega mandata *Z*, iniusto atque sacrilego mandato *Sur.* 21 legerentur *Z*, ederentur *Sur.* que cum *Z*, quae *Sur.* 22 an auditus *Z* trepidaret *scripsi*, repiaret *Z*, respueret *Sur.* 23 abiectis ergo tabulis ante pedes iudicis *Sur.* triste ministerium *Z*, ministerium sacrilegum *Sur.* 25 deuiarent *Sur.*

scriptum sit: spiritus quidem promptus, caro autem infirma, ab ira se iudicis furentis paulisper occultauit. qui cum eum corripi protinus offerrique sibi iussisset neque facile inuestigatio ad procuratam latebram perueniret, crudelissimis poenae ministris, ut ubi repertus fuisset gladio eum interficerent, imperauit. quod ubi beato Genesio uel occultis nuntiis uel rumore compertum est, diuersa latendi loca, ut exitus docet, non infirmitate spiritus sed carnis trepidatione mutauit.

3. Atque interim, licet superfluo de praesumpta fidei confirmatione sollicitus, quoniam necdum erat ex aqua et spiritu sancto renatus, per fidos internuntios a catholicae religionis antistite donum baptismatis postulauit. sed ille uel temporis angustiis impeditus uel iuuenili aetate diffidens ardentia uota distulit ac fideliter indicauit, quod plenam consummationem etiam huius muneris daret prompta pro Christo cruoris effusio. et haec quidem cunctatio sacerdotis diuino, ut aestimare promptum est, nutu atque iudicio prouocata dispositaque est, ut circa eius sollemnem consecrationem officia humana cessarent, cui unius baptismatis duplex gratia ex utroque scilicet Christi latere et aqua et sanguis parabatur.

4. Sed iam dominus per spiritum sanctum futuri martyris seruaturus arcana, subeundae constantiam passionis uel fecerat uel uidebat, neque patiebatur differri coronam, cum uideret paratam esse uictoriam. itaque percussoribus eum suis obtulit et his, quorum in eundem auida crudelitas inhiabat, ostendit. atque is ubi se perspicit deprehensum, instinctu domini Rhodanum petit et sancta fluuio membra committit, ut eum illic a concretione mortali uelut alterius Iordanis undis occultus baptista purgaret et mutuo alternoque mysterio et aquis corpus

1] Matth. 26, 41. 20] (Ioh. 19, 34).

1 promptus est *Sur.* 2 furentis iudicis paulisper occuluit *Sur.* 3 sibi *om. Sur.* facile *scripsi,* facilis *Z, om. Sur.* 4 latebam *Z* 5 eum *om. Z* 9 praesumptae *Sur.* 10 nondum *Sur.* 13 aetati *Sur.* 16 aestimo promto *Sur.* 21 dominus] qui *add. Sur.* 22 seruabat *Sur.* 24 suis eum *Sur.* 25 iis *Sur.* 27 petiit *Sur.* 28 concretione *scripsi,* congregatione *Z,* contagione *Sur.*

et aquas corpore consecraret. atque haec causa profecto extitit, ut natandi adminiculo perueniret qui ut exemplo beatissimi Petri ad Christum tendens per summa gurgitum ambulare potuisset. transgressum in ulteriora fluminis et subeundae praemiis passionis Christo sponsore securum in eo loco, quem effusioni sanguinis gloriosi dominus elegerat quique nunc oratione assidua et uotis numquam irritis frequentatur, percussor adsequitur exoptatoque gladii ictu festinantem ad deum animam uinculis corporis quibus tenebatur absoluit, et utraque substantia propriae originis elementa repetente terrena interim terris membra commendat, caelestem uero spiritum emittit ad caelum.

5. Prouiderunt tamen fideles temporis illius dei serui, ut utramque fluminis ripam geminatis urbibus ambiendam unius martyris tutela muniret. nam in ipso beatae passionis loco consecrati cruoris uestigia relinquentes in alterum fluminis latus honoratas reliquias transtulerunt, ut ubique praesens Genesius, illic sanguine haberetur, hic corpore.

6. Haec omnia fideliter atque ut gesta sunt uel dicta uel comperta libentibus deuotisque animis, qui noueratis, recognoscite, qui ignorabatis, agnoscite et gloriam tanti martyris per singula annorum spatia crescentem et in saecula aeterna uicturam mentis oculis contuentes, unusquisque pro uiribus ad similia, si fides desiderauerit, animos praeparate et ut beatus Genesius throno domini usque in uindictae suae tempus assistens sacerdotibus ministris clero nobisque omnibus et ei, qui instructioni uestrae ista composuit, patrocinetur, orate adiuuante domino nostro Iesu Christo, qui in trinitate perfecta uiuit et regnat per omnia saecula saeculorum. amen.

3] (Matth. 14, 29; Ioh. 21, 7).

1 consecrauit *Sur.* 2 aminiculo *Z* ut *om. Sur.* 4 potuit *Sur.* transgressum] continuo *add. Sur.* subeundae *scripsi*, subeundum *Z*, subeundi *Sur.* 5 praemii *Sur.* 6 effusione *Z* 9 utramque substantiam *Z* 10 repetentem *Z* 11 caelestem uero *Z*, et coelestem *Sur.* 16 fluuii *Sur.* 17 utrobique *Sur.* 18 S. Genesius *Sur.* 19 uel comperta uel dicta *Sur.* 24 si] si ita *Sur.* 25 sub throno *Z* 26 assistens — 27 composuit *om. Z* 28 adiuuante — 29 saeculorum *om. Sur.*

# APPENDIX.

---

## EPISTVLA I.

### AD MARCELLAM.

1. Magnam humilitati nostrae fiduciam scribendi ad uenerationem tuam caritas Christi dedit, quae te fecit humilem corde pietatis et diuitem operibus benedictionis. talis etenim de sanctis fidei tuae diuitiis fama processit, ut ad nos quoque in longinquo positos penetrauerit et auditu gratiae dei tamquam oleo laetitiae impinguauerit ossa nostra. notum enim factum est nobis bonum tuum, quoniam illuminauit dominus uultum suum super te. segregauit te ab utero cognationis et terrae tuae non regione sed spiritu bonae uoluntatis, ut de terrenis opibus fidelem sibi constituat in caelestibus earum participem, de quibus scriptum est: mulieres sapientes aedificauerunt sibi domos. haec autem audientes de tua felicitate caelesti effudimus coram deo corda nostra et in uoce exultationis epulantes diximus: dominus mortificat et uiuificat, deducit ad inferos et reducit. dominus diuites pauperes facit, humiles excelsos facit, quoniam calix in manu domini hunc humiliat et hunc exaltat. quod etsi ad omne mysterium regni pertinere uideatur, attamen et ad tuam specialiter gratiam referri potest, quae magno domini

11] Prou. 14, 1. 13] Ps. 41, 5. I Reg. 2, 6. 16] Ps. 74, 9.

*uxyvψ*. — 1 hieronymus ad marcellam *x*, epistola consolatoria Ihero ad marcellam *ψ*, item hieroim' ad marcellam *y*, eiusdem ad marcellam *v* 3 pietatis *om. u* 4 de] et de *u* 6 impinguarit *xy*, impugnauit *uv* 7 nobis factum est *v* nobis *om. u* illuminauit] humiliauit *uv* 8 et a terre tue *xy* 10 operibus *v* participem] principem *ψ* celesti effundimus (bus — *l.* 12 celesti *om.*) *v* 11 est *om. u* 12 effundimus *y* effudimus corda nostra coram domino *u* 14 *pr.* et *ux*, et dominus *vy*, dominus *ψ* et deducit *v* 15 fecit *ψ*, facit et *u* excelsos facit] exaltat *ψ* 16 sed quoniam *ψ*, quia *Rosw.* 17 quod etsi] quod si *u* uidetur *ψ*

miserentis consilio exaltata es, ut humiliareris, et humiliata es, ut exaltareris.

2. Non enim ignoramus, uenerabilis soror et benedicta filia, tuam praeteritam in hoc saeculo gloriam. nam etiam uidimus te in tempore illo, quo domum tuam regalis affinitas ambiebat, eminere in his honoribus qui destruuntur, quia, etsi ipsi quoque a domino altissimo tribuuntur, quia omnis potestas a deo est, attamen fragiles et caduci sunt qui sub hoc mundo aguntur, cuius figura ut umbra praeterit. unde impensius admiramur gratiam, quae tibi data est, et magnificamus in te dominum, qui te in laboribus hominum posuit et salutifero paternae pietatis uerbere uisitauit, ut in paucis uexatam in multis bene disponeret teste et apostolo: in hoc mundo corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. unde et Dauid ait: corripiet me iustus in misericordia et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. ita et in Salomone scriptum esse sine dubio in studiis spiritualibus posita didicisti, quoniam dominus quem diligit castigat. flagellat autem omnem filium quem recipere dignatur disponendum ad uitam aeternam. de eo et apostolus non confunditur nec atteritur; sed magis gloriatur, et potens fit in infirmitatibus suis. qui ut nos suo confortet exemplo, fatetur et praedicat sibi ipsi, cui etiam usque in tertium caelum patuerat ascensus et quem neque ignea illa rumphaea ab aditu excludere paradisi potuerat, ubi etiam ineffabile omni linguae audierat angelorum; sed tamen ne extolleretur propter excellentiam reuelationum, ita se ipsius, a quo in tantum glorificabatur, domini moderamine gubernatum refert, ut apposito angelo Satanae in stimulo carnis suae

7] Rom. 13, 1. 12] I Cor. 11, 32. 13] Ps. 140, 5. 16] Prou. 3, 12. 17] II Cor. 11, 30.

1 miserantis *uψv* exaltata ē *x* humilieris *uv* es *om. u* exalteris *uv* 3 tuam *om. x* 5 eminebat *xy*, eminentem *ψ* in *om. v* 6 et etsi *Rosw.* 7 caduci et fragiles *Rosw.* 8 aguntur *ψ*, arguuntur *cet.* ut *Rosw.*, uelut *uψv*, uel *xy* 9 ammiramur *ψ* et] at *v* 10 salutiferae *u* 11 uexata *u* 12 et *om. uψ* 13 unde et] et *u s. l. m. 2* 14 in] cum *v* 16 esse] est *x* spiritalibus *uψ* quem dominus *uψv* 17 diligit corripit et flagellat castigat *ψ* 18 eo] quo *v* 21 ipse *ψ* in tertium] interitum *u* coelum usque *x* potuerät *v* 22 illa *om. ψ* rhomphea *xv* ab auditu *u* 23 paradisi excludere potuerat *u*, potuerat paradisi excludere *xψ* ineffabilem *y* angelorum *om. ψ* archanum audierat angelorum *v* 25 in *om. y* 26 sathanę *uxψyv* stimulum *uxvψ*

id est in tribulationem corpoream deprimeretur salubriter, ne inflaretur poenaliter. propter quod, inquit, ter dominum rogaui, ut recederet a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur.

3. Quamobrem cum tali magistro et auctore instructa ad uirtutem patientiae et spem gloriae aeternae confidens esto, filia, sicut esse coepisti, et gloriare in praeteritis passionibus tuis, recolens et illa eiusdem doctoris eloquia. fideliter enim ut conscius arcanorum caelestium contestatur non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. tribulatio enim, inquit, patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris, in qua caritate radicati omnia sustinemus. propterea Dauid ait: diligam te, domine, uirtus mea. dilectio enim domini uirtus salutis est, quia deus dilectio est, et qui manet in caritate in deo permanet. sciens autem et propheta quia momentaneum tribulationis in hoc saeculo immensum perennis gloriae, ut apostolus ait, pondus operatur, sanctus ille rex in psalmo, ut dignus habeatur igniri tentationum examine, dicit: proba me, domine, et tempta me. unde et iterum idem psalmographus noster, quasi paenitens huius gloriae, confitetur cum dicit: priusquam humiliarer, ego deliqui. et quia humiliatione curatus sit, statim dicit: propterea eloquium tuum ego custodiui. ob hoc rursus ipse propheta: da nobis, ait, auxilium de tribulatione; et: uana salus hominis est. est enim uana salus hominum, quae putatur in hac tantum uita

2] II Cor. 12, 8. 9] Rom. 8, 18. 10] Rom. 5, 3. 15] Ps. 17, 2. 16] I Ioh. 4, 16. 17] II Cor. 4, 17. 20] Ps. 25, 2. 22] Ps. 118, 67. 23] Ps. 59, 13.

1 tribulatione corporea *uxψyv*, tribulationem corporis *Lebrun* inflammaretur *u* 2 poenaliter *om. xy*, inaniter *ψ* inquit *u in mg. m. 2* 3 discederet *ψ* dixit] respondit *u* 5 et] atque *u* 6 filia quod esse *u* 7 illa] illa et *uv* 8 ut] et *ψ* 11 autem *om. uxψ* 12 uero *om. u*, autem *ψv* confudit *u* 14 et dauid *ψ* 17 deo *y*, eo *uxψv* manet *uψ* commentaneum *v* 18 immensum] ad immensum *uv* 21 psalmographus idem *uv* quasi *om. x* 22 huius *xy*, huius mundi *ψ*, qui huius *u*, q̃ huius *v* cum dicit] dicens *ψ* 24 ego *om. uvψ* rursum ipse rursus *u* rursum *Rosw.* 25 et] quia *u* 26 *pr.* est *om. ψ* enim] autem *u*

esse mortali, de cuius uanitate homini dicitur: homo sicut fenum dies eius. et quidem, tu sancta filia, etiam documentis edocta es probare sententiam, quia omnis caro fenum, et omnis gloria eius sicut flos feni. aruit fenum, et flos decidit; uerbum autem domini et qui fecerit illud manet in aeternum, sicut ipse dominus manet in aeternum qui est ante saecula. ob hoc uere dictum est: uana salus hominis, quia omnia uana sub caelo. unde et in psalmis habes: uniuersa uanitas omnis homo uiuens.

4. Sed de quo hominum genere ista dicat, in sequentibus docet, de eo scilicet qui uane conturbantur amore diuitiarum suarum, in quas sicut caecae beluae inhiant sine fine cupiendi et congerendi, thesaurizantes in terra et ignorantes cui congregent ea. relinquent, inquit, alienis diuitias suas; et postquam in uanitate defecerint dies eorum, rapti in infernum omnes non domini sed serui diuitiarum suarum, nihil illic inuenient in manibus suis, quia nihil praemiserunt nisi aeternarum merita poenarum. illa autem non uana est salus hominis, de qua dicit: domini est salus, et super populum tuum benedictio tua. et iterum: salus autem iustorum a deo est. ideo et spes in deo posita non confundet sicut salus hominis uana, quia uana non est quae speratur in Christo et confertur a Christo.

5. Ergo quia accepisti auxilium de tribulatione, ne concupisceres humanam diem et uana hominis salute gauderes, gloriare in

1] Ps. 102, 15. 3] Es. 40, 6. 7. 8. 7] Ps. 59, 13. 8] Ps. 38, 6. 12] Ps. 38, 7. Ps. 48, 11. 13] Ps. 75, 6. 17] Ps. 3, 9. 18] Ps. 36, 39. 19] Rom. 5, 5. 22] Ps. 59, 13.

1 mortali esse *Rosw.* cuius uanitate] qua *ψ* hominis *u*, his *v* 3 probate *ψ* eius *om. u* 4 sicut] quasi *u* flos eius *Rosw.* decidit *y*, cecidit *xψv*, decidit *u* (e *m. 2*) 5 fecit *ux* 6 uero *uv* 7 uana omnia *Rosw.* 9 genere hominum *Rosw.* subsequentibus *uv*, consequentibus *ψ* 10 eo] eis *ψ* conturbatur *ux* 11 quas] quo *x* belluae caecae *Rosw.* congerendi] congregandi *u* thesaurisantes *u* 12 congregant *u* eas *Rosw.* relinquunt *u* 13 inquit] enim *u* 17 uana salus est *yψ* dicitur *Rosw.* domini est salus *xy*, dominus: et salus *ψv*, dominus et salus domini *u* et *xy*, *om. uψv* 18 semper *v* populum *om. ψv* tuum *xy*, eius *u*, *om. ψv* benedictione tua *ψ* 19 domino *uψ* confundit *xyv*[2] sicut salus hominis uana quia uana *xy*, sicut salus uana *ψ*, quia salus uana *uv* 20 christo] deo *u* 23 humanam (um) *x* salute hominis *Rosw.*

domino et benedic eum, qui tibi tribuit intellectum, ne in uia peccatorum stare persisteres neque in filiis generationis istius permaneres, quibus non est salus, quia praeualescunt in uanitates suas ueritatis immemores, quia dum confidunt in multitudine diuitiarum suarum, non ponunt deum adiutorium suum. tibi autem facta est sors in hereditate Iacob, et illuminati sunt oculi tui in agnitionem ueritatis, ut intelligeres quia melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. ideo enim misericors et miserator dominus, quia talibus suis praeparat adinuentiones suas ad uitam hominum propagandam, permisit te istius saeculi fluctibus uentisque iactari, ut experta naufragium de cetero similiter periclitari caueres. itaque cuncta quae passa es, sicut intelligis, uulnera quidem corporis tui sed animae remedia fuerunt.

6. In circumcisione cordis fac opera tua, ut gloria tua sit non ex hominibus sed ex deo, qui deponit potentes de sede et exaltat humiles et esurientes implet bonis et diuites dimittit inanes. deus scientiarum dominus uide quanta gloriam tuam recompensatione mutauit, qui te maluit participem caelestium rerum fieri quam ad finem terrestrium permanere, ab humana dignitate transire in regno dei. et quidem multis hominibus huius saeculi uanitate captiuis similia deus auxilia percipiendae in aeternum salutis offerre dignatur, sed plerique superantibus sana consilia diuitiarum delectationibus aut corporum nolunt intelligere, ut bene agant, et malunt lata uia perditionis spatiari cum multis quam angustam semitam inuenire cum paucis. unde et tu beatissima, cui donatum est non indurari pia castigatione sed corrigi neque gloriari in diuitiis sed spem et rem in deo ponere et a sorte diuitum peccatorum, quorum cor ut

1] Ps. 15, 7. (Ps. 1, 1). 3] Ps. 145, 3. Ps. 51, 9. 7] Ps. 36, 16. 9] Ps. 110, 4. 14] Rom. 2, 29. 15] Luc. 1, 52. 17] I Reg. 2, 3. 24] (Matth. 7, 13).

2 stares *yv*, non stares *ux* remaneres *ψ* 3 uanitate sua *ψ* 5 adiutorium (em *m. 2*) *u*, adiutorem *ψ* 9 quia] qui *u* suis *om. x* 10 te *om. xv* 11 experto naufragio *uv* 12 cuncta quae] quecunque *x* 13 sed et *Rosw.* 14 fac *om. uvψ* sit non *y*, non sit *cet.* 15 sit] esset *uvψ* ex hominibus sit *x* 17 quantam *ux* 18 tua *x* coelestium rerum participem *u* 19 ad finem] affinem *x* ab] ut ab *xψ* 20 transires *xψ* in regnum *uvψ* 22 diuitiarum delectationibus aut *xy*, opibus diuitiarum aut *uv*, sollicitudinibus diuitiarum ac *ψ* 25 unde es et tu *fort.* 27 peccatorum] d̄idi (= diuidi) *add. u*

cinis est, quia et cor sicut thesaurum suum in terra demergunt, transire ad pauperum beatorum sortem, quorum formam Christus accepit et factus est refugium pauperi. neque enim diuites sed pauperes beati, quorum esse pronuntiat regnum caelorum.

7. Tuum est ergo nunc in magna gratiarum actione confiteri et psallere domino, cuius, ut audiuimus, habitu et cordis humilitate ornata es, ut linguae et menti tuae Dauitica uerba conueniant: bonum est mihi, quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. adicere etiam quod statim sequitur iure potes: bonum mihi est lex oris tui super milia auri et argenti. elegisti enim ponere thesauros tuos in praecepto altissimi. et ideo dicimus et nos congratulantes tibi in uerbis prophetae: gaude, filia Sion; laetare, filia Hierusalem, et obliuiscere malorum quae tibi de huius saeculi bonis orta sunt, quae elegisti tibi bonam partem, quae non auferetur tibi. nemo enim potest auferre thesauros repositos in sinu Christi neque euertere domum in ipso angulari lapide fundatam. non enim ligno putribili neque stipula fragili aut feno arescente infirmam super arenam aedificium collocasti, sed super immobile fundamentum, quod est Christus, praeter quod aliud fundamentum nemo potest ponere, inconsummandum aedificium argento et auro et lapidibus pretiosis exstruere coepisti in Christo. et quia perficis hoc aedificium, dei enim aedificatio est, ille sapiens architectus insistit operi tuo, ut doceat te percurrere bonum cursum, obliuisci quae retro sunt

3] Ps. 9, 10. (Matth. 5, 3). 7] Ps. 118, 71. 9] Ps. 118, 72. 12] Zach. 2, 10. 14] (Luc. 10, 42). 19] I Cor. 3, 11. 20] (ib. 12). 21] (ib. 9).

1 cinis] coenum *ψ* terram *v* transire *xy*, transi *uvψ* 2 beatorum] pauperum *uv* 3 pauperis *uxyv* enim *om. uvψ* diuites beati sed pauperes *ψ* 4 pręnuntiat *u*, prenuntiat *ψ* 6 cuius *xy*, cui *uv*, cui ita *ψ*, quae ita *Rosw.* et habitu *ψ* corde humilitatis *uvψ* 7 dauidica *uxψ* 8 est mihi *y* 9 adicere] ac diceres *uv* iure potes *xy*, uere poteris *ψ*, *om. uv* 10 est *om. x* lex oris tui est *y* 11 thesauros tuos ponere *Rosw.* in praeceptis *Rosw.* et ideo dicimus et nos *xy*, ideo et nos dicimus *u*, ideo dicimus et nos *vψ* 12 Syon *uxψyv* 13 iherusalem *ψ*, irłm *xv* tibi *om. u* scłi bonis huius *y* 15 aufferetur tibi *ψ* reconditos *ψ* 17 infirmum super *uv*, super infirmam *Rosw.* 18 sed super] ymmo super illud *v*, *om. ψ* super *om. u* immobilis fundamenti *uψ* 19 Christus est propter *u* 20 consummandum *v* aedificium *om. uvψ* auro et argento *uv* 21 et *om. ψ* 22 enim *om. u* 23 cursum bonum *Rosw.*

et extendi ad brauium supernae uocationis, ut apprehendas in quo apprehensa es et accipias coronam iustitiae et diadema gloriae de manu domini, cumque magna dies illa in igne coeperit reuelari, non concremetur opus tuum sapientis ignis examine, sed probetur, nec exstinguatur lumen tuum, sed inter stellas clariores emicet, inter illos qui fulgebunt sicut sol in regno dei et sicut luna in aeternum perfecta, quos iam per diem sol non uret neque luna per noctem. erunt enim permanentes in Hierusalem urbe illa caelesti, cui ipse dominus, ut scriptum est, erit et nomen et lumen.

8. Videntes ergo et praeuidentes in spiritu reuelationis tibi magnam perennium gaudiorum messem florescere, exsultamus in domino et congaudentes fructibus tuis in uoce exsultationis psalmum dicimus: magna opera domini, exquisita inter omnes uoluntates eius. quia in multum abundauere tribulationes eius, superabundauit bonitas eius, quandoquidem te in eorum sorte uocauit perennis laetitiae et hereditate caelesti et in honore regali et consessu superiudiciali. tolerandae sunt hoc saeculo humilitatis passiones, quae tibi pensauit, et tu, benedicta, similiter inter haec uerba consolare, ut et ueterum dolorum obliuiscaris et in praesenti proposito, quo ad opera salutaria eleuasti manus tuas corde perfecto firmata, fiducialiter futurorum bonorum tibi perpetuam felicitatem festiua meditatione promittas teque ipsam in caelo animo gestiente praecurras, et dum corpore

1] (Phil. 3, 13). 3] (I Cor. 3, 13). 6] Matth. 13, 43. Ps. 88, 38. 7] Ps. 120, 6. 8] (Apoc. 21, 23). 13] Ps. 110, 2.

2 accipies *Rosw.* coronam] coronam uite et *xy* 3 cremetur *uv* 4 sopientis *ψ* igne *u* 6 sicut sol *om. u* 7 quos iam *uψyv*, quosdam *x*, quos etiam *Rosw.* exuret *ψ* 8 in irl̃m urbe illa celesti permanentes *ψ* 10 prouidentes *v* magna tibi *u*, magnae tibi *ψ*, magnum tibi *v* 11 messem] praemia esse *u*, esse *v* 11 et exultamus *v* 12 gaudentes *vψ* fluctibus *y* tuis] suis *u* psalmi *uvψ* dicimus] canimus *Rosw.* 13 inter] in *uv* uoluntate *v* 14 in multum] inultum *ux*, multum *ψ* abundauit bonitas eius superabundare tribulationibus tuis quandoquidem *uvψ* 15 in sortem eorum *u* perenni laetitia *uvψ* 16 caelesti] cesti *v* in concessu *uvψ* 17 tollerate sint *ψ* hoc] in hoc *uψ* humilitatis *vψ*, humilitates *uxy Rosw.* passionis *Rosw.* quae a deo recompensabuntur *ψ* 18 inter hec uerba *xy*, in his uerbis *uv*, interim his uerbis *ψ* et ut *x* 19 quo] quod *u* 21 felicitatem perpetuam *u* festina *uy* 22 coelum *Rosw.* animum gestante *ψ* praecurras *Rosw.*, percurras *uxvy*, procures *ψ* in cęlo animo (anime *v*) cęlum gestiente percurras *uv* et] ut *ψ*

moraris in terra, iam ad Christum mente peruenias, dumque Christum conaris imitari et uestigiis eius affigeris, ut depositis oneribus et impedimentis atque compedibus, quibus saeculi huius diuites attinentur, sedentes in tenebris et umbra mortis, tu iam liberata et expedita comiteris dominum maiestatis crucifixum, cuius imaginem non potest portare nisi qui in hoc saeculo nudum se reddiderit et mortuum, ut secundum ipsum dominum dicat: uenit princeps mundi istius et inuenit in me nihil, uel secundum prophetiam Dauid: factus sum inter uiuentes quasi mortuus, ut sit inter mortuos liber possitque iuxta apostolum dicere: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, quae facta es sicut gloriosa Iudith inter uirtutes pudicitiae meritis uiduitatis incorruptae potens, sicut et Anna uenerabilis in ieiuniorum castimonia et orationum instantia nocte ac die permanens.

## EPISTVLA II.

### Ad Celanciam.

1. Vetus scripturae celebrata sententia est esse pudorem, quo gloria inuenitur et gratia, et esse rursus pudorem, qui solet parere peccatum. cuius dicti ueritas quamquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi tamen nescio quo modo in praesenti causa propius innotuit. prouocatus enim ad scribendum litteris tuis, quae miris hoc a me obsecrationibus flagitabant, diu, fateor, de re-

4] Ps. 87, 7. 106, 10. 7] Ioh. 14, 30. 8] Ps. 87, 6. 10] Gal. 2, 20. 17] (Eccli. 4, 25).

2 uestigio *ψ* ut *om. ψ* honoribus *xyv* 4 et (*ante* expedita) *om. v* 6 reddiderit *xy*, reddat *uv*, reddit *ψ* 7 ut] et *u* uenit] enim *add. Rosw.* istius] huius *uψ* 8 in me nihil (unquam *add. u*) inuenit *uv* pphiam *xy*, prophetam *uvψ* 9 sit *uxy*, sic *vψ* libera possis *ψ* 11 uiuit] finuit *x* uero] autem *ψ* quę *xy*, quia *ψ*, *om. uv*, gaude quia *Rosw.* es *om. v* iudith] uidit *u* 12 irruptae *ψ* 13 orationi instans *ψ* et *om. Rosw.* nocte ac die permanens *xy*, nocte et die permanente *u*, nocte et die permane *v* die ac nocte *ψ*

Epła Ihero exhortatoria ad cellanciam et ne uxor maritum dimittet causa religionis sine illius consensu *ψ*, XIIII epła bt̄i hieronimi (Ieronimi *x*) ad celanciam *xy*, eiusdem ad celanciam *v* 17 celebrata *om. ψ* 18 inueniatur *ψ* rursus] prorsus *ψ* soleat *ψ* 20 ipsam *x* comodo *v* 21 proprius *ux¹yv*

sponsione dubitaui silentium mihi imperante uerecundia. cui tamen fortissime resistebat et uim faciebat precum tuarum fidelis ambitio, pugnabatque acriter cum haesitatione mea humilitas obsecrantis et magna quadam fidei uiolentia oris claustra pulsabat, cumque sic animum in utroque nutantem cogitatio diuersa libraret, paene pudor exclusit officium. sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia armauit ad depellendam inutilem uerecundiam et damnosum silentium resoluendum, cum utique ipsam scribendi causam tam honestam uiderem esse, tam sanctam, ut peccare me crederem, si tacerem, illud mecum scripturae reputans: tempus tacendi et tempus loquendi, et iterum: ne retineas uerbum in tempore salutis, et illud beati Petri: parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem.

2. Petis namque et sollicite ac uiolenter petis, ut tibi certam ex scripturis sanctis praefiniamus regulam, ad quam tu ordines cursum uitae tuae, ut cognita domini uoluntate inter honores saeculi et diuitiarum illecebras morum magis diligas supellectilem atque ut possis in coniugio constituta non solum coniugi placere sed etiam ei, qui ipsum coniugium indulsit. cui tam sanctae petitioni tamque pio desiderio non satisfacere quid aliud est quam profectum alterius non amare? parebo igitur precibus tuis teque paratam ad implendam dei uoluntatem ipsius nitar incitare sententiis. idem enim uerus omnium dominus ac magister, qui nos et placere sibi iubet et docet quo modo placere possimus. ipse itaque te informet, ipse te doceat, qui interroganti in euangelio adolescenti quid faceret, ut uitam mere-

10] Eccli. 3, 7. 11] Eccli. 4, 28. 12] I Pet. 3, 15. 23] (Matth. 19, 17).

2 resistebam ψ 4 quadam fidei] quodam modo ψ sic] sane ψ 5 utrumque ψ uibraret *x* pudoris ψ 6 sapientie ψ 7 pellendam ψ 8 uiderim *u* 9 esse] esse et ψ me ψ, me omnino *uxv*, omnino me *y* crederim *u* scripturae mecum ψ 10 loquendi et tempus tacendi ψ 11 ne] nec *u* 12 possenti uos redere rationem *v* 14 uiolenter] uigilanter *uv* petis] poscis ψ 15 sanctis *om.* ψ parfiniamus $x^1$ 16 ut *xy*, et *uv*ψ honorem *u*ψ*y* secuti honores *v* 18 constituta *om. v* ei *om.* ψ 19 ipsum *om. u* coniugium indulserit *v*, indulsit coniungium *u* 21 igitur] ergo ψ domini *uv*ψ 22 ipsius] iam piis ψ idem] est *add.* ψ et omnium dominus et magister *u* 23 nos et *ux*ψ, nos *yv* placere *om. u* 24 ei placere *xyv*, placere ei *u* possumus *u* 25 uitam eternam mereretur ψ, mereretur uitam aeternam *u*

retur aeternam, diuina continuo mandata proponit, ostendens nobis eius uoluntatem esse faciendam, a quo speramus et praemia; propter quod alio testatur loco: non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. quo manifeste illud ostenditur nos non sola dei confessione tanti praemii magnitudinem promereri, nisi fidei et iustitiae opera coniuncta sint.

3. Qualis est enim illa confessio, quae sic deum credit, ut eius pro nihilo ducat imperium? aut quomodo ex animo ac uere dicimus, domine domine, si eius quem dominum confitemur praecepta contemnimus? unde ipse in euangelio dicit: quid autem uocatis me, domine domine, et non facitis quae dico? et iterum: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. et rursum loquitur per prophetam: filius honorificat patrem, et seruus dominum suum timebit, et, si pater sum ego, ubi est honor meus? et si dominus ego sum, ubi est timor meus? ex quo apparet nec honorari ab eis dominum nec timeri, qui eius praecepta non faciunt. unde expressius ad Dauid dicitur, qui peccatum admiserat: et pro nihilo duxisti dominum, et ad Heli sermo fit domini: qui honorificat me, honorificabo eum; qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur.

4. Et nos securo ac bono animo sumus, qui per singula quaeque peccata inhonorantes deum clementissimum dominum ad iracundiam prouocamus eiusque imperia superbissime contemnendo in tantae maiestatis imus iniuriam? quid enim umquam tam superbum, quid

3] Matth. 7, 21. 12] Luc. 6, 4. 13] Matth. 15, 8. 15] Mal. 1, 6. 21] I Reg. 2, 30.

1 ostendit *ψ* 2 uoluntatem eius *y* 3 mihi dicit *x* 4 sed—in regnum caelorum *om. xv* 6 illud *om. u* 7 et *om. xyv* 9 enim est *Rosw.* deo *ψ* pro nihilo eius ducat *u* 10 quomodo *om. uxv* modo *om. ψ* ex] aut ex *y* ac *ψ*, aut *uxy*, *om. v* 14 eorum] erat *ψ* 16 time *Rosw.* sum ego *xy*, ego sum *uvψ* ubi—sum *om. u* 17 est *om. Rosw.* 18 dominum *om. uv* 19 non *om. ψ* ad dauid expressius *uv* peccatum] peccatum non *u* 20 duxistis *x* dominum] deum *uyv* hely *ψy* fit sermo *Rosw.* 21 domini] domini dicens *uψ* 22 rediguntur *ψ* 23 securo et bono animo *x*, securo animo ac bono *u* quaeque] quoque *x*, quaeque dei *ψ* 24 peccata] praecepta *ψ* 25 imperium *ψ*

uero tam ingratum uideri potest quam aduersus eius uiuere uoluntatem, a quo ipsum uiuere acceperis? quam illius praecepta despicere, qui ideo aliquid imperat, ut causas habeat remunerandi? neque enim obsequii nostri deus indiget, sed nos illius indigemus imperii. mandata eius desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum nimis et dulciora super mel et fauum, quoniam in custodiendis illis retributio multa. et ideo nobis irascitur, idcirco magis illa immensa dei bonitas offenditur, quia eum per tanti etiam praemii detrimenta contemnimus nec solum imperia sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. unde saepe, immo semper illa nobis domini est reuoluenda sententia: si uis ad uitam uenire, serua mandata. hoc enim tota nobiscum lege agitur; hoc prophetae, hoc apostoli docent; hoc a nobis et uox Christi et sanguis efflagitat, qui ideo pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant sed ei, qui pro illis mortuus est. uiuere autem illi non aliud est quam eius praecepta seruare, quae nobis ille quasi certum quoddam dilectionis suae pignus seruanda mandauit. si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate, et qui habet mandata mea et seruat ea, ille est qui diligit mę, ac rursus: si quis diligit me, sermonem meum seruabit; et pater meus diliget eum, et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus. qui non diligit me, sermones meos non seruat. grandem uim obtinet uera dilectio. et qui perfecte amatur, totam sibi amantis uindicat uoluntatem, nihilque est imperiosius caritate. nos si uere Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis uelle, nihil omnino debemus agere quam quod illum uelle cognoscimus.

4] Ps. 18, 11. 11] Matth. 19, 17. 13] II Cor. 5, 15. 17] Ioh. 14, 15. 21.

2 accepisti *u* 4 imperio *v* mandata] mandata enim *xψy* 6 nimis] multum *Rosw.* 7 iccirco *u* 8 illa immensitas illa *uxyv* dei] cum *v* eam *uxψ* per tanti] imperanti *v* 9 detrimenta] determinata *ψ* nec] non *ψ* 10 ducimus] ducentes *ψ* unde feruenti animo sepe domini nobis reuoluenda sententia est *ψ* 11 peruenire *v* mandata] mandata dei *u* 13 flagitat *ψ* 14 omnibus] nobis *ψ* est *om. v* ut *om. ψ* 15 pro eis *u*, pro ipsis *ψ* est aliud *ux* 16 quoddam certum *ψ* 17 lectionis *v* seruandum *ψ* mandauit] mandauit dicens *uψ* inquit *om. ψ* 18 et qui habet—seruat ea *om. xy* 19 ille] at ille *xy* est qui] enim *v* rursus] rursus ait *ψ* si *om. u* quis] qui *u* 22 grande *v* 23 totum *ψ* 24 nichilque *xyv*, nihil *uψ* 25 si nos eius *u*, si eius nos *vψ* uelle] uelle homini *ψ* 26 agere *om. u* illum] ipsum *u*

5. Duo autem sunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iustitia; prohibendi unum est, iubendi alterum. ut enim mala prohibentur, ita praecipiuntur bona. ibi otium imperatur, hic studium; ibi coercetur animus, hic incitatur; ibi fecisse, hic non fecisse culpabile est. unde propheta dicit: quis est homo qui uult uitam et cupit uidere dies bonos? prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. declina a malo et fac bonum, et beatus apostolus: odientes malum, adhaerentes bono. hoc itaque duplex diuersumque praeceptum, prohibendi scilicet et imperandi, aequo omnibus iure mandatum est. non uirgo, non uidua, non nupta ab hoc imperio libera est. in quouis proposito, in quouis gradu aequale peccatum est uel prohibita admittere uel iussa non facere. neque uero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt quae potissimum dei mandata contemnant quaeue quasi uilia ac parua despiciant nec metuunt, ne secundum diuinam sententiam minima contemnendo paulatim decidant.

6. Stoicorum quidem est peccatorum tollere differentiam et delicta omnia paria iudicare nec ullum inter scelus et erratum discrimen facere. nos uero etsi multum inter peccata distare credimus, quia et legimus, tamen satis prodesse ad cautionem dicimus etiam minima timere pro maximis. tanto enim facilius abstinemus a quocumque delicto, quanto illud magis metuimus, nec cito ad maiora progreditur qui etiam parua formidat. et sane nescio an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in dei contemtum admittitur. estque ille prudentissimus,

5] Ps. 33, 13. 14. 15. 8] Rom. 12, 9.

2 ut] sicut *ψ* 3 imperatur] operatur *ux* 4 ibi *ψ*, hic *uxyv* fecisse hic] fecisse illic *u* 5 unde et *Rosw.* unde—quis est *om.* *ψ* uelis *ψ* cupis *ψ* 6 dies uidere *uψ* labia tua] linguam tuam *ψ* 8 apostolus] apostolus ait *ψ* mala *x* 10 aequo] ex quo *x* 11 libera] secura *ψ* 13 quae] ut *ψ* potissimum dei *om.* *ψ* 14 contemnant] faciant *Rosw.* quae uel *ψ* ac] et *uψ* despiciunt *ψ* 15 sententiam] praesentiam *xv* 17 est quidem *u* delicta] delicta prauis *ψ* 18 paria *om.* *ψ* uindicare (al' indicare) *x*, uindicare *ψ*, uendicare *y* erratum] iratum *ψ* 19 distare inter peccata *ψ* quia] qui *xy* 20 ad cautionem prodesse *u* timere pro maximis (proximis *y*, pro maximus *u*, promaximis (al' psummis) *x*) *xyψ*, timere pro maximis cauere *v*, pro maximis cauere *u* 21 a quocumque delicto *om.* *ψ* 22 quanto] quo *ψ* magis illud maius metuimus *ψ* 23 possumus *u* 24 estque] et quia *u* ille *om.* *ψ*

qui non tam considerat quid iussum sit quam illum qui iusserit nec quantitatem imperii sed imperantis cogitat dignitatem.

7. Aedificanti itaque tibi spiritualem domum non super leuitatem arenae sed supra soliditatem petrae innocentiae inprimis fundamenta ponantur, supra quae facilius possis arduum culmen iustitiae erigere. maximam enim partem aequitatis impleuit qui nulli nocuit, beatusque est qui potest cum sancto Iob dicere: nulli nocui hominum, iuste uixi cum omnibus. unde audenter ac simpliciter loquebatur ad dominum: quis est qui iudicetur mecum? id est quis tuum aduersum me potest implorare iudicium, ut se laesum a me conuincat? purissimae conscientiae est secure canere cum propheta: perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae. unde idem alibi dicit: non fraudauit deus bonis eos, qui ambulant in innocentia. itaque malitiam odium atque inuidiam, quae uel maxima uel sola semina sunt nocendi, Christiana a se anima propellat neque manu tantum aut lingua sed corde quoque custodiat innocentiam nec modo opere sed uoto etiam nocere formidet. quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit et qui nocere disposuit. multi nostrorum illum absolute atque integre definiunt innocentem, qui ne in eo quidem nulli noceat, quod prodesse desistat. quod si uerum est, tum demum laetare de innocentiae conscientia, si, cum potes, adiuuare non desinas; sin uero diuisa inter se ista atque distincta sunt aliudque est non nocere, quod semper potes, aliud prodesse, cum possis,

7] Iob 27, 6. 9] Iob 13, 19. 11] Ps. 100, 2. 13] Ps. 83, 13.

1 quod *Rosw.* 2 dignitatem] diuinitatem *ψ* 3 tibi *om. ψ* spiritalem *u* supra *ψ* 4 arenae] harere *v* super *ux* petrae soliditatem *ψ* petrae *om. x* fundamentum ponatur *ψ Rosw.* 5 super quod *Rosw.* possis] ualeat messis *ψ* iustitiae culmen surgere *ψ* 6 beatus qui (que est *om.*) *ψ* 7 hominum nocui *ψ* 8 audacter *ψ* ac *ux* 9 dominum] eum *ψ* est] ille *add. Rosw.* qui iudicet me *ψ* id est quis suum *v, om. ψ* 10 aduersum] conquestus aduersum *ψ* ut] et *ψ* a me] a me esse *ψ* 12 meae] tue *x* 13 idem *om. ψ* 13 fraudabit *ψ* eos] eius *y* eos deus bonis *u* 14 inuidiam odium atque malitiam *ψ* 15 sunt uel sola sunt semina *ψ* propellat anima *u*, aĩa a se aĩa propellat *v* 17 opere modo *Rosw.* formidat *u* 18 qui et *ψ*, qui *y* nostrorum] nomen *ψ* 19 illum] illud *uvψ* diffiniunt *uxψyv* innocentem *om. uv* ne] nec *ψ, om. u* 20 nulli *uxψy*, non nulli *v*, ulli *Rosw.* *pr.* quod] quo *ψ* est uerum *u* 22 sin] si *xψ* ista *om. ψ* 23 quod] cum *u*

aliud malum non facere, aliud operari bonum: illud tibi rursus occurrat non sufficere Christiano, si partem unam impleat cui utraque praecipitur.

8. Neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quae nullam morum disciplinam sequens, nullum uiuendi tenens ordinem non tam ratione ducitur quam quodam impetu fertur. nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem uitam agunt et aliud professione, aliud conuersatione testantur atque, ut apostolus ait, deum confitentur se nosse, factis autem negant. inter Christianum enim atque gentilem cum fides tum debet etiam uita distinguere et diuersam religionem per diuersa opera monstrare. noli, ait apostolus, iugum ducere cum infidelibus. quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infidele? qui autem consensus templo dei cum idolis.

9. Sit ergo inter nos atque illos maxima separatio. distinguatur certo discrimine error et ueritas. illi terrena sapiant, qui caelestia promissa non habent; illi breui huic se uitae totos implicent, qui aeterna nesciunt; illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant; illi seruiant uitiis, qui non sperant praemia futura uirtutum. nos uero, qui purissima confitemur fide omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum, procul esse

9] Tit. 1, 16. 11] II Cor. 6, 14. 23] II Cor. 5, 10.

1 malum *om.* ψ rursum *u*ψ occurrit ψ 2 unam partem iustitie ψ, unam iusticię partem *xyv*, partem unam iustitiae *u*; iustitiae *deleui* utrumque ψ 4 debemus *om.* *uv* exempla] exempla decet *u* ad multitudinem hominum malam (exempla *om.*) ψ quae] qui ψ 5 nullam morum *Rosw.*, nullam horum *xyv*, nulla horum *u* nullam — sequens *om.* ψ tenet ψ, tenens *om.* *u* 7 illi *om.* ψ sunt nobis illi *u* gentilem] gentilium ψ 9 se confitentur *u*ψ nosce *v* 10 enim *om.* ψ atque] et ψ cum *x*, tum *xy*, non *u*ψ tum debet *xyv*, tantum debet sed *u*ψ 11 nolite *u*ψ 13 iustitiae *om.* *u* 14 aut quae — Belial *om.* *v* 15 fidelis *v* infideli *uv*ψ autem *om.* *u* templi *u* 16 dei *om.* *u* 17 sit ergo] si autem ψ inter] in *v* nos] uos *u* atque] et *u*ψ distinguitur ψ, disiungitur *Rosw.* 18 sapiunt *xy* promissa celestia ψ 19 uite huic se ψ eternam ψ, terrena *u* 20 nesciunt] nesciunt uitam ψ metuunt $y^1$ 21 seruiunt $y^1$ futura praemia *uv* 22 uero *om.* ψ purissima purissima *v* 24 corporis] sui *add.* *u*ψ

debemus a uitiis; qui enim sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. nec turbam sequantur errantem qui se ueritatis discipulos confitentur.

10. Duas certe conuersationis uias et distincta in diuersum itinera uiuendi in euangelio saluator ostendit: quam, inquit, spatiosa uia quae ducit ad mortem, et multi sunt qui intrant per eam, et rursum: quam arta uia quae ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. uide quanta inter has uias separatio sit quantumque discrimen. illa ad uitam, haec tendit ad mortem; illa celebratur et teritur a multis, haec uix inuenitur a paucis; illa enim uitiis per consuetudinem quasi decliuior ac mollior et uelut quibusdam amoena floribus uoluptatum facile ad se rapit commeantem multitudinem; haec uero insueto calle uirtutum tristior atque horridior ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est quam utilitas mansionis. asperam enim nobis et insuauem uirtutum uiam nimia effecit consuetudo uitiorum, quae si in partem alteram transferatur, inueniet, sicut scriptura dicit, semitas iustitiae leues. ponamus ergo iam rationem uitae nostrae et per quam potissimum gradiamur uiam conscientia teste discamus. omne enim quod agimus, omne quod loquimur aut de lata aut de angusta uia est. si cum paucis angustum iter et subtilem quandam semitam inuenimus, ad uitam tendimus; sin uero multorum comitum comitamur uiam, secundum domini sententiam imus ad mortem.

11. Si igitur odio atque inuidia possidemur, si cupiditati et auaritiae cedimus, si praesentia commoda futuris praeferimus, per spatio-

1] Gal. 5, 24. 5] Matth. 7, 13. 7] ib. 14. 16] Prou. 2, 20.

1 uitiis] dicente apostolo *add.* *uψ* enim] autem *ψ* 2 sequuntur *xy*, sequitur *ψ* 4 diuerso itinere *ψ* 5 saluator in euangelio *u* ostendit] ostendit dicens *ψ* quam laeta et spatiosa uia est quae *ψ* 7 uia et angusta est *u*, arta et angusta uia est *ψ* 8 inueniant *x* quantum *ψ* 9 uitam] mortem *u* haec] istam *ψ* ad mortem tendit *ψ* mortem] uitam *u* celebratur] celebratur a pluribus *ψ* 10 teritur] tenetur *ψ* per] quasi per *xy* 12 commeantium *uψ* 13 horridior] horridior uidetur *ψ* hiis *v* diligitur *ψ* 14 mansioris *y* 15 enim *om.* *ψ* nobis *om.* *v* effecit *uyv*, facit *xψ* 16 uitiorum consuetudo *Rosw.* transferas *u* inueniet *xy*, inuenietur *ψ*, inuenies *u*, inueniat *v* 17 semita *ψ*, semitam *u* leuis *ψ*, lenem *u* 18 iam rationes *v*, rationem iam *u* et *om.* *ψ* potissime *x* 19 discimus *ψ* enim *om.* *ψ* quod] quodcunque *ψ* omne quod—de lata *om.* *ψ* 21 sin *yvψ*, si[n] ([n] *m. 1*) *x*, si *u* 22 comitum imus uiam *coni.* *Lebrun* 24 cupiditate et auaritia *ψ* 25 cedimur *ψ*, credimus *u*

sam uiam incedimus; habemus enim ad haec comitem multitudinem et late similium stipamur agminibus. si iracundiae libidinem explere uolumus, si iniuriam uindicare, si maledicenti maledicimus et aduersum inimicum inimico animo sumus, aeque cum plurimis ferimur. si uel adulamur ipsi uel adulantem libenter audimus, si uero gratiam impendimus et magis offendere timemus animos hominum quam non ex animo loqui, de multorum item uia sumus. tot nostri socii quot extranei ueritatis. at e contrario, si ab his uitiis extranei sumus, si purum ac liberum praesentamus animum et omni cupiditate calcata solis studemus diuites esse uirtutibus, per angustam uiam nitimur; conuersatio enim ista paucorum est estque perrarum atque difficile idoneos itineris comites reperire; quin etiam multi hac ire se simulant et per diuersa errorum diuerticula ad uiam multitudinis reuertuntur. adeo timendum est ne, quos duces recti huius itineris habere nos credimus, eos comites habeamus erroris.

12. Si igitur inueniuntur exempla, quae nos per hanc ducant uiam ad uitam et rectum euangelii tramitem teneant, sequenda sunt; sin uero ea uel deficiunt uel deficere putantur, apostolorum forma uniuersis proposita est. clamat uas electionis nosque quasi ad angustum hoc iter conuocat dicens: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. certe, quod est amplius omnibus, ipsius domini reluce-scit exemplum, qui in euangelio ait: uenite ad me omnes qui la-

20] I Cor. 4, 16. 11, 1; Phil. 3, 17. 22] Matth. 11, 28.

1 incedimus uiam *ψ* ad hoc *u* comitum *ψ* 2 iracundiam *uψ* libidinemque implere *u* 3 remaledicimus *ψ* aduersus *ψ* 4 simus *x* pluribus *ψ* 5 audiuimus *v* uerum dicere gratia *ψ* impedimus *v*, impedimur *ψ* 6 et] hominum et *ψ* timemus animos hominum *y*, timemus hominum animos *x*, animos hominum timemus *uv*, homines *ψ* 7 loqui] loqui domino *ψ* de *om. ψ* uia sumus] uias imus *ψ* nostri] sunt *add. Rosw.* ocii *x* 8 at *om. ψ* his] omnibus *add. uvψ* omnibus his uiciis *u* uitiis] uitiis uacui *ψ* sumus extranei *uv* extranei *om. ψ* 9 praestamus animum *ψ* 11 paucorum ista est que *v* perrarum] perrarum est *u*, rarum *v* idoneos] et unius *ψ* 12 huius itineris *uψ* reperit *v* ac *v* 13 multitudinis diuertuntur adeo *x* ideo *ψ*, ideoque *u* 14 huius recti *u* 16 hanc] hanc uiam (uitam *u*) *uv* uiam ad uitam *scripsi*, ad uitam *uxyv*, uiam *ψ* 18 deficiunt] diffiniunt *ψ* definere putant *ψ* uniuersis] cunctis *ψ* 19 posita est *ψ* electionis] paulus *add. uψ* nos quoque *x*, nobisque *ψ* 20 hoc] hac *ψ* conuocans *uxv*, commeans *ψ* dicens *y*, dicit *cet.* ad hoc iter angustum conuocans et *u* sicut] sic *u* 21 relucet *uψ* 22 omnes *om. u*

boratis et onerati estis, et ego uos requiescere faciam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. si periculosum est imitari illos, de quibus dubitas an imitandi sint, hunc certe imitari tutissimum est atque eius uestigia insequi, qui dixit: ego sum uia ueritas et uita. numquam enim errat imitatione qui sequitur ueritatem, unde et Iohannes: qui dicit se, inquit, in Christo manere, debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. beatus Petrus ait: Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiae uiueremus.

13. Cesset omnis excusatio errorum, auferantur peccandi foeda solatia. nihil omnino agimus qui nos per multitudinis exempla defendimus et ad consolationem nostri aliena saepe numerantes uitia deesse nobis dicimus quos debeamus sequi. ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur imitandum. atque ideo praecipua tibi cura sit legem nosse diuinam, per quam potes quasi praesentia cernere exempla sanctorum et quid faciendum quidue uitandum sit illius consilio discere. maximum enim ad iustitiam auxilium est implere diuinis eloquiis animum et quod opere exequi cupias semper corde meditari. rudi adhuc populo et hominibus ad oboedientiam insuetis per Moysen imperatur a domino, ut in signum memoriae, qua praecepta domini recordentur, per extremitates uestimentorum fimbrias habeant easque cocco hyacin-

5] Ioh. 14, 6. 6] I Ioh. 2, 6. 8] I Pet. 2, 21. 26] (Num. 15, 38).

1 faciamus *x* requiescere faciam uos *u*, uos reficiam ψ tollite— super uos *om. u* 3 illos imitari *u* 4 est *om. v* 5 sequi *u*ψ et ueritas (et uita *om.*) *v* 6 imitatione qui *xy*, imitator qui *v*, imitatio que *u*ψ, qui *Rosw.* iohannes *y*, sanctus iohannes ait ψ, apostolus iohannes dicit *u*, iohannes dicit *x*, sanctus iohannes *v* 7 inquit *om. u*ψ 8 et beatus *u*ψ pro nobis *v* 10 dolus inuentus est *y* 11 maledicebat *in* male dixit *corr. u m. 2* 12 autem] enim *xy* 13 nostra] uestra *u* ipse *om. u* pertulit ipse *x* 14 uiuamus *u*ψ 15 foeda peccandi *u* 17 nostram *u* 18 sequi debeamus ψ mittimus *xy*, nitamur ψ 19 tibi praecipua *v* 20 potes *v*, putes *xy*, possis *u*ψ 21 et *om. u* sit quidue uitandum *u*ψ disce *u* 22 maxime *u*ψ enim ad—est *om. u*ψ 23 meditare *u* 26 per singulas uestimentorum *u*ψ coco *xy*, toto *v*, torta *u*ψ iacintini *xyv*, iacinctini *u*ψ

thini coloris insigniant, ut etiam casu huc illucue respicientibus oculis mandatorum caelestium memoria nascatur, de quibus fimbriis Pharisaei redarguuntur a domino, quod eas peruerso usu non ad commonitionem praeceptorum dei sed ad ostentationem sui habere coeperint, ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia sancti a populo iudicarentur.

14. Tibi uero seruanti non iam litterae praecepta sed spiritus diuinorum mandatorum memoria spiritualiter excolenda est, cui non tam frequenter recordanda sunt praecepta dei quam semper cogitanda. sint ergo diuinae scripturae semper in manibus et iugiter mente uoluantur. nec sufficere tibi putes mandata dei memoria tenere et operibus obliuisci; sed ideo illa cognosce, ut facias quicquid faciendum didiceris; non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. latus quidem et immensus diuinae legis campus extenditur, qui diuersis testimoniis ueritatis uelut caelestibus quibusdam floribus uernans, mira oblectatione legentis animum pascit ac refouet. quae cognoscere omnia secumque reuoluere semper ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est. sed quasi ad compendiosum locum quoddam commonitorium illa tibi euangelii eligenda sententia est et superscribenda cordi tuo, quae ad totius iustitiae breuiarium dominico ore profertur: omnia quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis. cuius praecepti uires exprimens iungit ac dicit: haec est enim lex et prophetae. infinitae namque sunt species partesque iustitiae, quas non modo stilo persequi sed cogitatione etiam capere difficillimum est; quas omnes breui hac

4] (Matth. 23, 5). 13] Rom. 2, 13. 21] Matth. 7, 12.

1 insigniant *xy*, signiant *v*, insignis *uψ* huc illucque casu *ψ* illucque *uxψ* 3 redarguuntur] denotantur *xv* 4 praeceptorum—ostentationem *om. ψ* ostentionem *u* ceperant *uψ*, ceperunt *v* 5 maioribus obseruationibus *ψ* diligentia *om. ψ* populis *ψ* 7 seruandi *u* iam] tam *u*, *om. ψ* iam seruanti non *v* precepta littere *ψ* 8 spiritaliter excolenda sit *u* 9 domini *uψ* recogitanda *uψ* sint *om. xy* 10 tuis et iugiter in *Rosw.* 11 nec] ne *ψ* 12 cognoscere *uψ* 14 immensus est *ψ* 15 qui] que *ψ* et uelut testibus quibusdam (caelestibus *om.*) *ψ* 17 ac] atque *v* omnia semper cognoscere *u* secumque semper *ψ*, secumque *u* 19 locum *om. ψ* 20 est que superans (scribenda—quae ad) *om. ψ* domini *uψ* 22 uires] iuris *ψ* exprimens—prophetae *om. ψ* 23 est *om. u* 24 namque *om. ψ* prosequi *xψ* 25 breuis *ψ* breui hac una *scripsi*, breui ac una *xy*, una ac breui *uvψ*

una sententia comprehendit et latentem hominum conscientiam secreto animi iudicio aut absoluit aut damnat.

15. Ad omnem igitur actum, ad omne uerbum, ad omnem etiam cogitatum haec sententia retractetur, quae tibi quasi per speculum quoddam paratum et ad manum semper positum qualitatem tuae uoluntatis ostendat atque etiam uel de iniusto opere coarguat uel de iusto laetificet. quotienscumque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero seruari cupis, aequitatis uiam tenes; quotiens uero talis erga alterum fueris, qualem in te uis neminem, iter iustitiae reliquisti. en totum illud arduum diuinae legis totumque difficile, en ob quam dura imperia domino reclamamus et dicimus nos uel difficultate uel impossibilitate mandatorum premi. nec sufficit quod iussa non facimus, nisi etiam iubentem iniustum pronuntiemus, dum ipsum aequitatis auctorem non modo dura et ardua sed impossibilia etiam praecepisse conquerimur. omnia, inquit, quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis. coniungi uult inter nos atque conecti per mutua beneficia caritatem omnesque homines uicario inter se amore copulari, ut id unoquoque praestante alteri, quod sibi ab omnibus praestari uelit, tota iustitia et praeceptum hoc dei communis sit utilitas hominum. et o miram clementiam! o ineffabilem dei benignitatem! praemium nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, id est si nobis ea praestemus inuicem, quorum uicissim indigemus; et nos superbo simul et ingrato animo eius renitimur uoluntati, cuius etiam imperium beneficium est.

16. Nulli umquam omnino detrahas et aliorum uituperatione te laudabilem uideri uelis, magisque uitam tuam ornare disce quam alienam carpere. ac semper scripturae memor esto dicentis: noli diligere detrahere, ne eradiceris. pauci admodum sunt qui huic uitio renun-

15] Matth. 7, 12. 27] Prou. 20, 13.

3 ad omnem — *l.* 10 reliquisti *om.* *ψ* 4 per *om.* *uv* 6 atque] ac *u* iusto *u* redarguat *u* 8 ab altero in te *u* 10 dereliquisti *Rosw.* illud *om.* *ψ* diuinae legis arduum *uψ* en ob q̃ *v*, inquam *ψ* 11 quam] causam *add.* *u* domini *v* 12 etiam impossibilia *uψ* 15 quaecumque inquit *ψ* 19 iustitia] iusta *xy*, uis ista *v* hoc] hoc est *u* 20 utilitatis *v* clementiam $\overset{\text{dei}}{\text{domini}}$ *u*, clementiam domini *ψ* 21 dei *om.* *x* nobis *om.* *u* mutuo *xyv*, inuicem *uψ* 22 nobis *om.* *u* 23 superbissimo *uψ* eius *om.* *x* 24 etiam *om.* *uψ* 25 et *xyv*, nec *uψ* 26 uider̃ *u* tam uitam *y*, tuam uitam *uvψ* ornare *xyv*, ordinare *uψ* 27 ac] et *ψ* 28 admodum] etenim *xy*

18. Sit igitur animus intentus ac uigilans et aduersus peccata semper armatus, sermo in omnibus moderatus ac parcus et qui necessitatem magis loquendi indicet quam uoluntatem. ornet prudentiam uerecundia, quodque praecipuum in feminis semper fuit, cunctas in te uirtutes pudor superet. diu ante considera quid loquendum sit, et adhuc tacens prouide, ne quid dixisse paeniteat. uerba tua ponderet cogitatio et linguae officium animi libra dispenset; unde scriptura dicit: argentum et aurum tuum confla et uerbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos et attende, ne forte labaris lingua. numquam maledictio ex ore tuo procedat, quae ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere. misericordes, inquit, humiles, non reddentes malum pro malo neque maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes.

19. Mentiri uero atque iurare lingua tua prorsus ignoret, tantusque in te sit ueri amor, ut quicquid dixeris iuratum putes; de quo saluator ad discipulos ait: ego autem dico uobis, non iurare omnino, et paulo post: sit autem sermo uester est est, non non; quod autem his abundantius est, a malo est. in omni igitur actu omnique uerbo quieta mens et placida seruetur, semperque cogitationi tuae dei praesentia occurrat. sit humilis animus ac mitis et aduersus sola uitia erectus; numquam illum aut superbia extollat aut auaritia inflectat aut ira praecipitet; nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quae in dei habitaculum praeparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata uirtutibus. ideo et templum dei sanctorum corda dicuntur affirmante apostolo, qui ait: si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus; templum enim dei sanctum est, quod estis uos.

8] Eccl. 28, 29. 11] I Pet. 3, 9; Rom. 12, 17. 17] Matth. 5, 34. 18] ib. 37. 27] I Cor. 3, 17.

1 sit] sic *u* animus tuus *post* armatus *l.* 2 *ponunt* *u*ψ 2 moderatus in omnibus *v* 3 loquendi magis *u* prudentiam] pudicitiam *v* 4 uerecundia que precipue ψ 8 tuum *om.* *u* et *om.* *u*ψ facite *u* 10 lingua] in lingua *u*ψ uerbum malum de ψ, malum uerbum de *u* 12 inquit] modesti *add.* *u*ψ 13 sed] et *u* 16 ueri] ueritatis *u*ψ iuramentum *v* 18 *alt.* non *om.* ψ 20 omnique *xyv*, atque *u*ψ placita ψ 21 animus tuus *u* et mitis ac *u*, ac mentis et *v* 22 aut auaritia inflectat *om.* ψ 23 nihil denique pulchrius *om.* ψ 25 quem] quae *u* 26 templa *u* 27 quis] quis autem ψ

20. Nihil habeas humilitate praestantius nihilque amabilius; haec est enim praecipua conseruatrix et quasi custos quaedam uirtutum omnium, nihilque est, quod nos ita et hominibus gratos et deo faciat, quam si uitae merito magni, humilitate infimi simus; propter quod scriptura dicit: quanto magnus es, tanto te humilia et coram deo inuenies gratiam, et deus loquitur per prophetam: super quem alium requiescam nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea. uerum tu eam humilitatem sequere, non quae ostenditur atque simulatur gestu corporis aut fracta uoce uerborum, sed quae puro affectu cordis exprimitur. aliud est enim uirtutem habere, aliud uirtutis similitudinem; aliud est rerum umbram sequi, aliud ueritatem. multo illa deformior est superbia, quae sub quibusdam humilitatis signis latet. nescio enim quomodo turpiora sunt uitia, cum uirtutum specie celantur.

21. Nulli te umquam de generis nobilitate praeponas nec obscuriores quasque et humiliore loco natas te inferiores putes. nescit religio nostra personas nec conditiones hominum, sed animos inspicit, seruum et nobilem de moribus pronuntiat. sola apud deum libertas est non seruire peccatis. summa est apud deum nobilitas clarum esse uirtutibus. quid apud deum in uiris nobilius Petro, qui piscator fuit? quid in feminis beata Maria illustrius, quae fabri sponsa describitur? sed illi piscatori et pauperi caelestis regni a Christo creduntur claues; haec sponsa fabri illius meruit esse mater, a quo ipsae claues datae sunt;

5] Eccli. 3, 20. 7] Es. 66, 2. 22] (Matth. 16, 19).

1 nihil (que *om.*) *u* 2 obseruatrix *uψ* omnium uirtutum *x* 3 nichil (que *om.*) *xv* *pr.* et] ab *u* 4 merito magnae humilitatis *u* sumus *u* quod] que *ψ* 5 tanto *om.* *uψ* humilia te in omnibus *uvψ* 6 dominus *uψ* per] ad *v* 8 uerba mea *xyv*, sermones meos *uψ* uerum tu eam *xyv*, uerumtamen eam *u*, uerumptamen *ψ* 9 atque] aut *ψ* fractura cordis (uoce—affectu *om.*) *v* 11 *alt.* aliud] aliud enim *u* umbras *uψ* 12 uitatem *u*, uirtutem *v* sub] super *u* 13 quo enim modo *v* 14 cum (quam *m. 2*) *y* 15 nuuquam *v* neque *uψ* obscuriores quasque] pauperiores quasi *ψ* 16 et *om.* *uψ* humiliori *ψ* inferiores te *ψ* 17 personas] accipere *add.* *uψ* inspicit] singulorum *add.* *uψ* 18 est *om.* *v* 19 apud eum est *uψ* nobilitas est *ψ* 20 qui—fuit *om.* *xyv* piscator] et pauper *add.* *Rosw.* 21 beata et gloriosa uirgine maria illustrius *xy*, illustrius fuit beata maria *u*, beata maria illustrius fuit *ψ* quae *om.* *v* sponsa fabri *u* 22 creduntur] donantur *ψ* 23 meruit esse mater illius *uψ* ipse *y*

elegit enim deus ignobilia et contemtibilia huius mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. nam et alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum uniuersi paris honoris et eiusdem apud deum pretii sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti; nec interest qua quis conditione natus sit, cum omnes in Christo aequaliter renascamur. nam etsi obliuiscimur quia ex uno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus quia per unum omnes regeneramur.

22. Caue ne, si ieiunare et abstinere coeperis, te putes esse iam sanctam; haec enim uirtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis, magisque id prouidendum est, ne tibi hoc, quod licita contemnis, securitatem quandam illicitorum faciat. quicquid supra iustitiam offertur deo, non debet impedire iustitiam, sed adiuuare; quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? quam laudem merebimur de pallore ieiunii, si inuidia liuidi simus? quid uirtutis habet uinum non bibere et ira atque odio inebriari? tunc, inquam, praeclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus a uitiis. immo qui probabiliter ac scienter abstinentiae uirtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animae frangant superbiam, ut quasi de quodam fastigio contemtus sui atque arrogantiae descendat ad implendam dei uoluntatem, quae maxime in humilitate perficitur. idcirco a uariis ciborum desideriis mentem retrahunt, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum, iamque minus ieiuniorum et abstinentiae laborem caro sentit anima esuriente iustitiam. nam et uas electionis, cum castigat corpus suum et in seruitutem redigit, ne aliis praedicans ipse reprobus inueniatur, non ob solam, ut quidam imperiti putant, hoc efficit castitatem; non enim huic tantummodo sed omnibus omnino uirtutibus abstinentia opi-

1] I Cor. 1, 28. 25] (I Cor. 9, 27).

1 et contemtibilia *om.* *u* 2 ac] et *ψ* abduceret *y* 4 eiusdem] eius *v* 6 inequaliter Christo *u* 7 meminisse semper *v* 9 et *xyv*, atque *u*, aut *ψ* esse *om.* *v* 10 uirtutis *v* 11 quod] cum *uψ* contempnas *u* 12 supra] pro *ψ* iustitia *ψ* 13 deo] pro deo *xy* iuuare *uψ* autem] enim *u* 14 intumescit *v* 15 de pallore *om.* *ψ* sumus *xvψ* 18 ieiuniis *y*, mundus *ψ* qui] quę *u*, que *ψ* 19 abstinentiae—eo *om.* *v* tenent eo] tenentes *xy* 20 frangunt *u* 21 descendant *uψ* domini *uψ* 23 retrahant *u* uirtutis *u* 24 laborem *om.* *uv* 25 esurientem *ψ* electionis] paulus *add.* *uψ* 26 inueniatur] efficiatur *ψ*, effi *u* 27 imperite *v* efficit] facit *u* 28 omnino *om.* *ψ*

tulatur; neque magna aut tota apostoli gloria est non fornicari, sed hoc agit, ut castigatione corporis erudiatur animus quantoque nil ex uoluptatibus concupiscit, tanto magis possit de uirtutibus cogitare, ne perfectionis magister imperfectum in se aliquid ostendat, ne Christi imitator extra praeceptum quicquam ac uoluntatem Christi faciat neue minus exemplo quam uerbo doceat cumque aliis praedicauerit, ipse reprobetur audiatque cum Pharisaeis: dicunt enim et non faciunt.

23. Apostolici uero et praecepti est et exempli, ut curemus non conscientiae tantum sed etiam famae. non superfluum et a fructu uacuum gentium magister hoc docet; uult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, ut religionem ipsam religionis disciplina commendet. et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos iubet in medio nationis prauae et peruersae, ut incredulae mentes errantium ex nostrorum actuum lumine ignorantiae suae tenebras deprehendant; unde et ipse ad Romanos ait: prouidentes bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus, et alibi: sine offensione estote Iudaeis et gentibus et ecclesiae dei, sicut ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis. beatus est qui tam sancte tamque grauiter disposuit uitam suam, ut de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam ausus est quod a nullo putat esse credendum. quod si id assequi difficile atque nimis arduum est, saltem hanc nostrae adhibeamus uitae diligentiam, ne malae mentes occasionem inueniant detrahendi, ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersum nos sinistrae famae conflentur; alioquin frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsi obtrectandi materias ministramus. si autem nobis diligenter atque sollicite omnia ad honestatem prouidentibus cunctis-

7] Matth. 23, 3. 8] (Rom. 12, 17). 12] (Phil. 2, 15). 15] Rom. 12, 17. 16] I Cor. 10, 32. 33.

2 castigationem *ψ* corporis] corporis ut *u* nil] nichil *x*, nl *v* 3 tanto] tantoque *u* 4 aliquid in se *u* 5 ac] aut *v* Christi *om. v* neue minus—doceat *om. ψ* 6 reprobetur] a domino *add. uxv* *reliqua usque ad finem epistulae om. xyv* 8 *pr.* et *om. u* curemus] habeamus rationem *Rosw.* 9 non *om. ψ* 10 hoc *om. ψ* 11 perficere *u* ut] et *ψ* 12 commendat *ψ* 15 et *om. ψ* 17 sicut] sicut et *u* 18 placebo *u* 19 est] sit *u* tamque] tam *u* 23 atque] ac *ψ* adhibeamus uitae nostrae *ψ* 25 aduersus *ψ* 26 famae flamma confletur *Rosw.* 27 ipsis *u* materiam *Rosw.*

que actibus nostris timorem dei praeferentibus illi nihilominus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quae tunc maxime tuta est, tunc optime secura est, cum ne occasionem quidem male de se sentiendi dedit; illis enim uae dicitur per prophetam, qui dicunt quod bonum est malum, qui lucem appellant tenebras et quod dulce est amarum uocant. nobis ergo saluatoris aptabitur sermo: beati estis, cum uobis maledixerint homines mentientes. nos modo id agamus, ut male de nobis nemo loqui absque mendacio possit.

24. Ita habeto domus sollicitudinem, ut aliquam tamen uacationem animae tribuas. eligatur tibi oportunus et aliquantulum a familiae strepitu remotus locus, in quem tu uelut in portum quasi ex multa tempestate curarum te recipias et excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. tantum tibi sit diuinae lectionis studium, tam crebrae orationum uices, tam firma et pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac uacatione compenses. nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus a tuis; immo id agimus, ut ibi discas ibique mediteris qualem tuis te praebere debeas.

25. Familiam tuam ita rege et confoue, ut te matrem magis tuorum quam dominam uideri uelis, a quibus benignitate potius quam seueritate exige reuerentiam. fidelius et gratius semper obsequium est quod ab amore quam quod a metu accipitur. praecipue autem in coniugio uenerabili atque immaculato apostolicae regulae ordo teneatur.

26. Seruetur imprimis uiro auctoritas sua totaque a te discat domus quantum illi honoris debeat. tu illum dominum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra, tanto ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. caput enim, ut ait apostolus, mulieris est uir, nec aliunde magis reliquum corpus ornatur quam ex capitis dignitate. unde idem alibi dicit: mulieres, subditae estote uiris, sicut oportet in domino. sed et beatus Petrus apostolus ait: similiter autem mulieres subditae sint uiris, ut et si

4] Es. 5, 20. 7] Matth. 5, 11. 27] I Cor. 11, 3. 29] Col. 3, 18. 31] I Petr. 3, 1.

4 enim *om.* ψ 5 appellant *u*, dicunt ψ 7 maledixerint uobis ψ 10 solicitudinem domus *Rosw.* 11 aliquantum *Rosw.* 14 ibi *Rosw.* diuinae sit ψ 16 facile *om.* ψ 17 te *om.* ψ 18 praebere te ψ 20 potius *u*, magis ψ 21 quod *om. u* 22 accipitur] proficiscitur *Rosw.* 25 dominum *Rosw.*, *om. u*ψ 27 quantum ψ 30 apostolus *om. u*

qui non credunt uerbo per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant. si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniugii, quanto magis reddendus est Christianis?

27. Atque ut ostendat quibus ornamentis etiam uiris iunctae feminae decorari debeant, ait: quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut uestimentorum cultus; sed absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes in domino ornabant se subiectae propriis uiris, sicut Sara oboediebat Abrahae dominum suum uocans. haec autem praecipiens non eas iubet squalere sordibus et horrentibus pannorum assumentis tegi, sed immoderato cultui et nimis exquisito interdicit ornatui simplicemque commendat ornatum atque habitum, de quo et uas electionis ait: similiter autem et mulieres in habitu ornato cum uerecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueste pretiosa, sed, quod decet mulieres promittentes castitatem, per opera bona.

28. Repperi uero te mirae fidei ardore succensam aliquot iam ante annos continentiam proposuisse et reliquum uitae tuae tempus pudicitiae consecrasse. magni hoc animi signum et perfectae uirtutis indicium est renuntiare subito expertae uoluptati, fugere notas carnis illecebras et calentis adhuc aetatis flammas fidei amore restinguere. sed illud simul didici, quod me non mediocriter angit ac stimulat, te uidelicet tantum hoc bonum absque consensu et pacto uiri seruare coepisse, cum hoc apostolica omnino interdicat auctoritas, quae in hac dumtaxat causa non modo uxorem uiro, sed etiam uirum uxoris subiecit potestati. uxor, inquit, sui corporis potestatem non habet sed uir; similiter autem et uir potestatem non habet sui corporis sed mulier. tu uero quasi oblita foederis nuptialis pactique

5] I Petr. 3, 3. 14] I Tim. 2, 9. 28] I Cor. 7, 4.

1 mulieris *u* 2 lucrefiant ψ detur *u* 3 quanto] quam *u* 5 decorari] decorari se *u* non sit *u* 6 sed *u*, sed qui ψ 8 et] ac ψ sic] sicut *u* 10 subiectis ψ 11 suum] eum ψ squalore *u* 12 sed] et *u* cultu ψ 13 commendet *u* 15 ornato *om.* *u* 16 se *om.* *u* *alt.* aut *om.* *u* 19 mirę *u*, mire ψ, miro *Rosw.* 21 magni *u*, magnum ψ 23 calentes *u* amore *u*, ardore ψ 24 illud] quoque *add.* ψ ac] et ψ 25 seruari *u* 26 hoc] hinc ψ omnino *om.* ψ 29 et *om.* *u* uir—sui corporis sed *om.* ψ

huius ac iuris immemor, inconsulto uiro uouisti domino castitatem. sed periculose promittitur quod adhuc in alterius potestate est; et nescio quam grata sit donatio, si unus offerat rem duorum. multa iam per huiuscemodi ignorantiam et audiuimus et uidimus scissa coniugia, quodque recordari piget, occasione castitatis adulterium praeparatum; nam dum una pars se etiam a licitis abstinet, altera ad illicita delapsa est. et nescio in tali causa quis magis accusari, quis amplius culpari debeat, utrum ille qui repulsus a coniuge fornicatur an illa quae repellendo a se uirum eum fornicationi quodam modo obicit. atque ut super hac causa quid ueritas habeat agnoscas, pauca mihi de diuina auctoritate ponenda sunt. apostolicae doctrinae regula nec cum Iouiniano aequat continentiae opera nuptiarum nec cum Manichaeo coniugia condemnat. ita uas electionis ac magister gentium inter utrumque temperatus incedit ac medius, ut remedium incontinentiae indulgeat et ad praemium prouocet continentiam, totusque in hac causa eius hic sensus est, ut ex utriusque sententia proponatur castitas aut certe ab utroque debitum commune soluatur.

29. Sed ipsa iam apostoli uerba ponamus totamque hanc causam a sui principio retractemus. loquitur enim ad Corinthios: de quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. et quamquam hic laudauerit castitatem, tamen, ne aliquibus uideatur prohibere coniugia, subiungit: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat et unaquaeque suum uirum habeat, uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. mulier autem sui corporis potestatem non habet sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier. nolite fraudare inuicem. ac rursus, ne tanta pro nuptiarum parte dicendo uideretur excludere castitatem, sequitur: nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. et statim quasi recusat hoc quod dixit ad tempus, ne non tam perpetuam

19] I Cor. 7, 1. 22] I Cor. 7, 2—4. 28] I Cor. 7, 5.

3 sit grata *ψ* si *om. u* unus] et unus *u* 4 huiuscemodi] hmōi *u* 5 praeparatum *u*, perpetratum *ψ* 7 amplius *u*, magis *ψ* 9 eum *om. u* obicit] obiecit *u* quodam modo obicit fornicationi *ψ* 11 nec] ne *u* 12 aequet *u* continentiam operi nuptiali *ψ* nec] ne *u* 14 remedium] et remedium *ψ* 15 eius] et *u* 19 enim *u*, autem *ψ*, *om. Rosw.* 23 et unaquaque—habeat *om. uψ* 25 autem *bis om. ψ* potestatem sui corporis *u* 26 *pr.* non] no *ψ* 27 rursum *ψ* 30 recuset *ψ*

quam temporalem et breuem continentiam docere uideatur; ait enim: propter incontinentiam uestram. hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. unde hoc, quod dixit ad tempus, docet meditationem debere fieri castitatis, ut per certa interualla temporum quasi exploratis continentiae suae uiribus sine periculo utrique promittant quod ab utroque est seruandum semper. quid autem absolute uelit, manifeste dicit: uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum, id est in iugi ac perpetua castitate uiuere.

30. Videsne quam caute, quam prouide, quam sine ullius occasione scandali, magister firmauerit de castitate sententiam, nolens tantum bonum in unius temeritate nutare, quod ligare et confirmare debet consensus amborum? et reuera quid ea castitate firmius est quidue tutius quam quae ex duorum coepta sententia ab utroque uel in commune seruatur? nec de se tantum altera pars sollicita mutuo se ad uirtutis animet perseuerantiam; hoc enim sicut alia quoque bona non tantum coepisse sed perfecisse laudandum est. iamdudum, ut intellegis, scopuloso difficilique in loco uersatur oratio nec audet in alterutram declinare partem, dum aequaliter utrumque formidat; sed ex nostra difficultate tuum agnosce discrimen; maluimus enim te contristare forsitan uera dicendo quam ficta adulatione decipere. duplex, ut uides, malum aequale et anceps periculum est; ex utroque artaris, ex utroque constringeris. contemnere omnino uirum atque despicere aperte contra apostoli sententiam est. perdere uero tanti temporis castitatem et deo non reddere quod promiseras timendum atque metuendum est, ut uulgo dicitur: facile ex amico inimicum facies, cui promissa non reddas. sic enim scriptura dicit: quod si uotum uoueris domino deo, ne moreris reddere illud, quia quaerens quaerit illud

2] I Cor. 7, 5—7. 27] Deut. 23, 21; Eccle. 5, 3.

1 et] ac *Rosw.* enim *om.* ψ 2 dico] dico non *u* 4 fieri debere ψ 6 promittunt *u* est *et* semper *om. u* semper est ab utroque seruandum *Rosw.* 7 autem *u, om.* ψ omnes] uos omnes *u* homines *om. u* 9 uiuere *om.* ψ 14 sententia] sententia est *u* uel *u*ψ, uelut *Rosw.* 15 pars altera ψ 16 animet *u*, ammouet ψ 18 oratio *om. u* 19 declinasse *u* 20 mallemus *u* contristare te ψ 21 uera] tua uera *u* decipere *om. u* laudare ψ 24 perdere (pro *m. 2*) *u*, prodere ψ uiro ψ 26 ex *u*, de ψ facias ψ 27 reddes *u* (a *m. 2*) sic *Rosw.*, sicut *u*ψ 28 ne *u*ψ, non *Rosw.*

dominus deus abs te, et erit tibi in peccatum. ait ergo: debitam honorificentiam uiro exhibe, ut ex utroque debitum domino, quod uouisti, reddere possis. de cuius conscientia non diffidimus, si paululum expectasses, non quod te a bono castitatis retrahamus, sed huius animum ad castitatis oraculum totis uiribus incitemus, ut uoluntarium sacrificium offerat deo in odorem suauitatis, ut exuta mens a cunctis retinaculis mundanis atque corporalibus uoluptatibus sit et ualeatis plenius inhaerere dominicis praeceptis; quod tamen ne quid a nobis negligenter esse dictum arbitreris, diuinarum scripturarum testimoniis edocuimus, sicut etiam apostolus dicit: et erunt duo in carne una; iam non una caro, sed unus spiritus.

31. Hoc sacramentum magnum est arduumque est iter castitatis; sed magna sunt praemia, uocatque nos dominus in euangelio dicens: uenite, benedicti patris mei, possidete praeparatum uobis regnum ab origine mundi. idem ipse dominus dicit: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde; et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue. dicit enim idem dominus his qui ad sinistram eius erunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo et angelis eius; nescio uos, operarii iniquitatis. ibi erit fletus et stridor dentium. illi utique omnes plangent illique lugebunt, qui ita se curis uitae praesentis inuoluunt, ut obliuiscantur futuram, quos somno quodam ignorantiae et malae securitatis oppressos fluctibus domini comprehendet aduentus, unde ipse in euangelio ait: attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae, ne forte superueniat in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super fa-

1] I Cor. 7, 4. 10] I Cor. 6, 16. 11] Matth. 19, 6. 14] Matth. 25, 34. 15] Matth. 11, 28. 29. 30. 20] Matth. 25, 41. 27] Luc. 21, 34.

1 deus] deus tuus *ψ* et *om. u* tibi] enim *u* ait *Rosw.*, aut *ψ*, at *u* 2 domino debitum *ψ* quod] quo *u* 7 sit *om. u* et *om. u*, ut *Rosw.* ualeas *Rosw.* 10 edocuimus *u* (ea *m. 2*) 12 iter est *ψ* 16 ego reficiam uos *u* 19 meum *om. ψ* 20 dicet *ψ* enim *om. ψ* 23 erit ibi *Rosw.* illique *uψ*, illi *Rosw.* 24 curis se *Rosw.* 26 domini] diu *u* 30 loquens *ψ* enim *om. u*

ciem omnis terrae, et rursum: uigilate et orate; nescitis enim quando tempus sit.

32. Beati sunt qui ita exspectant, ita illum speculantur diem, ut se ad eum cotidie praeparent, qui non de praeterita sibi iustitia blandientes secundum apostolum per dies singulos in uirtute renouantur. iustitia enim non proderit ei, a qua die iustus esse desierit. sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua a die, quo se ab iniquitate conuerterit. nec sanctus ergo securus esse debet, quamdiu in huius uitae agone uersatur, nec desperare peccator, qui secundum praedictam prophetae sententiam una die iustum se efficere potest; sed totum, quo tenditur, spatium uitae tuae est, ut peragere possis iustitiam nec de praeterita iustitia confidens remissior efficiaris. sed, sicut dicit apostolus, posteriora obliuiscens, ad ea autem quae anteriora sunt me extendens, ad destinatum persequar brauium supernae uocationis, sciens scriptum esse cordis inspectorem deum. et ideo satagit, ut animam mundam habeat a peccato. propter quod scriptum est: omni custodia serua cor tuum, et iterum: diligit dominus munda corda. accepti autem sunt ei omnes immaculati. idcirco age, ut ordines reliquum tempus uitae tuae sine offensa, ut possis secure canere cum propheta: perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae, et iterum: introibo ad altare dei, ad deum qui laetificat iuuentutem meam, quia non inchoasse sufficit, sed perfecisse iustitia est.

## Excerpta Bobiensia.

Praecepit dominus coruis ut pascerent Heliam in torrente Choreb sedentem. mira profecto res est, ut uiro sancto auis inmunda uitae subsidia ministraret. unde si et nos contemnentes etiam propria imi-

1] Matth. 24, 42. 25, 13. 6] (II Cor. 4, 16). 7 (Ezech. 18, 24). 13] Phil. 3, 13. 14. 15] (Prou. 24, 12; Act. 1, 24). 17] Prou. 4, 23. 20] Ps. 100, 2. 21] Ps. 42, 4.

4 ad eum *om.* ψ 6 enim] iusti *add.* ***Rosw.*** a quo die ***Rosw.***, a die qua ψ esse *om.* ψ 10 uno ***Rosw.*** 11 est ***Rosw.***, *om.* *u* ψ 12 sed *om.* *u* apostolus dicit ψ 14 me] se *u* persequor ***Rosw.*** 15 deum] esse deum ψ 16 ideo *u*, idcirco ψ 17 dominus diligit corda munda. accepti sunt autem ψ 19 tuae] sue *u* 20 secure] secura ψ 23 inchoasse non ***Rosw.***

25 praecipit ƒ 27 emitemur ƒ

temur paupertatem Heliae, credite dicenti, quod inmunda animalia id est homines peccatores deuoto nobis obsequio ministrabunt.

Cur Heliseus mansuetus ac mitis paruulos legimus bestiis tradidisse? Heliseus propheta figuram Christi gerebat. denique uocabulum istud salus dei interpretatur. salus autem dei quid aliud est nisi filius eius, qui et saluator est mundi? paruuli uero inludentes saluti dei in Heliseo Iudaeorum habuere personam, qui clamabant dicentes: ascende, calue, ascende. quod in Caluariae loco Christus ascensurus erat in crucem, et conuersus, ait scriptura, maledixit eis in nomine domini. et exierunt duo ursi de silua et interfecerunt XLII infantes. et Christus post passionem et ascensionem ad caelos, sicut Heliseus ascendit in Bethel id est in domum dei, conuersus maledixit Iudaeis post XLII annos ascensionis suae et inmisit duos ursos id est duos reges horrendos, Vespasianum et Titum, qui de siluis gentium prodientes crudeli eos strage iactauerunt.

Iustus septies cadit in die, et resurgit. qui semel cadit et iterum, quomodo iustus uocari possit? ideo iustus dicitur, quia cadens erigitur. septimus autem numerus requiem docet. qui in septimo ceciderit cauere debet, ne ulterius cadat. iam oportuerat post unum lapsum cauere de reliquo; sed qui misericors deus est patienter suffert huiusmodi lapsus, ut quis uel in septimo resipiscat. si autem neglegentior quis effectus resurrectionis transierit numerum, non potest dici iustus, sed propter multitudinem delictorum in peccatorum numero deputatur. duobus modis homo delinquit, proposito et casu, ut alius peccare uelit et alius praeueniatur peccato. sed casus duplici diuiditur modo, ignorantia et infirmitate. Iudas proposito peccauit dicens: quid uultis mihi dare, et ego uobis illum tradam? hic quod proposuit uolens inpleuit et ideo iustam sceleratissimae uoluntatis mercedem recepit. Petrus uero infirmitate dominum negauit mortem timens, qui se mortem pro Christo passurum esse promiserat. sed quia derepente uictus fuerat, ideo uelocem lapsi ueniam promeretur. Paulus uero igno-

8] IIII Reg. 2, 23. 9] ib. 24. 16] Prou. 24, 16. 26] Matth. 26, 15.

3 helesseus ƒ bestis tradidise. helesseus ꝑfeta ƒ 5 intp̃ ƒ 7 helessio ƒ habere ƒ 12 helissius ƒ bethiel ƒ 13 inmissit ƒ 14 orrendos uaspasianum ƒ 15 prodientes ƒ, prodeuntes *Mur.* çrudili ƒ 18 eregitur ƒ ciciderit ƒ 20 labsum ƒ *et infra* sufert ƒ 21 neglegentius ƒ 24 dilinquit ƒ propossito et cassu ƒ 25 uellit ƒ cassus ƒ 26 propossito ƒ propossuit ƒ 28 mercidem ƒ 30 se *euanuit in* ƒ promisserat ƒ

rans persecutor effectus celeri uenia sanatur ipso etiam adtestante: persecutus sum ecclesiam dei, sed misericordiam consecutus sum, quod ignorans feci. uides ergo alios nolentes cadere, alios elidi propria uoluntate. duo etiam quaedam in homine sunt, obliuio et ignorantia. obliuiscitur homo deum, cum peccare proponit; ignorat autem, cum praeuentione delinquit, ut puta fornicatus est quis uolens, alius uero repugnans fornicationi infirmitate uictus est. unum quidem est amborum peccatum, sed non erit aequalis paenitentia, quia ille uolens, hic uero nolens in certamine uictus succubuit. uides quae sit peccati distantia? ecce quomodo cadit iustus et domino manum subponente saluatur.

Dei uoluntati nostra potestate adiuuemus, ut ipse sua uirtute nostrae faueat uoluntati, quia scriptum est: non uolentis neque currentis sed dei miserantis est. uelle enim et currere nostrum est; dei autem misereri, ipsa etiam ueritate apostolis adtestante: sine me nihil potestis facere. item Iohannes nemo, ait, potest accipere quicquam supra terram, nisi ei datum fuerit de caelo, et Paulus: quid habes, inquit, quod non accepisti? si accepisti, cur gloriaris, quasi non acceperis? etc.

Itaque si quis nunc exacerbarit deum, Moysi imitetur exemplum, qui dubitationis culpam paenitentiae et humilitatis satisfactione deleuit. si sacrilegii quis crimen incurrit, imitetur Aaron, qui confessionis et humilitatis per medellam transgressionis expiatus crimine sacerdotii meruit principatum. si quis adulterium et homicidium fecerit, consideret Dauid et agat paenitentiam atque medicamine sanus effectus in dei timore permaneat. si quis in confessione fuerit uictus et tormentis cedens fidei exstiterit proditor, Petri qui negauit imitator existat. egressus foras id est egressus a perfidia fleat amariter et recurrat ad

2] I Cor. 15, 9. 13] Rom. 9, 16. 15] Philem. 14. 16] Ioh. 3, 27. 18] I Cor. 4, 17.

1 persequtor F 2 persequtus F aecclessiam F missericordiam consequtus F 6 dilinquit F 8 penitentia F 11 saluatur etc. *Mur.* 12 nostra F 13 ñ F, neque *Mur.* 14 misserantis F, miserentis *Mur.* 15 missereri F apostolos *Mur.* 16 item Iohannes—de caelo *om. Mur.* iohannis F 18 inquid F accipisti si accipisti F 19 acciperis F, acceperis etc. *Mur.* 20 nunc *om. Mur.* exaceruarit F, exacerbauerit *Mur.* mysi emitatur F 22 cremen F *et infra* emitetur aron F 23 medelam *Mur.* 24 considerat dd F 26 timore dei *Mur.* 27 exsteterit F emitator existat F

fidem. in magnis peccatis magnorum uirorum delicta monstrantur, ut si simili modo infirmus quis aut humilis errauerit, respiciens ad exemplum magnorum uirorum facilis uitae aditum inueniat et ad fidem paenitentiamque reuertatur etc.

1 dilicta ϝ 2 si simili *scripsi*, simili si *Mur.*, simili ϝ 3 poenitentiam ϝ 4 conuertatur *Mur.*

# Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Praeparantur:

AMBROSIVS. Ed. *C. Schenkl* et *M. Ihm.*

ARATOR. Ed. *H. Schenkl.*

AVGVSTINVS. **Sect. I.** Retractationes et Confessiones. Ed. *P. Knoell.*
Contra academicos, De beata uita, De ordine, De musica, De magistro, De libero arbitrio, De moribus eccles. et de mor. Man., De uera religione. *App.:* De grammatica, Principia dialecticae, Categoriae decem, Principia rhetorices, Regulae fragmentum, Regula secunda, De uita eremitica, Ars. Ed. *I. M. Stowasser.*
Soliloquia, De immortalitate animae, De quantitate animae, De genesi contra Manichaeos. Ed. *A. Holder.*

**Sect. II.** Epistulae. Ed. *A. Goldbacher.*

**Sect. III.** Quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob. Ed. *Ios. Zycha.*
Enarrationes in psalmos. Ed. *M. Gitlbauer.*
De consensu euangelistarum, De sermone domini in monte habito. Ed. *F. Weihrich.*
Quaest. euangel. lib. II., Quaest. XVII in euangel. sec. Matth. lib. I., In Ioh. euang. tract. CXXIV., In epist. Ioh. ad Parth. tract. X., Exposit. quar. propositionum ex ep. ad Rom. lib. I., Epist. ad Roman. incoh. expos., Epist. ad Gal. exposit. lib. I. (Mign. XXXV, p. 1321—2148.) Ed. *A. Miodoński.*
De doctrina Christiana. Ed. *Nic. Mueller.*

**Sect. IIII.** Sermones. Ed. *E. Hauler.*

**Sect. V.** De ciuitate dei. Ed. *E. Hoffmann.*
De trinitate, Enchiridion, De catechizandis rudibus. Ed. *Nic. Mueller.*
De diuersis quaestionibus octoginta tribus liber, De diuersis quaestionibus ad Simplicium libri duo, De octo Dulcitii quaestionibus, De fide rerum quae non uidentur. (Mign. XL, p. 11—180.) Ed. *R. Kukula.*
De fide et symbolo, De fide et operibus, De agone christiano, De continentia, De bono coniugali, De sancta uirginitate, De bono uiduitatis, De coniugiis adulterinis ll. II, De mendacio, Contra mendacium, De opere monachorum, De diuinatione daemonum, De cura pro mortuis gerenda, De patientia (Mign. XL, p. 181—230, 349—626). Ed. *I. Egger.*

**Sect. VII.** Psalmus contra partem Donati, Contra epistolam Parmeniani, De baptismo contra Donatistas, Contra litteras Petiliani, Contra Donatistas epistola, Contra Cresconium Donatistam, De unico baptismo contra Petilianum, Breuiculus collationis cum Donatistis, Ad Donatistas post collationem, Sermo ad Caesareensis ecclesiae plebem, De gestis cum Emerito, Contra Gaudentium. *App.:* Sermo de Rusticiano subdiacono, Liber contra Fulgentium, Exc. et scripta ad Donat. hist. pertinentia (Mign. XLIII). Ed. *M. Petschenig.*

**Sect. VIII.** De peccatorum meritis, De spiritu et littera, De natura et gratia, De perfectione iustitiae, De gestis Pelagii, De gratia Christi, De anima et eius origine, Contra II epist. Pel. (Mign. XLIV, p. 109—410, 475—638). Ed. *C. Vrba.*
De nuptiis et concupiscentia lib. II. (Mign. XLIV, p. 413—474). Ed. *I. Egger.*
Contra Iulianum haeresis Pelag. defensorem. (Mign. XLIV, p. 641—874). Ed. *H. Koebert.*
De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia, De praedestinatione sanctorum, De dono perseuerantiae, Contra sec. Iuliani resp. *App.:* Hypomnesticum contra Pelagianos, Lib. de praedestinatione et gratia, Lib. de praedestinatione dei, Varia scripta ad Pelag. hist. pert. (Mign. XLIV, p. 881—992. XLV, p. 997—1793.). Ed. *E. Kalinka.*

**Sect. VIIII.** Contra aduersarium legis et prophet. ll. II, Ad Orosium, Sermo Arianorum, Contra sermonem Arianorum, Collatio cum Maximino, Contra eundem, De haeresibus ad Quoduultdeum, De incarnatione. *App.:* Tractatus contra quinque haereses. (Migu. XLII, p. 603 sqq.). Ed. *Fr. Klein.*

ALCIMVS AVITVS. Ed. *Ant. Kunz.*

BOETHIVS. Ed. *G. Schepps. A. Scheindler* et *Jos. Zingerle.*

CASSIODORVS. Ed. *F. Ladek* et *F. Perschinka.*

DRACONTIVS de deo libri III, EVGENIVS TOLETANVS, Verecundus. Pseudoiuuencus. Ed. *R. Peiper.*

FVLGENTIVS RVSPENSIS. Ed. *G. Wissowa.*

GAVDENTIVS. Ed. *A. Polaschek.*

HIERONYMVS. De uiris inlustribus (cum Gennadii libro de uiris inlustribus). Ed. *I. Huemer.*

Comment. in euang. Matthaei, Comm. in Pauli epistolas, Translatio homiliarum Origenis in Lucam. Ed. *P. Corssen.*

Commentarium in Ieremiam prophetam. Ed. *S. Reiter.*

Aduersus Iouinianum Vigilantium Iohannem Hierosolymitanum Rufinum Pelagianos et quae exstant in uol. XXIII, p. 13—589, Mign. Ed. *F. Koch.*

HILARIVS PICTAVIENSIS. (II. pars.) Ed. *A. Zingerle* et *H. St. Sedlmayer.*

ITINERA HIEROSOLYMITANA. Ed. *P. Geyer.*

IVLIANVS POMERIVS. Ed. *I. M. Stowasser.*

IVLIVS HILARIANVS. Ed. *Nic. Mueller.*

LACTANTIVS. (II. pars., fasc. II.) Ed. *G. Laubmann* et *S. Brandt.*

LEONIS M. sermones. Ed. *A. Haberda.*

MAXIMVS TAVRINENSIS. Ed. *A. Swoboda.*

PACIANVS. Ed. *Nic. Mueller.*

PASCHASIVS. Ed. *A. Engelbrecht.*

PHILASTRII LIBER DE HAERESIBVS. Ed. *Fr. Marx.*

PROSPER AQVITANVS. Ed. *F. Ladek* et *F. Weigel.*

PRVDENTIVS. Ed. *I. Huemer.*

RVFINVS. Ed. *F. Wrobel, B. Niese* et *C. Boysen.*

TERTVLLIANVS. Ed. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa.*

Carmen Pseudotertullianeum adu. Marcionem. Ed. *A. Oxé.*

VALERIANVS CIMELIENSIS. Ed. *I. M. Stowasser.*

RVSTICIVS HELPIDIVS (de Christi Iesu beneficiis, historiarum testam. uet. et nou. tristicha). VICTORINVS (de Iesu Christo deo et homine, Carmen de prouidentia diuina et Carmen ad uxorem, uulgo Prospero Aquitano adscripta). Incerti auctoris laudes domini. Ed. *W. Brandes.*

VICTORINVS PETAVIENSIS. Ed. *I. Haussleiter.*

VINCENTIVS LERINENSIS. Ed. *Heinrich.*